De singularum corporis partium ab hominis coronide ad imum usque calcaneum, vitiis, aegritudinibus, et injuriis libri ad unguem facti V / per Albanum Torinum ... recens latinitate donati.

Contributors

Alexander, of Tralles, approximately 525-approximately 605.
Thorer, Alban, 1489-1550.

Publication/Creation

Basileae : Henricus Petrus, 1533.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/e9v5hrjk

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



206/D

A xix. K

No. 546 (Caelius Aurelianus 1529)
formerly bound with this but now
separated

2 Condamnez

Memoire des livres Imprimez
appartenans a Mons.r Voisin, & Mis.r
Inscrits cy apres au Coffre du S.r Lora de la
Garde des meubles Saint aug.n Mis.r
Et ceux dont nous manquons encore qui se trouveront

1 Varia Claudij Galeni in folio

2 Claudij Galeni

3 Dictionarium Græcum in numeris locis, in folio

4 Hyppoc. Liure Grec Homeri Ilias liber i & ii.

5 Hyppocr. Institutiones in Linguam Græcam

6 Clarissimi viri de Ludouici a Leuilla

7 Galleni pergameni de Naturalibus facultatibus

8 Bibliorum exempla

9 Claudij Galleni pergamenii de ratione curandi
Vniuersa rei medicæ fere enumeratio.

10 Compendio tractata /

11 Hyp. en grec a la main /.

55450 (1)

ALEXANDRI TRALLIANI, PRAECELLENTIS MEDICI, DE SINGVLARVM CORPORIS PARTIVM AB HOMINIS CORONIDE AD IMVM VSQVE CALcaneum uitijs, ægritudinibus, & iniurijs, libri ad unguem facti V,

PER ALBANVM TORINVM VITODVRENSEM RECENS LATINITATE DONATI.

Sequentia Cœlii Aureliani et Oribasi Sardiani opera



Rmp 814

Petit Didier Chirurgien

BASILEAE EXCVDEBAT HENRICVS PETRVS. (1529)

Petit didier, chirurgus maior
1736



LIBRARY

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, DOMINO CONRADO A THVNGEN ANTISTITI HERBIPOLITANO, ILLVSTRISSIMOQVE DVCI FRANCIAE Orientalis, domino & patr ono ſuo ALBANVS TORINVS S.

NVNC demum ingens quædam ſpes affulget, REVERENDISSIME IN CHRISTO PATER, ATQVE IDEM DVX ILLVSTRISSIME, Apollinem ſuas ſorores, iam diutule ludibrio habitas, uindicare omnino inſtituiſſe, arcum nanque tendit, & collimat, neſcio quos. Siquidem C. T. conſtituit harum uindicem, ac plane Herculem. Abs quo omnes Muſarum myſtæ, aduerſus grunnientes gryllos, bonarum artium pernicies, brachij potentis opem implorant, & impetrant. Qui ad triſtes camenas ita reſpicis, ut earum quoscunque ſynceros cultores, & literatos omneis, quos animaduerteris egregiam eruditionem cum integritate morum copulaſſe, obuijs, ut aiunt, ulnis ſuſcipias, & munificè admodum non uictu tantum, ſtipendioq; alas, uerum etiam ampliſſimis muneribus, ſplendoreq; illuſtres, & undecunque συνλάξειν ὐκ ἐνκα παρρησίτους inuites, atque accerſas. Propterea nimirum, quod cenſeas, modis omnibus maiorem eſſe literarum uim, quàm uulgò exiſtimant, neque eſſe religionis ornamentum aliud ſplendidius, & ciuilem rerum ſtatum prorſus è litteris pendere: Quin etiam ſine illis religiones non poſſe ſubſiſtere, nec ciuitates teneri, neque gubernari. Quare linguas præcidi oportuit ſycophantis ijs, qui hactenus pro inſita ſtoliditate, uel priuatim frigidam aquam ſuffundentes uel publicè pro cõcionibus à literarum ſtudijs imperitam plebem dehortati, effecèrc (proh dolor & pudor) ut non Gymnaſia modò ſtudioſorum frequentia, per totam paſſim Germaniam, hodie frigeant, & collabantur ſcholæ: uerum religionẽ quoque ipſam labefactatam reddiderunt. Nunc quum eorum quidam Temeſſeum genium imminere olfacientes, ψελιυσθεῖν, neſcio Hercle an ex animo omnes, incipiũt: nihil agunt, ſtultitiæ & factis ſuis premia digna ferunt, notam ſcilicet uanitatis & inconſtantiæ, uela uertere, funemq; reducere pro arbitrio dicuntur, breuiter ipſi Ceſcum habitãt, ſed & ſacra interim prophanis, & ſalũ cælo miſcent. Proinde uehemẽter metuo ne admiſſa penitus Barbarie peſſum eat religio, & omnis eruditionis, honeſtatisq; panolethria inuehatur. Perge igitur clariſſime Antiſtes, perge obſecro, ut cœpiſti, animo pulcherrimum dei munus literas defendere & rabioſulos illos Andabatas qui petulantiſſima lingua eas fodicare & inſecta

ri non uerentur, proscribere. Quipro eis in tam uasta rei literariæ clade signũ è regali specula extulisti iam olim, ad quod complures, non seruí ad Pileum uocati, nec proletarij modo stipem accepturi, sed uel primæ classis proceres ingenui suo ære militaturi, turmatim aduolantes nomina dare contendunt. Ecce enim, ut antesignani, aut primipilares imperterriti, eruditissimi & modestissimi uiri MAVRITIVS HVTTENVS & DANIEL STIBARVS, Duo Patriæ columina & ornamenta speciosissima. (Qui præter quàm q; sunt eruditionis cõsumatæ, nullam non uirtutem magnopere exercent, laudibus adprobatissimisq; doctrinæ tuæ testimonijs non cessant, R.P.T. sæpius extollere, nomenq; tuum, alioqui cantatissimum in hos mundi fines propagare) Nec non & THESEVS ille tuus fidelissimus .N. utr utique indefatigabili studio ad illustrandas cultiores literas, præsertim diuinas ardẽs, ipse doctissimus & incomparabilis, huic signo ceu trabali clauo affixi omni pede, & animo plusquam heptaboeo cum huiusmodi portentis cõgredi accincti sunt. De te enim exemplum capientes illi, tanti existimant doctrinam, ut nihil ei anteferendam censeant. Paratus itidem ad hoc uniuersus Ecclesiæ tuæ Canonicorum chorus laudatissimus, omniumq; disciplinarum genere præditus, iam non toti Germaniæ solum, sed etiam Italiæ, Galliæq;, in quarum Academijs pleriq; militarũt, ingenijsq; cultum strenuè capesserunt, notissimus. Vnde uel cœco apparere puto ueriss imam eam esse Græcorum, quæ cessit in prouerbium, sententiam ὁ καλῶς ἄγων, ἡμισυῖ τὸ καλῶς ἔπεσθαι. Solent enim plerunque homines uitam principis æmulari. Hi sanè, te duce præsul generosissimè & ducum citra controuersiam præcipuum decus, cum illorum præsidijs, quos tu præmijs (ut diximus) excitas, liberalitate foues, & in altum denique promoues, illos scarabeos, brutissimósque homines, uel citra puluerem, (tergiuersant enim,) ad Phasim usque aut ultimas, ut aiunt, Gades, extrudent atq; proculcabunt. Res profecto non supplicatione modo, sed triumpho digna, haud minus certè quàm si Turcam, aut alios quoscũq; infestissimos hostes inditionis tuæ fines, instructissimis copijs irrumpẽtes, in fugam egisses, fudisses & conscidisses. Cæterum non institui ad præsens uirtutẽ tanti Heroís omnium seculorum memoria, & cælesti prædicatione dignissimi, præconia commemorare, neque quicquam superstitiosius de gentilitio illo stemmate tuo, deq; generis tui clarissimi antiquitate argutari quod est, ut sapientiæ professores sentiunt, de adumbratis uirtutum argumentis, & magna ex parte fallacibus, quorum & si T. P. acepta sit apud suos quum longissimam generis serim præferas, laudem præcipuam, adeò tamen inde non putat pendendũ, ut ne inchoatam quidem sibi ueram nobilitatem persuadeat, nisi omne genus uirtutum & eruditionis Colophonem (ut ita loquar) imponat. Quarum rerũ admiratiõe, ita sum in amorẽ C.T. inflãmatus, ut si eum, quẽ erga omneis doctos habes fauorẽ, in me quoq; non doctum, sed doctrinæ studiosum pertahere queam, Sublimi feriã sydera uertice. Parthico igitur more, (quorum

regem

fine muneribus adit nemo) P. T. generosissime præsul compellabo. Trallianum itaque medicum præstantissimum à nobis Latio iure donatum integritati tuæ clarissimæ offero & consecro. Vbi mihi eos placandi prouincia sumenda est, qui occinere solent, recte proditum ab eruditissimis uiris in muneribus exhibēdis illud in primis esse spectandū, ut per accōmoda sint, quæ proferimus munuscula, ne absonum fieri, uel quod Græci dicūt ἐν φακῇ μύρον possit obiici. Dicet autem hic fortassis quispiam, quid hoc argumentum ad episcopum, Ducemq; modis omnibus principem, quod cōgruentius munus erat σκατοφάγοις κλινικοῖς? Primum minimè absurdum esse puto, si quicquid honestū est, Principibus dedicetur: Nedum si rem nulli non mortalium necessariam offeras: Verbi caussa, Volumē morbi profligādi rationibus exquisitissimis refertū. Cuius beneficio terrerimus ille hostis, quem græci νόσον adpellant, possit expelli, & ὑγεῖαν amissa recuperari atq; tueri, qua certè ut diuina benignitas nihil homini largita est, neque utilius, neque iucundius, quod à Græcis eleganti senariolo decantatum est: οὐκ ἐσ' ὑγείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ, Ita morbo nihil dedit, uel uulgò teste, calamitosius. Pyrrhus rex Epirotarum bellicosissimus, quū crebras funderet ad deos preces, sacra faceret, & uaria suspenderet spolia, non uictoriā, non ampliorem regij nominis splendorem, non opes, non gloriā, sed ut dij morbos arcerent, semper precatus est: nihil deesse homini ratus, si morbis careat. Quin & Christus ipse immortalitatis author & unicus uindex, mortale quidē corpus assumpsit, sed tamen nullis morbis obnoxiū, crucem, mortemq; ipsam non horruit, morbos horruit. Quid amâbo pulchrius, quàm pro nostro uiri li in hac re principem nostrum æmulari. Apostolos quoque nullibi ægrotasse legimus, cæsos uerò & interfectos: quomodocūq; hoc illis contigerit, non quæro, certè præstabunt mortalibus eam felicitatem non imperiti medici. Quur igitur non uiderer mihi facere congruentissimè, si excellentissimo principi, excellentissimum adscribam medicum. Cuius quippe corporis præter naturam habitus, ut est multis præsertim literatis summa calamitas, ita eius incolumitas innumeros tuetur. Ad hæc, ut in omnium ferè monarcharum aulis semper exactè doctos, pspectæq; fidei medicos, qui curam agāt regij corporis cōspicimus: Ita & aulam tuā ornamētis omnibus, alioqui ornatissimā, nōnisi eruditione multoq; rerum usu peritissimis, præter exactum ingenium, artificibus non solum patere, sed in summo honore haberi (conscia nimirum illius pulcherrimi elogij, quo Homerus uates medicos nobilitauit, Iliados Vndecimo: Vnū medicum pluris habēdum, quàm cæterorum hominum permultos) indoctos uerò arceri, accipio. Post hæc disciplinarum omnium præcipui authores liquidissimè iam olim ex præscriptiōe uetustæ cōsuetudinis, docuere, quoduis argumentum aptissimè consecrari summis quum principibus, tum episcopis, quos & si nunquam lecturos propter negociorum fluctus, quibus undiq; tundunt, constaret, ea tamen inde satis ampla prouenit commoditas, quod inclyti illorum nominis præfatione lucubrationibus scriptorum fauoris plurimum concilia-

tur, Vt em̃, quẽadmodum haud inſcitè tradidit Plinius, quædam ob hoc ipſum ſummo habentin prætio, quod ſint templis dicata: Ita & principum uirorum (ẽ quorum albo tu primus occurriſti,) titulus in frontiſpicio uoluminis præfixus ſtudioſorum affectibus opus commendabit. Eſt ſanè hoc maximè, in quo uitiligatorum plena ſunt omnia, ſeculo quorundam, potiſſimum eorum, ut Plinianis utar uerbis, qui ueræ laudis expertes ſunt, erga recens editas lucubrationes tanta morositas tamq; audax mordacitas, ut prius damnent ac reſpuant, quàm legerint: fruſtratur itaq; & qui ſcripſit ſperato fructu, & lector utilitate ſua. Prohibebit illud ſaltem clariſſimi nominis tui inſcriptio, ne quis priuſquam deguſtarit, faſtidiat. Quanquam & alioqui quorundam Epiſcoporum ac principum erga medicos gratia ardensq; fauor facit ne ἀπροσδιόνυσον facere credam, ſi quis medicum antiſtiti, Ducique, uita & ſalute digniſſimo, mittat. Quandoquidem & ampliſſimum uirum GVLIELMVM PELISSERIVM epiſcopum Megalonenſem, eiuſdem ordinis hominum decus præcipuum, & nouimus & uidimus. (ſuſcipit enim perhumaniter & prolixiſſimè eruditos & eruditiõis ſtudioſos omneis, peculiari tamẽ magis affectione Germanos,) quum Mompeſſuli Iatriæ operam dare mus, quicquid in tantis negociorum undis datur oci, id in præclaris medicorũ ſcriptis libenter conſumere, & naturæ ſcrutinio totum incumbere: Cuius opus de piſcibus ſummo deſiderio expectamus. Pari etiam modo affectum ſcimus Reuerẽdiſſimũ præſulem Baſilien. PHILIPPVM à Gundaltzheim, cui dedicationem noſtram ſimilem minime ingratam fuiſſe ſenſimus. Quin etiam inclytum Archiepiſcopum Iuuanienſem, Cardinalem, illuſtriſſimumq; principem MATHAEVM, mihi ſcipſerunt homines minime uani, Aeginetam, quem ipſi ſuperiore anno dedicaui frequenter habere in manibus. Cuius utique conſecrationem iucundam ei fuiſſe clamitant, τὰ ἀπεριόσια δῶρα auri & argenti, quæ ad me cum elegantiſſima, & mihi ampliſſimam ſpem præbente epiſtola miſit. Hæc quum ipſe mecum, & tuũ iſtum animũ in literas reputarem uirtutesq; innumeras contemplarer, ſecunda ualitudine digniſſimum tantum heroa putaui. Atq; ob ea quidem non mihi uiſus ſum incongruum munus, quod ægritudines (quas DEVS OPT. Max. procul, perpetuoq; à tam charo capite auertat precamur.) ingruentes abigat, T. R. D. deferre. Minus apta donant, qui gemmas raras, qui feroces caballos, qui canes uenatorios, qui aulæa barbarica largiuntur. Puto autem me haud inanem operam ſumpturum, ſi T. C. paucis depingam & commendem authorem, qui tuis auſpicijs, ductuq; felicíſſimo publicũ apud Latinos indipiſcetur nomen. Hic eſt ALEXANDER Medicus clariſſimus, Patria Trallienſis. Eſt uerò Trallis urbs Lydiæ celebris, quam Cicero in oratione pro L. Flacco, grauem, locupletem & ornatam ciuitatem dicit. De qua ita tradit Sthephanus: Τράλλις πόλις λυδίας πρὸς τῷ μεάνδρῳ ποταμῷ, ἡ πρότερον λεγομένη ἄνθεια, διὰ τὸ πολλὰ ἄνθη ἐκεῖ πεφυκέναι, ἐκαλεῖτο καὶ ἐρυμνή, τὸ ἐθνικὸν τραλλιανός. Tulit illa plures ſummæ ueritatis, doctrinæq; uiros, neq;

unquã

unquã adeò Leues Tralliani, atque cæteri Græci fuere. Proinde maiorem fidem hic noſter quoque Trallianus in morborum amuletis meretur. Etſi ex eadem urbe, (ueluti in quoque eximiæ fertilitatis agro, inter exquiſitiſſimum triticum degener zizania prouenit,) impudens ille Theſſalus, Methodicæ princeps, qui artẽ ſex menſibus pollicitus eſt fuerit oriundus. Sed ualeat ille. Noſter ille ab ineunte, ut ita dicam, iuuentute, ſapientiæ fuit adeò ſtudioſus, ut adultus σοφιστοῦ appellationẽ obtinuerit, & priuſquam nomen hoc inuidioſum foret. Quum medicinæ ſtuderet, & factiuæ iam operã daret, ſemp indefeſſo quodam cognoſcẽdæ medicæ materiæ ſtudio, permultos mundi tractus (quæ res impendio iuuat medicũ) peragrauit, Græciam uidelicet uniuerſam, Tuſciam, Galliam, & Hiſpaniam, & cætera orbis loca pleraq, quorũ ipſe paſſim meminit. Neque eum unquã uelà colonis, quemadmodum ſubinde ingenue fatetur, uel ab aniculis diſcere piguit. Condidit in arte medica περὶ τῶν χειρουγουμένων uolumina aliquot: De affectibus oculorum libros tres. De uitijs ac morbis κατὰ τόπους ἐκ κεφαλὴς εἰς πόδας libros quatuor, & κατὰ γένη unum, quos ipſi diræ neceſſitatis ergo, & amicorũ inſtigationibus impulſi ad prelorũ momenta quàm fieri potuit ſedulò ſuccifiuis horis αὐτοσχεδίασι latinos fecimus. Quos T. R. D. excellentiſſime heros, conſecramus, eiuſq patrocinio cõcredimus. Namſi tuo calculo fuerint adprobati, in portu nauigabunt, & præſentes pluribus tulerint ſuppetias. Verum T. C. Chonrade Franciæ Orietalis dux clariſſime, det cæleſtis ille princeps eam animæ & corporis ualitudinẽ, quæ nulla manu medica indigeat, eaq; ſemp uelle & conari quæ ſunt optima, idemq; conatus tuos pulchrè ſecũdet, præſertim eum quo rem literariã, rerum humanarũ prorã ac puppim, ſtrenuè tueri, illuſtrare & fouere, laboras. Ea ſe pedibus tuis aduoluit ſupplex, numenq; tuũ aduerſus rudem inſcitiã tetramq; barbariẽ implorat, ut ab iniuria ſcilicet indignitateq; uindicet. Porrhò certiſſimã in ſpẽ uocor, fore ut magiſtratus ciuitatũ Germaniæ idem hoc pro uiribus conentur, Siquidẽ Prudentiſs. SENATVS noſter Baſilien. ingens & ſcelerũ & calamitatum agmen inſcitiã ſecũ trahere perſuaſus, γυμνάσιον omnibus ornamẽtis reddidit nulli ſecundũ, nempe trilingue, & κυκλοπαιδείαν abſolutũ, & arduis deniq; profeſſionibus mirè ornatũ, qbus ſingulis magno cerè ſumptu, profeſſores, ingenio, linguis, & eruditione, ad miraculũ uſq; excultos præfecit, qui certatim ex ipſis fontibus puriſſimos latices ſua in facultate quiſq; exhibere poſſunt & aſſolẽt. Et ſumptus ille adeò Magiſtratũ non deterret, utiã totus in hoc ſit, qui p ſtudioſis quoq; ſtipẽdia inſtituantur è publico. Erit nimirũ hic ad paria deſignãda calcar et regula cæteris Germaniæ urbibus: Vnde tãtum animorũ conſenſum ſpero futurũ, ut pariter omnes, deo præcipue, & nobis deinde ſeruiẽtes, utranque cæleſtis & terreſtris regni felicitatẽ poſſidere queamus. Vale præſul & dux illuſtriſs. Baſileæ Calendis Martijs. An: ſalutis XXXIII.

ELENCHVS SIVE IN
DEX BREVIS EORVM, QVAE CA
PITIBVS SINGVLIS TOTO HOC
OPERE CONTINENTVR.

CAPITA LIBRI PRIMI.

DE duabus Arearum generibus & earum curatione. Ca. I.
Super depilatione & eius curatione. Ca. II.
Quo fluentes capilli fluere desistant, & furfures, squamularum instar, inter pilos non surgant. Ca. III.
Quæ capillos, ut citius crescant promoueant suppetiæ. Ca. IIII.
Capillis denigrandis. Ca. V.
Qui nam canis nigredo inducatur. Ca. VI.
Quibus remedijs capilli fului flauo colore tingi possint. Ca. VII.
Quomodo atrum capillitium flauum reddas. Ca. VIII.
Quo pacto capillis colorem auro similem inducere possis. Ca. IX.
Quæ capillitium candidum reddant. Ca. X.
De porrigine & eius curatione. Ca. XI.
Aduersus pediculos & lendes quã phthiriam Græci uocẽt remedia. Ca. XII.
De psydracijs & Exanthematis capite obortis & eorũ curatione. Ca. XIII.
Paruorum capitis hulcerum & rutorum, curatio. Ca. XIIII.
De manantibus capite hulceribus, quas Græci ἀχῶρας dicunt, & eorum curatione. Ca. XV.
De capitis dolore quem κεφαλαλγίαν Græci adpellant, & eius ex quacunq; causa, curatione. Ca. XVI.
De Cephalæa & ex quacunq; causa eius, curatione. Ca. XVII.
De Hemicrania & eius ex quacunq; occasione cura. Ca. XVIII.
De mentis uacillatione, phrenetideue, & eius curatione. Ca. XIX.
De ueterno quem lethargum Græci nominant. Ca. XX.
De morbo sacro comitialiue & eius curatione. Ca. XXI.
De mentis alienatione citra febrim, quã melancholiam uocant. Ca. XXII
De morbis uitijs q; luminũ & eorũ caussis & remedijs. Ca. XXXIII
De aurium morbis, uitijs & curationibus. Ca. XXIIII.
Ad aurium iniurias ruina illatas, puta rupturas & oppressiones. Ca. XXV.
De sonoribus ac sibillis aurium intra se ipsas quos Græci Ichos & syrismos nominant. Ca. XXVI.
De auribus sorde scatentibus curandis. Ca. XXVII.
Ad ea quæ in aurem inciderunt, & trahenda. Ca. XXVIII.

Aduersus

Aduersus aurium uermes. Ca. XXIX.
De aurium doloribus ex destillatione, catarrhóue. Ca. XXX.
De sanguinis profluuio ex auribus. Ca. XXXI.
De surditate & graui auditu. Ca. XXXII.
Ad surdastros & surdos. Ca. XXXIII.
De abscessibus secundum aut post auris, quæ Græci parotides dicuntur. Caput XXXIIII.
De narium morbis & curationibus. Ca. XXXV.
De Hæmorrhagia narium & eius curatione. Ca. XXXVI.
Aduersus narium graues fœtores. Ca. XXXVII.
De uitijs quæ uultui accidunt. Ca. XXXVIII.
De dentium dolore & curatione. Ca. XXXIX.
De dentibus luxatis & corrhosis gingiuisq; comestis. Ca. XL.
De angina faucium morbo. Ca. XLI.

CAPITA LIBRI SECVNDI.

De morbo costali pleuritidéue & eius curatione. Ca. I.
De fluore alui pleureticorum. Ca. II.
De lateris sine febre langoribus curationeq; eius. Ca. III.
De tussi caussisq; eius. Ca. IIII.
De tussi materiali. Ca. V.
De hæmoptoica afflictione, hoc est reiectione sanguinis. Ca. VI.

CAPITA LIBRI TERTII.

De stomachi affectionibus & symptomatis, quæ cardiaca à quibusdã appellantur. Ca. I.
De appetentia canina uentriculi, & eius curatione ex quacunq; caussa proueniat. Ca. II.
De esuritione intollerabili quã Græci Bulimian & Bulismon adpellãt. Ca. III.
De anorexia, hoc est, inappetentia & eius uarijs caussis, curaq; eius. Ca. IIII.
De siti tantũ non inextinguibili quæq; eius caussæ. Ca. V.
De stomachi inflatione ex atrabile, eiusq; multiplici curatione. Ca. VI.
De cardiaco morbo caussis & medicaminibus. Ca. VII.
De nausea & uomitu, quibus potissimũ ex caussis curantur. Ca. VIII.
De inflãmationibus stomachi & adcommodatis ei rei remedijs. Ca. IX.
De uiscerum duricie & curatione. Ca. X.
De acidia eructatione & cura. Ca. XI.
De amarulentia oris. Ca. XII.
De his qui humido sunt stomacho. Ca. XIII.
De cholera, unde adueniat. Ca. XIIII.
De iocinoris adfectionibus uarijs & qbuscũq; in partibus eius sint. Ca. XV.
Quomodo cognosci possit iecur inflammatum esse. Ca. XVI.
De scirrhomatis iocinoris, quæ sint adhibenda. Ca. XVII.

De

De iocinoris imbecillitate & hepatica dysenteria. Ca. XVIII.
De uentris fluxu & curatione Philemonis. Ca. XIX.
De fluore dysenterico & curatione eius. Ca. XX.
De dysenteria, id est intestinorũ torminibus ex philomeno. Ca. XXI.
De cæliaca uentriculi affectione, quam alui quoq; fluor comitatur ex monumentis philomeni. Ca. XXII.
De Tenesmo intestinorum morbo. Ca. XXIII.
De lienis affectibus & curatione ex monumentis Philagrij. Ca. XXIIII.
De inflatione lienis & curatione eius. Ca. XXV.
De inflammationibus lienis & curatione eius. Ca. XXVI.
De scirrho lienis & eius curatione. Ca. XXVII.
Galleni de lienis scirrhosis pariter & flatulẽtis uitijs sentẽtia. Ca. XXVIII.
De tusse ex liene affecto. Ca. XXIX.
De aqua inter cutem, id est, hydropico morbo & eius curatione. Ca. XXX.
De aqua hydrope ascite & tympanite uocata. Ca. XXXI.
De hydropici morbi cum febre coniuncti curatione. Ca. XXXII.
De morbi regio quem & arquatũ dicunt. Ca. XXXIII
De renum morbis & curationibus, atq; adeò de calculo. Ca. XXXIIII.
De renum inflammatione & caussa, & curatione. Ca. XXXV.
De meientibus pus. Ca. XXXVI.
De stillicidio uesicæ stranguriáue. Ca. XXXVII.
De difficultate mingendi, quam Græci dysuriam uocant. Ca. XXXVIII.
De calculo uesicæ & eius curatione. Ca. XXXIX.
De scabie uesicæ. Ca. XL.
De urinæ profluuio diabetéue, Ca. XLI.
De incontinentia genituræ & libidinosis insomnijs. Ca. XLII.
De priapismo. Ca. XLIII.
De plenioris intestini morbo quem colicum dicunt. Ca. XLIIII.
De plenioris intestini dolore ex flatulẽtis spiritibus pgnato. Ca. XLV
De plenioris intestini dolore ex obturatione duri stercoris proueniẽte, & eius curatione. Ca. XLVI.
De plenioris intestini dolore ex bile proueniente. Ca. XLVII.
De coli doloribus ex inflatione natis. Ca. xLVIII.

CAPITA LIBRI QVARTI.

De miserabili pedum dolore, quam Podagram Græcè uocant, quo sub morbo omnium omnes articulorum dolores comprehendi possunt. Ca. I.
De podagra frigida è Pituita proueniente. Ca. II.
De podagra è sanguine nata & eius curatione. Ca. III.
De lapidosis articulorum duricíebus tophisue. Ca. IIII.

CAPITA LIBRI QVINTI.

De febre Diaria, Ephemeráue & eius curatione. Ca. I.

De

De febribus quæ inhumorum putredine accenduntur, & primitus de Continua. Cap. II.
De phlegmone erysipelatosa, hoc est, inflammatione quæ cum ignita rubedine tumorem habet, à quibusdam Ignis sacer uocatur. Ca. III.
De febre ardente, & Erysipelacea inflãmatione cum eadẽ copulata. Ca. IIII.
De Syncopa quæ febres comitatur. Cap. V.
De Cholerica affectione, quæ interdum febrientes inuadit. Ca. VI.
Super defatigationibus & syncopes morborum symptωmatis, quæ similes sunt affectiones deliquio. Ca. VII.
Ad eas, quæ ex uteri uitio animo deficiunt. Ca. VIII.
Ad eos qui stomachi uitio uiribus & animo destituuntur. Ca. IX.
Eorum qui ex stomacho æstuantur, curatio. Ca. X.
Eorum qui ad frigidum stomachum defectiones referunt. Ca. XI.
De his qui ex prauo succo mordicationem in stomacho patiuntur. Ca. XII.
Si ex pituita in stomacho collecta id mali proueniat, curatio. Ca. XIII.
Eorum qui præ calore huiusmodi angustijs corripiuntur. Ca. XIIII.
Eorum qui propter phlegmonen deliquium incurrunt, curatio. Ca. XV.
Eorum qui ariditati, uel inanitioni syncopã acceptã referũt, curatio. Ca. XVI
Si ex obturatione id mali corripiat, curatio. Ca. XVII.
De exanimatis angoribus deliquioq; è uulnerum plaga, uel saniei profluuio prognatis. Ca. XVIII.
Si quis ex mœrore, lætitiáue, aut dolore deliquium incurrat, cura. Ca. XIX.
Ad eos qui ex tenuis, aut crassi intestini dolore excruciati deficiunt. Ca. XX.
Eorum qui deiectis uiribus animo delinquunt, curatio. Ca. XXI.
De febre hectica & marasmode. Ca. XXII.
De marasmode ex syncopa proueniente, & eius cura. Ca. XXIII.
De absoluta febre marasmode. Ca. XXIIII.
Pro febrientibus Lexipyreti, epithema, adspergines, quas Embrochas iam omnes Græcè uocant, emplastra & cerotæ, quæ referuntur ad Martyrium Medicum authorem. Cap. XXV.

ELENCHVS SIVE SYLLABVS DIGNARVM RERVM COGNITU, quæ in hoc toto uolumine continentur, ut uel citra incõmodum, quod cõcupiuerit quis, consequatur.

A

Abscessus periculosi 179.
Absynthium 104.224.239.
Absynthij succus 154.
Absynthij usus 37.
Abscessuũ qui aures occupant curatio 78.
Abscessus in renibus signa 248.
Acacia rufa 194.
Acetum 212.
Acerba inimica pectori 110.
Acidus ructus 157.
Acidi ructus ex calida causa curatio 310.
Acorus 226.
Achores capitis hulcera quomodo curentur 12.
Acris destillatio quomodo curanda 117.
Ἀκαλύφη 110.
Ἄκανα 206.
Ἀκρόττισμα 18.
Ἀκριβῶ 317.
Adiantus 248.
Aegilopas curatio 71.
Ἀιμοῤῥόιδες 315.
Agresta 190.
Aiuga 269.
Alica 217.
Allium 131. & 158.
Alui fluor pleureticorum 111.
Ἅλιξ 71. & 183.
Alui sedimina 185.
Aluus quomodo deijcienda in morbo laterali 112.
Aurugo 237.
Ἁλοσολικὴ 171.
Aluminis usus 224.
Alui purgatio prolixior 230.
Aluum deducẽtia in comitiali 38.
Aluminis usus 90.
Alopetia 8.
Aloës 59.
Alienatio mentis 45.
Aluiductio 137.
Aluum deijcientia 212.
Aloë unde hepatici uocetur 143.
Alui uariæ fluxiones 180.
Aluearium sordes 153.
Aluus q̃modo clystere subducẽda 142.
Aluus 187.
Alimenta in splenis morbis 213.
Alchehengi 250.
Amaritudo oris 157.
Ambliopia 66.
Ambrosia cerotum 89.
Amazonon pastillus 155.
Amentiæ futura signa 27.
Amylum 254.
Amygdala & pistaria 37.
Amigdalæ 73.
Amigdalæ amaræ 3. & 244.
Amithonis malagma 221.
Ἀμφιμέρινον 314.
Ἀνάδοτον 321.
Ἀραιώματα 121.
Ἀνεπικὰ 216.
Angina faucium morbus 100.
Anginæ curatio 100.
Anginæ laborantibus diligẽter sanguis mittendus 105.
Anginæ quæ sint foris admouẽda 106.
Anginæ quatuor species 100.
Ἀνατγαργαρισμος 38.
Aneti usus 38.
Anisum 108. & 216. & 241.
Antiades 101. & 241.
Ἀναθυμίασις quid sit 46.
Ἀνώδυνον 28. & 243.
Anodyna caute danda 29.
Anodyna contra podagram 299.
Anodynum ad dentes 96.
Anserum uentriculi 161.
Anserum extimæ partes 245.
Anseris seuum 77.
Antidotum podagricis toto anno exhibendum 303.
Antidota contra tofos 297.
Antidota sæpius iterare malum 236.
Antidotum Trachij philosophi 287.
Antidotum pilonium 265.
Antidota ad podagram frigidam 286.

Antidotum amazonon 155.
Antidotum Marcellinum 265.
Antidota hebetudinē inducētia 268.
Anorexia 137.
Appetentia canina stomachi 134.
Apij decoctio 173.
Apij propinatio 235.
Apij radix 244.
Apion 242.
Apium saxatile 209.
Apes crematæ 7.
Apozema 297.
Apolozarius epithema 167.
Appetitionis caninæ ex frigiditate prouenientis curatio. 134.
Apollinaris herba 80.
Apostemata renum 251.
Apophlegmatismi 38.
Apozemata in comitialibus sumēda 37.
Aprocrustica collyria 56.
Apocritica 200.
Aqua tepida uomitionem concitat 321.
Aqua calida 245.
Aquæ calidæ usus 124.
Aquæ calidæ potio 137. & 309.
Aqua frigida nocet pectori quod inflammationem habet ignitam 316.
Aquæ intercutem tres species 228.
Aquæ intercutem curatio 229.
Aqua non nutrit 111.
Aqua mulsa cit uomitum 321.
Aqua capillos denigrans 9.
Aquilæ fel 67.
Aqua mulsa 125. & 213.
Arcarum genera duo 1.
Aridum collyrium 66.
Aristolochia macra 178.
Ariobarzanium emplastrum 86.
Argenti spuma 90.
Arcenthides 155.
Armenius lapis 51. & 130.
Ἀρσένικον 92.
Arnoglosson 201.
Arnoglossi succus 116.
Arquatus morbus 237.
Arquati curatio ex Galeno 239.
Ἀσβεστῳ calcem non restinctam uocāt Græci 198.
Asclepij malagma 222.
Asarus 165.
Ἀσβεστος 94.
Astacus 245.
Ἀσκον Græci uterculum dicunt 228.
Ἀσκίτης 228.
Asparagi decoctum 245.
Asplenon 217.
Athanasia hepatica 168.
Atrebilarius ægrotus 38.
Atra bilis in liene 210.
Ἀτροφια 237.
Atræ bilis color 2.
Aues non saginatæ 200.
Aues quæ meliores 36.
Aurium sanguinis profluuium 82.
Auenæ cremor 112.
Aureus capillorum color 9.
Aurium uermes 81.
Aurium sonitus curatio 80.
Auditus grauis 87.
Aurium cruciatus 195.
Aurium inflammatarum curatio 75.
Aurium dolores ex destillatione 82.
Aurium murmura 115.
Auribus sorde scantentibus curandis medelæ 81.
Aurium phlegmone 74.
Aurium sibili 80.
Aurium surditas 83.
Aurium dolores ex frigore 74.
Auribus exhulceratis medicamen 77.
Auri quæ incidunt quomodo extrahenda 81.
Aurium obturatio 72.
Aurium morbi 72.
Auribus quomodo inijciatur medela 76.
Auricula muris 226.
Auripigmentum 92. & 198.
Axungia porcina 87.
Αυλίσκος 286.

B

Baccæ iuniperi 155.
Bailon 139.
Balani 197.
Βαλάυσιον 102.
Balnea 4. & 185.
Balnea sulphurea 259.
Balnei usus 118.

Balnea ſicca 239.
Balnea quæ expediant 31.
Balnea hydropicorum 236.&237.&277.
Balneum aquæ dulcis 504.
Balneum potum & cibum præcedat 35.
Balneum quomodo in lethargo adhibeatur 3.
Balnea quæ coli doloribus cõgruũt 259.
Balneum poſt euacuationem 248.
Balnea ad phlegmonen coli 272.
Balnea pro podagra pituitoſa 390.
Βάτος 82.
Bellaria tragematáue 124. & 235.
Bellaria colicis apta 258.
Bechicon 117.
Betonica 209. &253.
Beſaſa 102.
Bilis cauſſa arquati morbi 238.
Bilis atræ euacuatio 51.
Bilis ex plenitate proueniens 16.
Bilis mordax melancholiæ cauſſa 47.
Bilioſus humor quomodo tractandus folio 180.
Bilis Hemicraniam faciens 25.
Bilis flaua in cerebro phrenetidis cauſſa folio 27.
Bilioſa phlegmone 210.
Bilei humoris curatio 109.
Bilis caput infeſtans 16.
Bilis gingnens parotides 89.
Bilioſi fluoris curatio 180.
Bilis oculos infeſtans 59.
Bilis ſi cephalæam facit quid agendum folio 21.
Bilioſus humor 158.
Βιωτὸς 305.
Boni lactis notæ 35.
Βορβορυγμὸς 228.
Bouis ſtercus 142.
Braſſica ter elixa 249.
Bulimia quid ſit, undéque ſit 136.

C

Czra cretica 222.
Calculos in renibus quæ poſſint 252.
Calidæ intemperiei in diaria febre curatio 108.
Calcularis morbus 252.
Cacochimia laborans euacuandus 119.
Caninum ſtercus album 240.
Calculi notæ 252.
Cardiaci curatio 147.
Calida intemperies caninam appetentiam excitat 134.
Calidior qualitas exuperans uehementiores dolores capitis excitat 13.
Calida aqua quando corpus perfundendum piſcinam quando ingrediendum ſit 49.
Canopicum collyrium 65.
Canapis ſylueſtris ſemen 256.
Calida gignunt calculum aliquando folio 244.
Κακοχυμία 307.
Κακόχυμον corpus 61.
Calidæ intemperiei ueſicæ curatio 250.
Calor ſolis cauſſa capitis doloris 13.
Calidus cibus 237.
Calidæ intemperiei curatio 14.
Καμαϊώδης 211.
Calculos cõminuentia 253.
Canities quomodo nigra fiat 8.
Calidum hepar quomodo curetur 177.
Capitis dolentis ex iecoris malo remedia 14.
Capitis doloris ex ſolis æſtu curatio 13.
Capitis dolor propter aluum aſtrictam folio 23.
Capitis hulcera 11.
Capitis dolor ex male affecto uentriculo 16.
Capitis dolores ex æſtu 13.
Capitis crinisue deformitas 1.
Caput aliquando cauſſa eſt ſpurij ſanguinis 128.
Capiti quomodo robur inducendum folio 92.
Capparum radix 227.
Caput mittit humores pulmoni 115.
Capitis dolorum cauſſæ 12.
Capitis uarij dolores 12.
Capitis doloris ex prauo temperamento remedia 23.
Capillum album reddentia 16.
Capitis dolor ex ictu aut uulnere 18.
Capitulum cardui 242.
Capitis dolor ex intemperie ortus 13.
Capillos iuuans unguentum 7.
Capilli combuſtiõe amiſſo quo reſtaurentur 7.
Capillos gignens paſtillus 7.

Calculi quomodo in uesica gignantur folio 240.
Capillorum fuluus color 9.
Capilli qua ratione nigri reddantur 8.
Capillos multiplicans & promouens folio 7.
Calidior lien 204.
Capræ sigillum 130.
Caprinum stercus 222.
Calculus 240.
Candidum capillum facientia 10.
Capitis dolor ex ebrietate 17.
Capitis obstructio quomodo deprehendatur 20.
Calida intemperies tussis caussa 114.
Carnes difficiliores in melancholiæ morbo uitandæ 46.
Caluorum auxilium 7.
Carnium esus hydropicorum 234.
Καρδιακὴ unde dicta 146.
Cardiacus morbus 146.
Cardui semen 146.
Carnes leuiores 135.
Carnes nephreticis aptæ 245.
Carnes quæ meliores 36.
Cardiaca adfectio 133.
Caprini cornu usus 42.
Capitis purgatorium 44.
Canis stercoris usus in commitiali morbo 43.
Canina appetentia stomachi 134.
Carbunculus 308.
Capræ lac 253.
Carnes suillæ 37.
Calx uiua 198.
Casei præparatio in medendis tosis folio 299.
Contra podagram anodyna 299.
Casei usus 132.
Caseus in comitialibus morbis fugiendus 44.
Casei confectura 188.
Castoreum 261.
Castaneæ 255.
Cataplasmata diaphoresin facientia folio 106.
Castanearum usus 151.
Cataplasma ad hyposarcam 230.
Cataplasma ex palmulis 200.
Cataplasma ad rhematicam dysenteriam 182.
Cataplasmata 242.
Cataplasma aduersus sitim 142.
Cataplasmata ad iecur 177.
Cataplasma Διὰ λιφίτου 296.
Catapotia ad podagram frigidam folio 285.
Catapotia pilulæ & globuli dicuntur folio 285.
Cata potia sunt quæ integra decorbitentur, non diluta 285.
Cataplasma basilicum 288.
Cataplasma utilissimum 90.
Catapotia purgantia 17.
Catapotia bechica 110.
Catapotia ad intestina 196.
Catapotia chalastica 301.
Catapotia 268. & 259.
Catapotia Tralliani 260.
Catapotia ad male affectum iecur folio 177.
Catapotia in podagra probatissima folio 301.
Catapotia in sacra morbo deglutienda folio 37.
Catharticon 215.
Chalastica 291.
Cataplasmatis quando utendum folio 214.
Cathartica pocula 215.
Catharticum purgandi uim habens folio 138.
Carunculæ in urina 248.
Catharticum in comiciali ualentissimũ folio 38.
Catarrhos aures quando adficit 82.
Cathartica in pleuritide 112.
Caussarum cognitio magna medicinæ pars 2.
Causi duæ species 317.
Κατῶσος 305. & 306.
Καταπόσαλσαμον 120.
Cedrinus liquor 78.
Centaurium 226.
Κεντάυριον τὸ μικρὸ 209.
Κεφαλαία quid sit 19.
Ceparum succus 73.
Cephalalgia quid sit 12.
Cephalææ ex inflammatione capitis folio 20.
Cephalalgiæ malagma 19.

Cephalæa flatulenta 20.
Cephalææ cauſſa 19.
Cephalææ curatio 20.
Cæphalææ cauſſa calor 20.
Cephalalgiæ uariæ uaria remedia 16.
Cera rubea 153.
Ceraſa nocent hecticis 336.
Cerota 166
Ceratum 247.
Cerota diaphoretica 789.
Cerota ex thapſia 123.
Cerota dolorem mitigans 303.
Cerota in morbi extremo incremento adhibenda 303.
Cerota admirandæ uirtutis 303.
Cerotum emolliens 153.
Cerota 201.
Cerota lenitiua doloris egregia 303.
Cerotum zopiricum 89.
Cerota ad uarios morbos calidiores 14.
Cerota ex farina fabuli 280.
Cerota ad phlegmonem coli 272.
Cerotum ad ſtanguriam 252.
Cerotum ambrotia 89.
Cerota Galleni 152.
Cerotum confortans 153.
Ceſton 209.
Chalaſtica catapotia 301.
Chamomilla 242.
Chamepitys 177.
Caracteres ſanant colicos 275.
Chimetla 282.
Chole 158.
Cholerica quæ nocentur 158.
Cholera ex plenitate 157.
Cholera 151 & 321.
Cholagogon quid ſit 47.
Cholera 158.
Cholerica affectio quæ interdum febrientes inuadit 321.
Cholerici ſto machi curatio 160.
Choleræ curatio 159.
Choleræ paruæ curatio 162.
Cholera ex uicio humorum 159.
Choleræ conducens antidotum 146.
Choledochos 138.
Chriſma ad hemicraniam 25.
Chronica affectio 61.
Chus 143.
Cicadæ 243.
Cibatus ſcirrhoſis ſplenoſis 219.
Cibariorum auerſionem curantia 319.
Cibus lieni nocens 211.
Cibum faſtidientes quomodo curandi ſint 137.
Ciclas 110.
Cicutæ ſemen 249.
Cincinalis herba 220.
Circulares febres 313.
Climata 303.
Clymax antidotum 32.
Clyſteres uarij 108.
Clyſter ad conuoulum 262.
Clyſteres 197 & 261.
Cocta medicanda 246.
Coagulum leporis 240.
Cœliaca uentriculi affectio 199.
Cœliacus inueteratus 202.
Collyria uaria oculorũ 56.
Coli uaria ex cauſſa cruciatus 267 & inde.
Colica paſſio 257.
Coli langor ex bile 268.
Colicis quomodo gallum inſtruas ad purgandum 268.
Colici abſtineant à carne 258.
Colicæ ægritudinis ſigna 257.
Colicis quomodo cicdus uomitus 266.
Colicis expediunt ſinapiſmi 266.
Colicus morbus 257.
Colicis qui piſces, quæ, carnes, poma, placentæ & bellaria competant 770
Colicis competunt exercitia 266.
Colicis quæ balnea expediant 270.
Colicis conducunt dropaciſſmi 266.
Colicorum ex bile uictus 269.
Colocynthidis putamen 239.
Coli doloribus medentia 264.
Colicos quibus catharticis purgare conueniat 271.
Colicorum dolores & nephreticorum ſunt perſimiles. 241.
Columbæ 258.
Colores ſanguinis uarij 122.
Colicos alligata iuuant 275.
Columbinum ius 140.
Collyria demulcentia oculorum dolores 55.
Coli dolores ex inflammatione & incenſione 271.
Collyrium dia pompholygos 60
Cochlion medicamentum 92.

Collyrium dia zieu 64.
Collyriũ cignus 63.
Collirũ dia mamira 64.
Collyriũ dia olibanu 63.
Coli doloribus qui ex ſpiritibus ſunt remediũ 267.
Collyriũ dia libanu 63.
Comitiali laborans quibus piſcibus ueſci potiſſi mum debeat quibus nõ fo/lio 37.
Comitialis 35.
Comitialiũ uictus 35.
Comitialis cauſſa 34.
Comitialis morbus 34.
Compoſita ad areas remedia 3.
Comitialis fons 34.
Comitialis morbi ſigna 34.
Comitialis morbus 34.
Comitialis inueteratus 41.
Comitiales 41.
Comitialis curatio 35.
Comitialis affectio 34.
Comitialis affectio unde proueniat cõ/ſiderandũ 39.
Comitialis ſtomachi 39.
Condylomata 298.
Conditura 167.
Confectio ex cydonijs 150.
Confectio ad dentes 98.
Conſtrictio 182.
Confectura ex hibiſco podagricis con fert 281.
Confectura aduerſus ſanguinis reiecti/onem 116.
Conuoluuli morbus 265
Conuoluuli morbum quomodo Do/cles uocet 265
Confringere 242.
Confectio dia codion & quomodo fiat 92.
Copticon epithema 167.
Coralliũ 44.
Coriandrum 90.
Coſtum 243.
Cotonea 144
Cotoniorum ſuccus 144.
Cotonea 145.
Cotoneorum confectura & ſuccus fo/lio 213.
Cotonea 138.
Crama 144.
Crinis color aureus quanam ratione Critici dies 91.
Cretæ uſus 181.
Crocodes paſtillus 195.
Croco confectum collyrium 58.
Crocoma 58.
Cruditatis ex frigida intemperie curati/ones 322
Crumenæ 242.
Cucumeres 145.
Cucumeris ſemen 250.
Cucumeris ſemen 248.
Cucurbita 269
Cucumeris ſemen 141.
Cute teſtacea prædita 235.
Cucurbitulæ 104.
Cucurbitularũ uſus 30.
Cyamon collyriũ 64.
Cygnarta Colliria 62.
Ciclaminos 84.
Cyamodes 208.
Cyminum 264.
Cymini farina 231.
Cymínũ Aetiopicũ 264
Cyminũ 28.
Cydonia mala 138.
Cynanche 100.
Cyphi antidotũ 177
Cyperinũ oleũ 267.
Cyiton 163.

D

Dactylus 216.
Dactyli 215.
Daucus creticus 171.
De balneo 321.
De ſincopa ex febre 321.
De diaria febre 311.
De diaria febre 38.
Defectiones ex calore 325.
Defectio animi 323.
Defectionis curatio 325.
Defectionis ſtomachi curatio 324
Defectionis ex phlegmone curatio, fo/lio 325.
Defectio 324
Defectiones ex uteri uitijs prouenien/tes 323.
De prauis ſuccis 324.
Defrutũ 120.
Delirium quid 27.
Deliquiũ 324.

Dentiũ dolor 95.
Dentes tollendi ratio facilis & quomodo fiat 98.
Dentes non dolent 95.
Dentiũ cruciatus 195.
Dentiũ doloris curatio 95.
Dentes luxati 98.
Dentifritiũ 99.
Dentes commoti quomodo curandi folio 203.
Depilatoria 293.
Diabrosis 121.
Diaria febris 314.
Diariæ febris ex laboribus ortæ curationes 307
Diaria febris 311.
Dia zymis 88.
Dia meliloton 167.
Dia corralliu 286.
Dia rhodon 276.
Dia spermaton 208.
Dia chylon 90
Dia althias 298.
Dia moron 160.
Dia calaminthis 208
Dia struthiu 86.
Dia carion 102.
Dia cydoniu 76.
Dia meliloton 86.
Dia rhodon collyrium 57.
Diatriton 186.
Diabeticis uitanda 255.
Diastole 306.
Diaphoresis 289.
Diabetes 254.
Diarrhœa 254.
Diaphaga 252.
Diaphragma 108.
Diaphoresis euaporatio dicitur & eius opus 86.
Diospoliticon 223.
Diagridiũ 277
Diagridiũ 250
Disentericorum nutricatus & uictus ratio 183.
Diariæ febris ex nimio ardore curationes 307
Diaria febris 306.
Diariæ febris indices 306.
Diariæ febris causſæ 306.
Diaphragma insaniæ causſa 27.
Dia gridij usus 145.
dioſpoliticon 208.
Diphrigis 92.
Dyspnœa 113
Diuretica 326.
Dolorũ curatio 72.
Dolores mollientia 126.
dolores capitis 22.
De pituita 315
De fomentis 325.
Deliquiũ 325.
De syncopa 326.
De obturatione 326.
De ligaturis 326.
Dolor 326.
Deiectæ uires 327
Diaria febris 328
De potu aquæ 330
De senio 331.
De lacte 334.
Dandũ lac 334.
Duracina 336.
De pomis 336.
Dactyli 301.
De podagra 301.
De oxycrato 302.
De anodynis 303.
De topicis 303.
De lenitiuis 304.
Dolorem mitigans 304.
De febre 304.
Diaria 305.
De melel 309.
Diariæ 311.
Danda diaphoretica 311.
De piscibus 312.
De cerotis 304.
De febribus 313.
De candido colore 314.
Decoloratus 316.
De sanguine 316.
De uictu 308.
Delirium 318.
De arteriis 319.
Digestio 320.
De sudore 321
De stomacho 324.
Dactyli 324.
Donducens balneum 324.
De siti 27.
De semine lini 268.

Dropacismi colicorum 266.
Dropacismos 266.
Dropax 202.
Durities emolliens medicamentum & sanans 234.
Duracina persica 136.
Dypsodia 94.
Dysentericus uentris & intestinorum fluor 185.
Dysenteria inflammata 186.
Dysentericos quos Greci uocent medici 143.
Dysenteria hepatica 171.
Dysentericorum alimenta & omnis uictus 180.
Dysentericæ rhematicæ uariæ curationes 185.
Dysuria 251.
Dyuretica 247

E

Ebulus 230
Echinus lotus 249.
Echini 245.
Edendi cupiditas nimia 136.
egcatismata 261.
ileon 272.
Elaterion 271 & folio 284.
Elegma tussi medendo eximium adcōmodatum 119.
heliotropium 164.
Elones collyrium 65.
Embammata 183.
Embrochæ ad omneis iecoris ægritudines 177.
Emplastrum Phœniceū 281.
Emplastrum Mnasei 89.
Emplastrum dia meliloton 89.
Emplastrum Ariobarzanium 86.
Emplastrū di struthiu 87.
Embrochas quas uocent Græci 39.
Emplastrū maturandi & dissijciendi uires habens 88.
Emplastrum egreiū 126.
Emplastrum tetrapharmacū 19.
Emplastrū ex pipere 93.
Emplastra molliendi uim habentia & dissijciendi 121.
Emphraxis 306.
Emmon 94.
Empiema 115.
Empneumatosis 169.
Endiuia 226.
Enema dia chylon 202.
Enemata 213 & 197.
Enema præstans 197.
Enteron 79.
Enula campana 244.
Eorum qui nimia euacuatione uiribus destituti sunt curatio 313.
Eorum qui ex calore deficiunt curationes 315.
Ephelis 94.
Ephemerides 306.
Epilepsia unde dicta 34.
Epilepsia inueterata 41.
Epiploon 233
Ephimera ex praua alimentorum digestione 308.
Epicaumata 36.
epithema euodes 139.
Epithema ex oinanthe 282.
Epithemata ad stomachum fluoribus tentatum 143.
Epithemata lieni conferentia & quō adhibenda 217.
Epithema ad caput 22.
Epithema ad stomachū 160.
Epithema ad infirmum uentriculum folio 143.
Epithema dialecticū 232.
Epithema Tralliani 217.
Epithemata 261.
Epithema ex anisō 261.
Enemata 261.
Epithemata dia melisloton 153.
Epithema ad dolorem stomachi quomodo adhibendū 154.
Epithema ad inflammationes & usus eius 166.
Ephimera 306.
Equina cauda 248.
Erinon 84.
Erisipelas 316.
Erinū ciclaminiū 22.
Erinum ad caput 22.
Eructatio acida 157.
Eruum 239.
Eruca 241.
Erucæ semē 144.
Erisipelatosæ aurium inflammationis curatio 75.

ἐρύσιμον 252.
Euacuandum in omnibus morbis ubi redundantia est 10.
Eupatorium 217.
Exantematum curatio 11.
Exercitatio à cibo omnibus nocet 35.
Exercitationum differentia 40.
Exercitationes in aurium morbis 84.
Εὐανάδοτα 326.
Εὐσέμαχα 336.
Εὔχυμα 203.
Εὐώδης 153.
Εὐώδης epithema 139.

F

FAbacea farina 95.
Faciei liuoris medela 95.
Famis canínæ curatio 134.
Farina triticea 88.
Farina hordei 181.
Fauciũ affectioni quomodo subueniendum 105.
Faustini pastillus 198.
Faciei uitia 94.
Febris Diaria 306.
Febris Diecularis 306.
Febris diariæ ex obturatione uictus 312
Febris Diariæ ex laboribus ortæ curatio folio 307.
Febris Diariæ ex nimio ardore curatio folio 307.
Febrium singularum indices 314. & 315.
Febris ardentis ueræ, nothæq; 317.
Febris inordinata 248.
Febris ardentis curatio 317.
Febris Ephimera 306.
Febris quid 305.
Febris continuę curatio 315.
Febres sequens cephalalgia 17.
Febris ardentis remedium 182.
Febres quæ in humorum putredine accenduntur 313.
Febris quælibet biliosa calida & sicca est folio 314.
Febris erysipelatosa 316.
Febris ardens 316.
Febris cum hydrope 236.
Febribus uinum inimicum 321.
Febris continuę indices 314. & 315.
Febres circulares 313.
Febres quas καῦσος uocant 163.
Febricitantibus lac & caseus malum folio 188.
Febres quomodo curentur 236.
Felis fimus 3.
Fellis uesicula 238.
Fel ursinum 246.
Fermentum 88.
Fibri testiculorum curatio 145.
Ficus 245.
Filicularis herba 113.
Filicula 212.
Ficus 255.
Ficus uitandi quomodo sint in morbo melancholico 48.
Flatus species 208.
Flauæ bilis color 2.
Flauus capillorum color 9.
Fluoris dysenterici causæ 185.
Fluidum corpus ante purgationem esse reddendum 246.
Frumenta 183.
Fluor intestinorum 181.
Fluor uentris 179.
Fœniculi semen 244. & 250.
Fœni græci cymata 249.
Fructuum usus 142.
Folliculi utendi ritus 268.
Fomenta 109. & 212. & 242.
Furfures capitis quare prohibeantur folio 6.
Fomentationibus quomodo utendum folio 214.
Fomenta colicorum 259.
Frictionis ritus 35.
Frictiones 202. & 235.
Frictiones in lienis affectibus 207.
Frigus in stomacho quõ deprehendat folio 133.
Frigus indurat 156.
Frigidę usus in capitis doloribus 15.
Frigidus fluxus uentris 181.
Frigida temperies iecoris dolorem capitis facit 150.
Frigus hydropis causa 229.
Frigidi humores nocentes capiti 16.
Frigidę intemperiei curatio 251.
Frigidæ capitis temperaturæ curationes uariæ 15.

Frigida medicamenta in hydrope 237.
Frigida ex cauſſa tuſſis 114.
Fructus qui conueniunt Colicis 269.
Fructus qui utiles hæmoptoicis 124.
Fructus 184. & 192.
Fructus arborei 245.
Furfures 259.

G

GAllæ aſianæ 144.
Gallæ aſianæ capillum denigrant folio 8.
γάλακτος χισος 189.
Galla aſiatica 96.
Galbanum 73.
Galeni doctrina, Polycleti regula 305.
Galeni doctrina, Lesbia regula 305.
Gallorum teſtes Hecticis conferunt folio 335.
Gallinaceorum teſtes 124.
Gallinarum oua 248.
Gallinacei teſtes 43.
Gallus qui præparandus in doloribus coli 268.
Gargariſmi 104.
Genitură extinguentia 256.
γῆς ἔντερα 74.
Gith 288.
Gibbum legatis purgantia 171.
Gingiberis puluis 144.
Gingiuæ commeſæ 98.
Gingiuæ phlegmonis 96.
Glabreta uariis ex cauſis fiunt 4.
Glandes 197.
Glicia unde conſtet 147.
Glycyrhiza 118. & 141.
γύψος 317.
Gramen 242.
Grumus quid ſit 123. & 83.
Gutta ammoniaca 231.

H

HAemorrhagia narium 93.
Hæmoptica afflictio 121.
Hæmoptoicorum uictus ratio 123.
Hæmoptoicis quæ fugienda 131.
Hæmoptoicorum medicamenta 125.
Halcyonium 3.
Halica 254.
Hecticis quæ poma conueniant 336.
Hectica unde nomen habeat 328.
Hectica & Maraſmodes 328.
Hemicranię cauſſa 23.
Hemitritæum 315.
Hellebori albi uſus in comitiali 41.
Hemicraniæ ex bile, puenientis curatio folio 25.
Hemicrania quid ſit 23.
Hemicraniæ uariæ curationes 24.
Hermoclymax compoſitio 41.
Hermodactyli uires 233, & ſequenter.
Hepar debilitatum 171.
Hepatis pars concaua 163.
Hepaticorum ſigna 107.
Hepaticum optimum 167.
Hepatis phlegmone 169.
Hepatis frigidioris curatio 175.
Hepar incolume caput afficit 14.
Hepatis plegmone 167.
Hepatis muſculi 163.
Hepar frigidius 172.
Hepatis aridioris notæ 173.
Hepatis obturati curatio 165.
Hepatis affectiones 163.
Herba lanaria 239.
Hermolai collyrium 58.
Heterocraniæ curatio 26.
Hircinus ſanguis 242.
Hiera quos humores trahat 38.
Hirundines habẽt lapillum qui comitiales curat 142.
Holera 48. & 183. 191. & 234.
Holera pro Colicis 269.
Holera quæ competant in ſacro morbo folio 36.
Hordeaceum frumentum 242.
Hordei uſus 127.
Hordeacea farina 160.
Hordeum toſtum 262.
Hordeacea farina 85.
Holera hæmoptoicis commoda 123.
Hulcetum capitis curatio 219.
Hulcera unde pus profluit in auribus folio 178.
Hulcera quibus curentur 250.
Hulceroſa dyſenteria 186.
Humorum generales notæ 148.
Humor tenax 246.
Humor frigidum cum inflammatione folio 153.
Humores acres leniendi 246.
Humores craſſos gignentia 214.

Humores quomodo discernantur 11.
Humores crassi quomodo attenuandi. folio 21.
Humorum acrimonia molestat caput folio 21.
Humorum densitas tinnitus auriū causa 30.
Humores in capitis malis 11,
Hydrelęum magis quam oleum humectat 307.
Hydrops ex frigore 229.
Hydropici morbi notæ 228.
Hydropici quando tussi uexentur 219.
Hydropicorum uictus 234.
Hydrogarum 367.
Hydrocollyrium 68.
Hypotirion 225. & 233.
Hyposarcæ curatio 229.
Hypostasis urinæ 248.
Hyrcinum seuum 198.
Hyssopi usus 32.
Hysitia 157.
Hytria quid sit ususcꝫ eius 123. & 253
Humores glutinosi cibo fastidium parient 138.

I

Icterus morbus 238.
Icteri morbi signa 238.
Ictericorum uictus 239.
Iecur calidius 172.
Iecoris humidioris signa 173.
Iecoris gibbosa pars 163.
Iecoris scirrhosæ affectiones 169.
Iecoraria dysenteria 189.
Iecoris uaria remedia 177.
Iecur obturatum 165.
Iecur male habens capiti dolorem nonnunquam infert 14.
Iecur caprinum præsens remedium in Colica 274.
Ignaua uita 257.
Ignis sacer 115.
ἰσχιὰς 314.
Iocinoris affectus 163.
Iocinoris sima pars 163.
Iocinoris insensilis durities 232.
Iocinorosorum curatio 143.
Iliorum distensiones 221..
Inflammatio renum 246.
Inflammationes unde oriantur 163.
Inflammationibus apta remedia 166.
Inflammationis lienis curatio 211.
Inflammationis auriu m curatio 75.
Inflammationis iocinoris curatio 164.
Intestinum rectum 187.
Inflammatio bilios a lienis 216
Inflationis lienis curatio 208.
Intemperies tussis caussa 113.
Inflammatio renum 244.
Intestinorum uitium, quod cholera nominatur 158.
Intestinorum lubricitas 254.
Intestina lauantia 198.
Intestinum medium 185.
Intestinum plenius 257.
Intestinorum tormirtum curatio 186.
Intestinorum fluxus curatio 181.
Insaniæ curatio 28.
Insani curati historia 28.
Intinctus 183.
Intyba 255.
Intyborum succus 246.
Intinctus ad uentriculum frigidum folio 155.
Inueterati morbi curatio 186.
Inuolucrum maius 216.
ἰπποὐρις 248.
Irion 252.
ἰσχιορία 251.
Iuria 123.
Iuncus odoratus 232.

L

Labrusca flos 213.
Lac asininum 253.
Lac diacochleon 180.
Lac quomodo præbendum 188.
Lactis usus in sanguinis reiectione folio 132.
Lactis bonitas 35.
Lactis potio 131.
Lactis recenter mulcti usus 124.
Lachryma papaueris 117.
Lactucæ semen 141.
Ladanum ad defluuia capilli 6.
Laminea hypostasis 248.
Lana oleo delibuta 186.
Lactucæ semen 256.
Lana oleo imbuta 181.
Lanaria herba 87.
Lana succida 213.
Lanitium 203.
Lapis ex pulmone tussi eiectus 116.

Lapidem

Lapidem in uesica confringens 243.
Lapillus hirundinis 42.
Lapillus hæmatites 129.
Lapidosæ articulorum duricies 296.
Lapidis armenici usus 130.
Lateralis dolor 107.
Lateris dolores sine febre 111.
Lauri baccæ 170.
Lauri folia 106.
Lauacra dulcis aquæ 259.
Lauacra quid faciant 236.
Lac muliebre 77.
Lauacra quæ podagricis competãt 279.
Leguminum potiora 124.
Legumenta 235.
Legumina 190. & 258.
Lenticula bis cocta 183
Lentiginum curatio 95.
Lepra 185.
λεπτομέρεια 261.
λεπτοκάρυα 89.
λευκόπυρτος 317.
Lethargo laborantis historia 33.
Lethargi curatio 32.
Lethargus unde 179.
Lethargus cuiusmodi morbus sit 32.
λευκόμαλα 64.
Lien quomodo indurescat 215.
Lienis inflammationes 209.
Lienosorum ceratum 217.
Lienem roborans potio 221.
Lien frigidior 203.
Lienis scirrhi curatio 218.
Lienis inflati curatio 223.
Lienis affectus 203.
Lien aridior iusto 204.
Lini semen 249.
Lienis scirrho ex re sunt 210.
Lauantia 197.
Lienis inflatio 208.
Lienis humidi curatio 205.
λειντηρία 254.
Ligatio extremorum fluxus reprimit folio 321.
Ligaturæ physicæ pro Colicis 273.
Limana colyria 62.
λιθάργυρος 77.
λίθος αρμένιος 51.
λιθίασις 240.
Littorales lapilli in lac dimissi 180.
Liuoris in facie curatio 95.
Localia ad podagram sanguineam 295.
Locellorum muliebriũ affectiones 154.
Lotij folliculus 251.
Lotium 248.
Lotij pus 250.
Lotium substillum 187.
Longanon 137.
Lumbricus miræ magnitudinis 226.
Lupinorum farina 67.
Luscios medendis collyria

M

Maior morbus quis dicatur 34.
Maiorana 261.
Mala adstringentia 336.
Mala Punica 77.
Mala cotonea 144.
Malagma incidendi uiribus prẽditum folio 153.
Malagma ad capitis dolorem 196
Malagma polyarchion 155.
μαλακτικὰ 86.
Malicorium 198.
Malum terræ 215.
μανία unde oriatur 28.
Mania à bile proueniens 46.
Marasmus consumatus 336.
Marina thuris 79.
Marasmodes ex syncopa, puenientis, curatio 335.
Marcellinorum antidotum 165.
Marcelli pastillus 198.
Maridanus 303.
Martiaton 155.
Malua agrestis 252.
Meatus hydropicorum aperiendi 235.
Meliacum collyrium 57.
Medici lapidis uires 274.
Mœlicorum temeritas 193.
Medicamentum διὰ χυμῶν 247.
Medicamenta συπτικὰ 212.
Medicamentũ δι' ὀπώρων 142.
Medicamẽta alia duris, alia mollioribus corporibus apta 100.
Medicamentum dia fearon 111.
Medicamenta ad melancholiam 47.
Medici imperiti 197.
Medicamenta uaria, quibus comitialis morbus curatur 43.

Mela

Mela 246.
Melancholia 45.
Medicus mali cauſſam ſcrutari debet folio 121
Melancholia 46.
Melancholiæ ſigna 45.
Melancholiæ notæ 49.
Melancholiæ ſpecies 45.
Melanch.uariæ perſuaſiones 50.
Melancholiæ præſidia 50.
Melancholicorum uictus rationes quæ aptæ 48.
Melanthion 208.
Melancholia incenſa 47.
Melicraton 321.
Melicraton 52.
Melanthion 178.
Melli uinũ incorporatũ 52.
Menta 240.
Menta arida 264.
Mentis alienatio 26.
Menſtruum 35.
Miconium 193.
Meſoponos 211.
Meningx 27.
Melicraton 177.
Mercurialis 267.
Metallica quomodo in aceto leuiganda folio 222.
Meſenterion 185.
Methodus Galeni 223.
Methodice medendum 26
Modus frictionis 320
Moly 103.
Monemeron collyriũ 58.
Morbi celiaci curatio 200
Morbis principio eſt occurrendum folio 2.
Morbus coſtalis 107
Morbus regius 237.
Morbus comitialis 34.
Mnaſæus 201.
Mnaſæi emplaſtrum 86.
Mucilaginis adparatus 90.
Mulſæ utilitas 109.
Mulſi uires 62.
Mulſa 106.
Muria 199.
Murmura auriũ 115.
Myos ota 226.
Myrrhaticum collyriũ 57.
Myrrha 117.
Myracopon 155.
Myrobalanus 226.
Myſi 92.
Myſtirium bechicum 118.
Myxor radix 256.

N

Narcæ 305.
Narcotica 266
Narcotica quando danda 28.
Narcotica 54.
Nardinum oleum 74.
Nardinum collyriũ 64.
Narium morbi 91.
Nariũ graues fœtores 94.
Nariũ hæmorrhagia 93.
Nauſea 148.
Nauſeæ curatio 149
Nepita 101.
Nephelia 63.
Nephritidis notæ 241
Nephritidis curatio 241.
Nephreticorum potiones 243.
Nephreticorum remedium 146.
Nephreticis quæ fomenta adhibenda ſint 242
Nephreticorum uictus 245
Nigella 223.
Nigredo crinis 8.
Nitrum leuigatum 185.
Nitrum 215.
Nitrũ 208.
Nomæ auriũ 78.
Nothon 317.
Nux Baſilica 265.
Nuces ponticæ 25.
Nutrimenta hæmopticorum & quõ ſint adhibenda 123.
Nutrimenta non facilis corruptionis folio 162.
Nutricatus anginæ 106.
Nutricũ lac 35.
Nymphæa 256. & 241.

O

OBſtructiones expedientia 5.
Oculorũ dolores 55.
Oculorum morbus ex ſanguine proueniens 54.
Oculorũ phlegmones 54.
Oculorũ morbi 53.
Oculi ſtaphyloma 70.

Oculorũ lippitudo 62.
Oculorũ exulcerationes 62.
Oculorũ obturatio 61.
Oculorum caliginis cauſſa & curatio-
nes 65.
Odoriferũ epithema 168
œnomeli 51.
Oleũ roſarum 197.
Oleũ ex cotoneis 206.
Oleũ ſycioniũ 252.
Oleũ chamæmelinũ 242.
Oluæ conditæ 138.
Olera 251.
Orobos 91.
Omeliſis 272.
Omphacion 317.
Omphacomel 309.
Omotribes 282.
Omphacion 101.
Omphax 141.
Onirogmos 256.
Opion 79.
Opiatis quõ utendũ 193.
Ophiaſis 1.
Ophthalmiæ 113.
Orros 151.
Oris amarulentia 157.
Origanus 258.
Origani radices 251.
Oriza 183.
Orizæ ſuccus 198.
Orodis 284.
Orbiculus anodynus 22.
Oribaſius 170.
Os ſanguinem ſpuentium quibus col-
luendum ſit 178.
Oſtreæ 245.
Oſtracoderma 245.
Oua 192.
Oui albor 141.
oui albugo 74.
ouorum lutea 123.
ouum tepidum 249.
oxymel 312.
oxymel 30
oxymelite non ſemper utendũ & quo-
modo 313.
oxymelitis uirtus 312.
oxymeli 150. & 323. & 251.
oxymel Luliani 284.
oxygala 140

Ozænæ 91.

P

Pædicos morbus 34.
Pachochyma 21.
Palmulæ 255.
Paluſtres uolucres 53.
Panis hydropicis aptior 234
Papaueris lachryma 117.
Panicea 244.
Panis bonitas 36.
Panis maceratus 25.
Panis colica laborantibus aptiſſimus ſo
lio 257.
Panis fumo coctus 200
Papauerũ capita 109
Papauerũ capita 129
Papaueris lachryma 253.
Paragoicum 56.
Parachme 100
Paragorica 126.
Paraphrenitis 26.
Paraſynanche 100.
Pariſithmia 104.
Parotidũ curatio 85.
Parotides 84.
Parotides pituitoſæ 91.
Parotidũ generatio 85
Parotidũ uictus 91.
Parotidũ curatio 87.
Partes balnei 279.
Paſtillus dia phiſalidos 248.
Paſtillus dia caſtoriu 78.
Paſtillus dia balauſtion 193
Paſtillus dia pityas 194.
Paſtillus crocodes 227.
Paſtillus dia opiu 196
Paſtillus dia ſpermaton 194.
Paſtillus 73.
Paſtilli pituitam diſſecantes & quomo
do 38.
Paſtillus contra affectum cœliacorum
folio 201
Paſtillorũ uſus 226.
Pectori uires reſtaurans epithema ap-
tum 178.
Pedicularis herba 44
Pellariũ collyriũ 59.
Pemmata 214.
Pentaphylli radices 245.
Peripneumoniæ dolores 154.
Perdicias 281.

Perdices 2583.
Peritonæon 23.
Perſica duracina 136
Perſica mala 167
Petroſelinū 208.
Peucedanus 226.
phrice 315.
Phrenitis 26.
Phaſeli 378.
Philagrij epithema 152.
Philagrius medicus 203.
Philomenus medicus 186
Philonis colirio 26
Philoniū 244.
Philonij confectura 240.
Philoniō antidotū 265.
Phyſica ligatura 42.
Philemonia curatio 176.
Phlegmone 247.
Phlebotomia 231.
Phlebotomiam in febribus procraſtinare ſonticū 316.
Phlegmones 28.
Phlegmone coli 272
Phlegmones lienis curationes 29
Phlegmone eryſipelatoſa 316.
Phœnicobalanus 226.
Phlon 44.
Phœniceū emplaſtrū 281.
Phos 66
Phreneticorum uictus rationes adcommodatę 30.
Phrenitis 27.
Phrenitidis cauſſa 27.
Picis ſpecies 233.
Picea humilis 177.
Picra 150 & 230.
Pilorum amiſſorum uariæ cauſſæ diuerſa remedia 4.
Pilulæ hieræ 52.
Piper 208.
Piper 144.
Piper candidū 244.
Pituita 44.
Pipiones 91.
Pityriaſis 253.
Pira 246
Piſces qui commodi hæmoptoicis ſo/
Piſces qui hydropicis magis conueniant 234.
Pituita nauſeam faciens 150.
Pituitæ forma 67.
Pituita colicæ paſſionis cauſſa & curationes 257.
Pituita lethargi cauſſa 32.
Pituita candida 228.
Pituita gignens parotides 91
Pinei nuclei 253.
Picra 273.
Picra 38.
Pilulæ aduerſus reiectionem ſanguinis folio 127.
Pilulæ 2.
Piperū genera 223.
pipiones 258.
piſces 258.
piſces qui optimi 36.
Piſces ſquamoſi 91.
Piſtacia 255.
Pituita tenax 169.
Pterigia 66.
Plantaginis ſemen 202.
Placentæ 48
Placomata pro colicis 27.
Platocyminon 262.
Plantago 170
Plantaginis ſuccus 126.
Pleuras 112.
Pleuritidis notæ 107
Pleuritis 107.
Pleuritidis curatio 18.
Pleuriticorū edulia 110.
Pleuriticorum fluor 111.
Plenitas humorum cauſſa doloris renū folio 246.
Plenitas 61.
Pleuriticis mulſa prodeſt 109.
Plethora 244.
Plethoricon 272.
Plethora 307.
Plethoricū corpus 61.
Pocula quæ lienoſis conueniant magis 22.
Pocula 264.
Podagra 274
Podagra ex ſanguine 294.
Podagræ remediū 38.
Podagræ remediū 301.
Podagra frigida 28.
Podagræ quæ adplicanda 280.
Podagræ curatio 277
Podagræ uictus 277.

Polenta 182.
Poligoniũ 192.
Poliponos 211.
Polypus 97
Polypodiũ 1.
Polydeucon 57.
Polychricton 74
Polypi curandi 91.
Poma 336.
Polypodiũ 212
Poma 245.
Pompholyx 66.
Pori 296.
Porrũ agreſte 17.
Potus hæmopticorũ 124.
Porri elixi 258
Porri ſuccus 125.
Porrigo cutis quid ſit & quomodo curetur 10.
Porriginis cauſa 10.
Porrigo 253.
Portulacæ ſuccus 125.
Portulacæ ſemen 142.
Portulacæ ſuccus 247
Porcorum adeps 247.
Potio Iacobi 300.
Potio dia nardon 243.
Potiones medendis cœliacis 201
Potio ad dyſentericos 167.
Potiones ex hermodactilis 299 &
folio 300,
Potio quæ ſimul atq; ſumpta fuerit dolores profligit 302.
Potiones in hepatis morbis quomodo eis utendũ 165.
Potus phreneticorũ 30.
Potiones ad hepar 177.
Potiones 214
Potio Theodoſij 301.
Potiones medicæ 135.
Potiones ad hypoſarcam 230
Potio de coronopide 302.
Praſion 17.
Priapiſmus 256.
Proegumena 59.
Profluuiũ urinæ 254
Proca tarticæ 306.
Propomata 259.
Propoma 235
Propolis 232.
Propolis 298.
Prophilacticũ præſidiũ aduerſus ſacrũ morbum tutiſſimũ 36
Pſillion 77. & 90
Ptarmica 83.
Ptiſanæ confectio 191.
Ptiſanæ ſuccus 248.
Ptiſana 48.
Ptiſanæ liquores 215.
Pubis ſcrotũ 210.
Pulegiũ 147. & 258.
Puluis ad ſiſtendũ ſanguinem bonus 245.
Puluis abſynthij 66.
Puluis dyphrigis 231.
puluis Seueriani 92.
Pulmo per tuſſim eiecit lapidem 17.
Pulmo occupatus inflammatione 124.
Pulmonis fractura 258
Pulmonis uaſis fractis medendum folio 125.
Punicorum malorum ſpecies tres folio 10.
Ptiſanæ ſuccus 253.
Punici flos 125.
Punici cortex 142.
Punicorũ nuclei 247
Purgationes melancholicorum quæ aptæ 247.
Purgatiões quæ oporteat præcedere folio 300.
Purgantia cum acredine 243.
Purgationes cum hiera 201
Purgandi medicamenta 167.
Purgatorium capitis 299 &
Pus meientes
Pyrias uocant balnea ſicca
Pyxides uentoſæ
Phyma

Q

Quadrupedum caro 302.
Qualenam et quomodo uinum ſit miniſtrandũ 135.
Quæ edita craſſos humores gignant folio 230
Quæ in potionibus ſint obſeruanda folio 301.
Quibus deprehendere febrim poſſis 135.
Quibus in hectica uinum miniſtrandũ ſit 230
Quinquefoliũ 302.
Quum pituita ſyncopam inducit 17.

Quum calor ingens syncopam facit folio 325.
Quum calor phlegmone syncopam facit 325.
Quæ aerem infrigident 333.
Quod inter diariam & hecticam discrimen sit 328.
Quæ uitanda sint diabeticis quæ non folio 255.
Quæ sint inditia hecticæ febris & curatio 329.
Quibus notis dignoscere possis hecticam 329.
Quomodo contiuua febris differat ab hectica 329.
Quō curanda hectica 330.
Quando expediat aquam dare frigidam 330.
Quibus non competat potus aquæ 331

R

Radix pontica 125.
Raphani cortex 3.
Raphani radices 251.
Regius morbus 157
Regij morbi cura 238.
Refrigorium 333.
Refrigeratio aeris 333.
Refrigerans cerotum 332.
Remedia lexpyretri 337.
Remedia in forma emplastri & epithematis 337.
Remedia epithematis 337.
Remedia in foma emplastri contra feruores 338.
Remedia febriū 338.
Remedia salutaria contra febres in forma 338.
Remedia ex alica & oxylapatho aduersus calores febriles in forma embrochæ folio 338.
Remedium Iulij contra febres bonum folio 339.
Remedia refrigerantia febres uaria folio 34.337.338.339.
Remediū refrigerans 340
Remedia imbecillarum uiriū refocillās folio 330.
Refrigeratio febriū 339.
Remedia febriū & phlegmones in pudendis 338.
Remediū pudendi 338.
Remedium inflationis uentris egregium folio 338.
Refrigerium præstantissimum contra febriū ardores 340.
Refrigerium contra febres Oribasij 340
Refrigerans febrim epithema 340
Refrigerandi medicaminum rationes
Restaurare depopulatam carnem possibile 337.
Remediū aquæ frigidæ 331.
Reficiendi gratia aqua frigida est præbenda 330.
Remedia ad hecticam 330
Reiectionis sanguinis curationes, folio 122.
Renū dolores 244
Renū morbi 240.
Renum phlegmones suppuratæ curationes 248
Renum doloribus opem fert aqua calida 245.
Renū inflammatio 244.
Renum dolor 244.
Renū loca adflicta quomodo deprehēdas 248
folio 248.
Renum scirrhus 247
Rectū intestinū 199.
Renū hulcera 244.
Rhesina tosta 233.
Rheuma uentris 179.
Retentricis facultatis læsæ curationes folio 136.
Renū dolores 154.
Risus in melancholia 46.
Rhexis 121.
Rhigos 315.
Rhyas 71.
Rhygmochasmus 126.
Remedia aduersus febrim 332.
Rhosaceū 340.
Rosmarinū 3.
Rhosaceū oleū 242.
Rhosarū usus 158.
Rosarū flos 212.
Rosaceū 231.
Ruta siluestris 100.
Rumicis semen 250
Rosæ competunt febribus 338.

Rutæ agreſtis ſemen 253.
Ruta ſatiua 71.
Rubi elixatio 195.
Ruta 208
Ruta ſylueſtris 244.
Rutæ ſemen 256.
Rubia 240.
Rutaceũ oleũ 74.

S

Sabinum oleũ 262.
Sacer ignis 316.
Sacer ignis 317.
Secer morbus 34.
Sacro morbo correptus inuenis, hyſto ria 140
Sacri morbi curatio 42.
Sacro morbo correpti 44.
Saeri morbi uomitus 39.
Salicis aqua 207.
Salicũ uſus 26
Salſamenta 255.
Sal armoniacum 103.
Salis flos 207.
Salſugo 199
Salis uſus 171.
Sambucus 330
Sanguinis miſſio 108
Sanguinis detractio 219.
Sanguis inutilis 246
Sanguis hircinus 253
Sanguinis miſſio 148.
Sanguis ex naribus 132.
Sanguinis ſputũ 196
Sandarach i gon 14.
Sanguinis reiectio 321
Sanguinis color 212
Sanguinis detractio 219.
Sanguinis miſſio 122
Sanguis hircinus 243
Sanguinis ſputũ quid ſignificet ſo lio 121
Sanguis oculorũ morbi cauſſa & cura tio 54
Sanguinem reſcientes 131
Sanguinem ſiſtentia 94
Sanguinis miſſio 14
Sanguis cucurbitulis extrahendus quõ ſit 26
Sanguis phlegmones cauſa 209.
Sanguis mittendus 32.
Sanguinem ſiſtens puluis 94
Sanguis ex aure 79
Sanguis fluens 121.
Saxatile apiũ 351.
Sanguinis reiectio 127.
Sanguinis detractio 42.
Sanguinis miſſio 46
Sarcophagia 36.
Saxifragia 253
Secundæ menſæ 175.
Seleuci regis tingendis crinibus medica mentum 8.
Semen alterci albi 244.
Seminũ uſus 225.
Semen ciceris 245.
Semitertiana 315.
Serici deſcriptio 89
Senũ ex morbo 335.
Senũ ex morbo 338.
Septitransuerſi inflammato & eius cura tiones 332
Sertula campana 86.
Seroſus humor in ſtomacho 151.
Sertula campana 111.
Sericon 89.
Sertula campana 152.
Seuum porcinũ 221.
Scaphe 318.
Scammoniũ præparatũ 277.
Scirrhus hepatis 165.
Scirrhus lienis 224.
Scirrhus 218.
Scirrhi cura 87.
Si dolor ex mœrore 327.
Sitis 140.
Sitis cauſſæ 14.
Sinapiſmos 266
Sinapiſmi colicorũ 266
Silignites 257
Synapi 138
Sidia 295.
Sitos 157
Simam hepatis partem quæ purgent ſo lio 170.
Similitudo 329.
Si inflammatio in iecore quid agendum folio 333
Sidion 171.
Signa hecticæ 329.
Signa maraſmi 329.
Siligineus panis 257.
Sitim ſedantia 141.

Ecolo

Scolopendria 226.
Scolopendria 217.
Scybala 263
Scammoniũ præparatũ 341.
Simplex rosaceũ 338.
Smectica collyria 64.
Spicæ nardi semen 264.
Spiritus uitalis 365.
Splenis calidi curatio 205
Spiritus flatuosi 154
Splenem pituita infestans 210
Splenis affectiones 203.
Splenis obturatio 169.
Splenis pocula 226.
Spleneticũ epithema 222.
Spongiacũ collyriũ 56.
Spodion 78.
Spuma argenti 90.
Sputũ sanguinis 121.
Sputũ 107.
Spodion 65.
Splenis frigidi curatio 205.
Solidæ partes febre laborantes 329.
Solaris herba 164.
Somnus 32.
Solani radix 43.
Squama æris 198.
Squama ferri 227.
Squamosi pisces 91.
Staphilomata 70.
Staphida agria 44.
Stercus bouill ũ 142.
Stercus lupi 273.
Stimmi 58.
Stibi 58.
Stillicidij urinæ causſa 250.
Stillicidiũ 250.
Somachus 133.
Somachi symptomata 133.
Stomachi inflatio 143.
Stomachi malagma 153.
Stomachi dolores 153.
Stomachi medicamen 153.
Stomachi durities 153.
Stomachus ardens 317.
Sitiæ 267.
Somachi inflatio 142.
Stomachi bilis 142.
Stomachi phlegmone 152.
Stomachus comitialis morbi aliquando causſa 39.
stomachus calidus 143.
stomachi calidi cura 143
stomachi inflammatio 151.
stomachi conuulsio 34.
stomachus cibum non continens quõ curetur 143.
stomachus humidus 158.
stomachi ardor 141.
stramen lidium 333.
stranguria 256
stranguria ex gelida causſa & eius curatione 25.
struthion 87.
stiptica 256.
succus mororum 101.
sugillata 94.
suilla axungia 227.
sus 57.
suillæ carnes 37.
suppuratio 115.
suppurationis in pectore signa & eius cura 115.
sulphur uiuũ 117.
suppositoria 197.
surdastri 84.
surdi 84.
surdorũ causſa 84.
sphæria 291.
sphæria 95.
sincope ex pituita 325.
sincopè ex utero 323.
syncopa ex stomacho 323.
syncopæ cura 323.
syncopa ex frigido 324
syncopæ ex calore 325.
syncopæ ex phlegmone 325.
syncopa 324.
syncopa ex arido 326.
sincopa exfame 326.
syncopes ex fame cura 326.
syncopa ex plenitate & eius curatio folio 319.
syncopa ex deiectis uiribus & quæ curatio 327.
syncopæ ex bile uictus & quomodo curanda 322.
syncopæ indices 319
syncopes ex obturatione curationes so
syncope ex tenui humore 322.
syncope 319.
synçopes cura 319.

Synanche 100.
Suriſmi aurinm 80
Siſtole 36.
Sytiæ 267.
Tabis ſpecies 237.
Temulentia 17.
Teneſmi ſigna 202.
Teneſmus 202.
Teneſmi curatio 203
Tenuis inteſtini dolore defficientis cur atio 327.
Tephrion collyriũ 58.
Terra aſteris 125.
Terra ſigillata 130.
Terra ſamia 125.
Teſticuli gallorum 43.
Teſtaceæ cutis animalia 176.
Teſtudines marinæ 245.
Tetra pharmacon 19.
Tetrapharmacon baſilicon 75.
Teuciſtaticõ colyrriũ 58.
Teodoricũ collyriũ 68.
Theophilũ collyriũ 58.
Theriaca 130.
Theriaca quõ exhibenda in collica paſſ ione 265.
Theriaca 265.
Theriaca 244
Thermæ 131.
Thermæ 259.
Thermæ quibus proſint & quibus ob/ ſint 27.
Thermæ 136.
Tithymallon 284
Tinia 38.
Tiniarum capitis curatio 12.
Toſi 297.
Toniotica potio 179.
Topica ad podagram 288.
Tormina 196.
Torminoſi fluoris notæ 185.
Torminũ curatio 183.
Topica 303.
Tormina curantia 198.
Tragemata 27.
Trachoma 68.
Ttrachomaticũ 67.
Trachematicon 678
Trallianus ſcripſit de chirurgia opus. 37.
Tragimata 37.
threptice 37.
Tri 245.
Trtiticea farina 76.
Tripanis 219.
Trixago 227.
Tritæon 3146
Trochiſcusdia coralliu 13.
Trochiſcus 80.
Tranſmutata in maraſmoden hectica ſe. bre 531.
Tumor podagricus 292.
Tumores minuentia 227.
Tuſſis lienoſorũ 217.
Tuſſis ex materia 114.
Tuſſis curanda 116.
Tuſſis curatio 96.
Tuſſis ex ſicca aut humida cauſa proue niens 114.
Tuſſis ex fluore capitis prouenientis cu ratio 114.
Tuſſis ex frigido 114.
Tuſſis curatio 194.
Tuſſis ex craſſis humoribus curatio 114.
Tuſſis differentia 113.
Tuſſis curanda 119.
Thimbra 289.
Tympanitis 228.
Typicæ 305.

V

Vacuandum quomodo corpus in pleuritide ſit 108.
Vapor in aures hauriendus 76.
Vaſorũ fractio 128
Vbi fames ceſſat fricti o 32
Vena media 164.
Venarum ora aperta 122.
Vena ſecanda 62
Venerem ſtimulantia 256.
Venus nocet 131
Venere abſtinere debet nutrix & quare folio 35.
Vermes auriũ 81.
Ventoſæ 267.
Venter imbecillus 334.
Ventriculi remediũ 146
Ventris fluxus 179.
Ventris inflammatio 331.
Venarũ calor 331.
Ventris inflatio 338.
Veratrũ albũ 41.
Vertigo 38.
Verbenaca 227
Ventriculus 38.

Verbena recta 9
Veterni curatio 32
Veternus morbus 37
Vesicæ ulcera 249
Vesicæ scabies 253.
Vesicaria 25.
Vesicago 25.
Vesicæ calculus 252
Vesicæ calculorum curationes uariæ fo lio 253.
Vesicæ dolores 249.
Victus ratio in febre hectica & quomo do utendū 333.
Victus caluorū 5.
Victus febricitantiū 318.
Victus ratio in colica 257.
Victus aquæ inter cutē laborantiū 243.
Victus ratio diligens habenda 30.
Victus ratio in sacro morbo adhibenda folio 36.
Victus pituitosorum 325.
Victus ratio 1.
Veneris capillus 6.
Victus maniæ 48.
Victus melancholiæ 48.
Victus rationes stomachi bile pleni fo lio 39.
Victus colicæ 257.
Vigiliæ 109.
Vigiliæ præter naturam portendūt amentiam 27.
Vinum 251.
Vino fit collyriū 68
Vinum in sacro morbo quando fugiendum 40.
Vinū quando eligendū 31.
Vinū hydropicum 235.
Viribus destituti 337.
Virtus uitalis 327.
Virtus animalis 328.
Viscerum duricies 156.
Viscerū curatio 156.
Vitia oculorū 53.
Vitis albæ radix 103.
Vitex 226.
Viticis semen 256
Volucres 184.
Volucres 147.
Volucres quæ in hydrope conueniant folio 234.
Voluulus 26.
Vomitus curatio 149.
Vomitus unde 148
Vomitus 241
Vomitus quibus mouendus 137.
Vomitus quō mouendus sit in sacro morbo 59.
Vomitus mouendus 41.
Vomitus hemicranicis utilis 24.
Vomitus ante cibū 59.
Veloces pulsus 329.
Viscerū regiones perungendæ sunt folio 332.
Vmbilicus terræ 226.
Vnctiones ad stomachū 155.
Vnctiones quid faciant 31.
Vnde dicatur hectica 318.
Vngentū ex ephorbio 290
Vngentū ad hemicraniam 26.
Vngenta diaphoretica 291.
Vngentū lixostoriū 261.
Vngento similis cerota 338
Vngenta lexiperita 337. & 338
Vngenta siue cerota febrium calores placantia 339 & 340.
Vngentū rosaceū 340.
Vraniū collyriū 63.
Vrinam proliciens 143.
Vrinæ profluuij curatio 254
Vrina colicorū 241.
Vrinæ difficultas 251.
Vrinæ profluuiū 254
Vrina cum pure 248.
Vriteres 250.
Vrticæ semen 213.
Vsus balnearū 334.
Vsus lexipyretorū. 337.
Vsus emplastri ex piperibus omnibus folio 341.
Vsus embrocharū in febre 332.
Vt seniū ad iuuentutem reuocari non potest, ita & marasmus nequit perfecte curari 337.
Vulnus ex plaga 327.
Vua oculi 70.
Vua passa 178.
Vultus uitia 94.
Vuæ 14.
Vuæ acerbæ 204.
Vuæ succus competit febrientibus folio
Vuarum usus 339.
Vuarum utilitas 104.

Vuæ 14.
Vuæ acerbæ 204.
Vuæ succus 339.
Vua taminia 10.

X

Xerocollyriũ 66.
Xerocollyrium puluis 66
Xerocollyria alia 66.

Y

Ydrocele 298.
Ydrocollurion 66.
Ydrogagon 303.
Ydropa uocant aq̃uam intercutem fo. lio 228.
Ydrorhosatum 162.
Ygia 117.
Ypelata 211.
Ypopia 94.
Yposarca 228.
Ypopyas 63.
Ysitia 60.

Z

Zopyrum cerotum 89
Zotice 327

FINIS

ALEXANDRI TRALIANI, PEREXCELLENTIS PHILOSOPHIAC MEDICI DE SINGVLARVM CORPORIS PARTIVM AB HOMINIS coronide, ad imum usq; calcaneum, uitijs, ægritudinibus, & iniurijs Liber Primus, Albano Torino Vitodurensi interprete.

EX rogatu tuo, ne flagitijs dicam mi Cosma, eam medicinæ partem quam Græci φαρμακευτικὴν nuncupant, adgredimur, sparsim hanc, quæ ab eadem gente διαιτητικὴ uocatur intercalantes, eò quòd nō minima artis pars in ea sita sit, & quòd citra controuersiam non eadem uictus ratio lauguentibus hominibus, qua sani nutricantur, imò non eadem in cunctis sine discrimine corporis affectionibus cō ferunt. Et certè à priscis sapientiæ professoribus Medica ars in hoc comperta quæsitaq; est, quòd nō idem cibus ægris quisanis prodesse uidebatur. Sed his in præsentia ualere iussis, rei statim manū admouere instituimus. A summa itaq; humani capitis coronide, ne dicā à capillis ipsis auspicabimur. Ac deinceps per singulas ferè corporis partes usq; ad imā pedis plantam, extremosq; unguiculos, uitia, iniurias, ægritudinesq; ingruentes hoc ordine persequar: Principio quid mali, deinde quid id creet, mox quibus notis deprehendatur: Postremò quibus medicaminum præsidijs subueniendum sit, idoneum, ut dixi, nutricatum subinde inserens, expediam.

De duobus Arearum generibus Caput I.

ARearum in capite duo genera, Alopecia uidelicet & Ophiasis, iuxtà capillorum defluxu ingruūt: Siquidem usu non raro uenit, ut defectione aliqua, si non cæsaries omnis, magna saltē ex parte decidua, glabreta inducat, capitisq; habitum præter naturam fœdissimo formæ dehonestamento inficiat. Quod uitij quidem genus ὄφιασιν Græci à serpentis forma (cuius subsimilem quandam lituris & maculis squamarum instar, summa cute imaginem præferre uidetur) nuncupant. Alopetiasis uerò, quod itidem pathos est psiloticum id est pilos decutiens affectio, præterquàm quòd caput deglabrat hulceribus quoq; sæpenumero perhorrendis, & solo intuitu nauseam spectatori proliecientibus id ipsum impetere conspicitur. Cuius uitij deformitas, quoniam ulcerum quibus uulpes frequenter infestantur speciei plurimum accedit Alopeciæ appellationem sortita est. Ἀλώπηξ etenim Græcis uulpeculam significat. Inde morbum hunc ἀλωπικίασιν, quasi uulpinam affectionem dici autumant.

Ophiasis.

Alopeciasis.

A Causa

Cauſæ Arearum.

Conſurgit porrhò utrũq; areæ genus potiſſimum expituita calore inflam mata, & ſalſoris qualitate pluſculum imbuta. Trahit item originem è bi li rubea, nonnũquam etiam atra. Conſyderanda eſt itaq; primitus ægritudi nis cauſſa, morbus item accuratè diſcutiendus, deinde quàm primum occaſioni oc currendo remedijs ſubueniẽdum. Ex notis igitur, quæ mox ſubijciam, ſolers fa cile mali cauſſam olfaciet. Eſt autem potior fermè medicinæ pars ad cauſſarũ agnitionem, iudiciorumq; noticiam reuocanda.

Notæ ex quibus Aream inducens humor deprehenditur.

Cæterùm è cutis ſuſnã ſucci prauitate in capite cõſiſtente, Areæ proueniãt, exti ma cutis, capilla mentiue color haud obſcurè quidem arguit. Flaua enim hoc eſt citrina, luteiq; coloris ſumma capitis pellicula, flauã redundare bilem in ſinuat. Pulla uerò ac fuſca cutis, atræ bilis exuperãtiam ſubeſſe oſtendit. Candi da poſtremò, adq; candorẽ uergens ſuprema cuticula, pituitæ nimietati uitiũ adſcribendum declarat. Hæc ſanè exacta perpenſione ante omnia cõtemplari ex pedit, quò humore officium faciente deprehenſo, ad hoc factis liceat opitula mentis ſuccurrere.

Curatio Arearum.

Subueniendum autem hiſce malis ad hunc modum cenſeo. Quod ſi ſum ma cutis rubeo fuerit colore infecta, ætasq;, temporis item oportunitas & corporis uires nihil obſtiterint, ſanguinẽ in primis detrahito. Deinde ſuccum infeſtantem hiera exhaurire, ſeu pilulis quæ interioris colocynthidis farcti un cia una, aloës hepaticæ, ſcammonij præparati, quod uulgo Diagridiõ uocant ſingulorum unciis duabus, liquoris abſynthij uncia una, conſtant, expurgare cõ uenit. Conteruntur autem ſingillatim omnia, mixtaq; ſimul malorũ cotoniorũ ſucco excipiũtur, & in catapotia, quas uulgus à rotunditate pilulas uocat, erui inſtar rediguntur. Quorum una datione exhibentur ſeptena aut nouena, aut un dena. Velſi grandioris ætatis fuerit patiens, quindena. Conferũt etenim cunctis qui Area infeſtantur, huius farinæ globuli. Vbi uerò cutis citrinum colorem præfert, ſiue rufum, bilioſum humorem euacuandi poteſtate præditum medi camẽ, qd Græci χολαγωγον, quaſi Latinè dicas fellagium adpellãt, porrigito. Sin atra ſummæ cutis ſuperficies conſpiciatur, quod atram bilem expellat medica mentum exhibeto. Quãdoquidem ſi uitium humorum (quam κακοχυμίαν Græ ci nuncupant) fuerit exile, ſatis auxilij ſola capitis expurgatio, ac topica ſubſidia præſtiterint. Quod ſi diutino iam tempore durauerit affectio, longè uehemen tioribus remedijs ſubueniẽdum iudico. Sin principijs, priusquàm mala per lon gas cõualuêre moras obſtiteris, præſidia ſimpliciora & mitiora curationi ſuffe cerint. Cæterùm quoniã immixtæ, mixtæq; Arearũ uitio ſuppetiæ occurrunt ab immixtis ſumendum eſt exordium, quorũ ſi facultates quempiam non latue rint, compoſita pro ſuo quiſq; arbitrio medicamenta facile conſtituet.

Veniẽti ocurrite morbo.

Simplicia

Simplicia contra capitis areas remedia.

Capilli defluuia (quas alopecias uocant) Halcyonium crematum, oleo ueteri, uel sumpto ex lucerna exceptũ, capitíq; illitum, mirificè emendat. Cuius equidem rei periculum ut sæpenumero in pluribus, ita potissimũ in his qui nõ adeò diu hùic uitio obnoxij fuêre, feliciter fecimus. Halcyoneo in hac re harundinis calami ue cortices combustæq; radices bonitate nihil concedunt. Vtilitatis non minus in his Arearum generibus, amygdala amara tosta conferunt. Albuci prætereà (quod Græci ἀσφόδελον uocant) radices, & abrotanũ comparem omnino admixto aceto efficatiam obtinẽt. Salutare insuper auxilium præstant baccæ caprinæ (quos Græci σπυράθους propriè uocant) ungulæq; caprillæ crematæ, si aceto tritæ illineãtur. Quin & rosmarinũ, quam λιβανότιδα eadem gens adpellat multis diebus cum aceto mãceratum, alopeciæ succurrit. Multò uerò uehemẽtius, longeq; præsentius idem facit, quum per multos aliquot dies sub sole conteritur. Benefacit etiam uerbenaca egregiè cum aceto friata & illita. Cæterùm nequem fugiat, locũ qui afficitur nequaquã esse illiniendum ullo unguine, nisi iam antè nitro probè lotũ, cumq; lintheolo saberrimè tersum. Thus porrhò cum pari muscerdæ quantitate, aceto exceptum, Areas atq; glabreta ocyus capillamento obducit. Præstat autem nitro prius, ut dixi, lauare, & ad ruborem usq; cutis perfricare. Vel corticem raphani melle solutum: Corticulásue ceparum, pariter cum cepis tritis concisas Areis illínito, capillos enim halcyonio citius prolicere possunt. Cinis ad hæc erinacei, liquida pice adiecta, fimoq; capri alopecijs medetur illico, prouocatq; capillos illitus. Ad eundem usum Erinaceorum quoq; marinorum testas crematas, adipe quãtum ad comprehendendum eas excipito. & locum affectum nitro (quemadmodum iam antea dixi) elotum perungito. Prodest pari modo cinis ranarum pice liquida exceptus, & arearum generibus inunctus. At si diutino iam tempore uitium hoc perennauerit, & altius egerit radices, pyretrũ felle uituli tritum, emplastríq; instar adhibitũ, impendio conducit. Fimo item felis aceto bene subacto, capitíq; illito capillorũ defluuijs succurritur. Iuglandes deinde pariter et auellanæ nuces (quarum has Persicas, illas regias adpellant) solidæ crematæ, oleo friatæ, capitíq; raso illitæ, comarũ defluuia explent. Hactenus mediocria: Efficatiora sunt, Tharsia, Adarce oleo laurino cõtrita. Euphorbij postremò oleo subacti atq; inuncti beneficio, cõplures sæpe numero cum Alopecia tum Ophiasi ad unguẽ uindicati & ad pristinam omnino sanitatem reuersi sunt.

Composita aduersus capitis Areas remedia.

Cuncta quæ ex simplicibus utrisq; Arearũ generibus medendis accõmodata, componi medicamenta possunt, à priscis medicinæ professoribus celebrata, recensere superuacaneum est. Horum proinde duntaxat mentionẽ cum delectu faciemus, quæ partim à nobis, partim à familiaribus nostris Pœoniæ artis nonuulgaribus sanè artificibus explorata tenemus. E quorum classe primũ constat ex adipis ursinæ, adarces uniuscuiusq; pondo unciæ unius, muscerdæ de-

narĩum pondo trium, picis liquidæ denariũ pondo duũm. Olei in lucerna cremati ſeſquidenario. Quibus pariter cõfuſis, caput pilis ante nouacula denudatũ, locos q; infectos potiſſimũ illinito, atq; id quidẽ nõ ſine magna admiratiõe, capillorũ defluuijs etiã inueteratis præſentiſſimè ſubuenit. Aliud: Aeris cremati ſulphuris ignẽ non experti (quod ἄπυρον Græci uocant) haſtulæ regiæ cuiuslibet denariũm pondo duũ. Contere cum luteis ouorũ, capiteq; prius fricato, utere.

Aliud: Habet aceti acerrimi, alleĳ, olei roſati, cuiusq; unciam pondo unius, quo ſi fricatũ antea cum panno laneo locũ pungas, mira quadã efficatia operabitur. Aliud admiratiõe dignũ: Accipe cineris ranarũ combuſtarũ unciæ pondo trium, muſcerdæ unciæ pondo duũ, picis liquidæ unciæ pondo unius, cedrini liquoris quantũ ad ea cõprehendenda ſatis eſt. Hoc ſanè medicamentũ defluuijs capillorũ (quas alopecias uocant) diuturnis & inueteratis eximiè medetur.

Aliud: Piperis, fimi ouilli exiccati, naſturtĳ ſylueſtris, ſeminis erucæ, uniuſcuiuſq; denariũ pondo quatuor, ueratri albi denariũ pondo trium, muſcerdæ denarĳ pondo unius, felle taurino, uel hircino uel porcino excipiuntur, & cæterorum modo illiniuntur.

Super depilatione *Caput* II.

PLuſculis ſanè nominibus capitis pili defluunt. Siquidem exſiccitate & humoris, cuius pili beneficio quũ oriuntur, tum alunturpenuria, quibus dã ſæpius extenuantur primũ, deinde excidunt. Alios obſtructi meatus glabros efficiũt. Nõnullos meatuũ laxatio ſeu raritas depiles reddit. Quandoq; propter uim purgatoriã ruunt, nonnunq; praui redundantes ſucci glabreta inducunt.

Fluentium capillorum curatio.

QUoniam aũt exuarijs & differẽtibus cauſſis eiuſcemodi glabreta conſurgũt pilíq; decidui, Myconios, ut aiunt, caluos efficiũt, non una ſaltem curandi ratione ſuccurrendum, uerũ multifariã ſingulis ſingula ac peculiaria quædã medicamentorũ dedicata ſunt auxilia. Quo circa ſi capillorũ defluuiũ aridítati magnæq; ſuccorũ inopiæ adſcribatur, uel nutrimẽti pilorũ conſumptiõi: Tum
Cibus. utíq; caput ſubinde lauandũ, affectus affatim humectãtibus cibarijs, boníq; ſuci, concoctioni nihil renitentibus, ab omni ſalſugine & acrimonia alienis, educan
Potus. dus eſt. Tantũ porrhò abeſt ut uinũ ſic habentibus concedamus, ut eo acriter in
Balneum. terdicamus. Venerẽ uitabũt cane peius & angue. Duæ balnei ſpecies ita affectis cõceduntur, Aẽreũ uidelicet & Soliũ neq; admodum intenſi caloris, ſed temperati. Sumãt à balneo edulia moderatè calfactoria, oleo pariter & aqua perfundant affatim. Caput uerò à lotiõe inter balneandũ, neq; ſapone, neq; nitro perfricent Hæc acuratè & mordicus etiã obſeruãda ſunt ante omnia. Quod ſi aũtmeatuũ aut uiarũ obſtructio nulla ſit neq; raritate, neq; humorũ uapore exiſtente capillitiũ auolat, tũ res ipſa minimè, neq; frigorifica, neq; obturationẽ inducẽtia medicaminũ adminicula efflagitat. Qua de cauſa dapes acremẽto & meatus ualidè reſerandi uiribus præditæ offerantur. Cuius farinæ ſunt, eruca, cardamo

mum

mum, porri, cæpe & allium. Nam hæc omnia & singula obturatos meatus & cõniuentes, pulchrè & utiliter aperiunt. His uerò qui propter laxos & raros meatus glabriores redduntur, contrarijs omnino medicamẽtorum opitulamentis, constipãtibus nempe & frigorificis subuenire necessum est. Exhibeant ítaq; magna cõmoditate íntyba, Lactucæ, Malua, oua mollia, panis siligineus in aqua calida uel gelida infusus, Melones, cucumeres, pisces durioris carnis, & carnes suillæ recenter mactatæ. Cauendum uerò ne ex his quicquã pinguedinis accipiant. Vescantur ítaq; solidis carnibus, & pedibus bouinis, iure pectinum & conchílio rum, quæ hysiria Græcè uocatur. Vinũ ergo ut dixi circuncidendum potíssimè perantiquũ. Et quod ad balneũ attínet, ubi se in hoc lauerint priusquã aquam ingrediantur, gelida caput ad infrigídandum perfundant, & solium denuo inscensuri, aqua de canalí labente caput diutíle mundato. Vngatur ínsuper caput ludí orum oleo rosaceo, aut myrteo. Hac profectò sola intentione sæpius curant capillorum defluuía, adeò ut capilli prouocati repullulent & syluescãt. Quod si meatus cutis cõniuent, densioresq; reddantur, eiusq; rei gracia pili emergere nequeãt, Tunc quæ poros laxandí & rarefaciendi potentiã habent, usus & necessitas expostulat, præcipuè brumali tempore, & laborante gelídis admodũ regiõibus degente, uel si temperamentũ eius fuerit frigídius, siue natura pituitosus. Medicamẽta igitur díscutiendí & rarefaciendi facultate prædíta (quẽadmodum iam mihi dictũ) administrare expedit, neq; eadem duntaxat, uerùm ea quæ crines gignere, cutem raram efficere, seu roburinducere, seu pedetentim summã cute m condensare possunt, admíscere. Cæterùm quò capilli melius enutrian tur, suppetiæ facultatí attractící, quæ ἑλκτικὴ Græcè uocatur, ferẽdæ sunt propter calorẽ. Neq; retinendí interím potentiã, cui καθεκτικὴ nomẽ est, negligere oportet, ad cutẽ restríngendã. Plurima quippe medicamentorũ auxília símplicia, potestatẽ sortíta sunt compositã. E quorũ numero sunt, Ladanũ, oleum lentíscinũ oleum ex crudís & nondum maturis oliuís, quod Omphacinum nuncupant, & myrteum. Enímuerò quæ meatus laxandi, rarefaciendíq; uireis obtinent fermè habentur innumera. In quorũ classe etiam numerantur: Cinis ranarum, cæpæ, halcyoniũ, ferulago (quã θαψία Græci nominãt) euphorbíum, sinapí, & id genus alía complura, ex quíbus omnibus aut singulís unguine facto depiles illíniendí sunt. Efficatiora namque remedía capíllos contrahunt & confirmant, Inefficatiora saltem extendunt. Quod si capillorum defluuium uehementiorem capitis purgationem redundantes exhauriendo humores sequatur, ceu à morbis quandoq; usu uenire conspícimus, alíam planè medicamentorum opem nullam, dempta inculpata & exquísita uictus ratione, adhíbere debemus, quo sanguíneus humor (cuius beneficio partibus instauratis pilí pro sua strígarena scantur) affatim alatur. Hæc tibí probè, ut decet perspecta iam sunt, ad unam quamque eiuscemodi affectionem medicamentorum præsidía, quæ maximè expediunt, innumerato habere competit. Vt enim generis facultatisq; díuersæ, ita & quàmplurima, quibus capillis defluentíbus succurritur, tradita sunt

Si ex uarijs meatulis glabreta

Simplicia potestatis compositæ.

ab autoribus remedia. Qua propter nos de officio nostro, ea quæ ex usu esse nō dubitamus, quæq; partim spectata à nobis sunt, partim à clarissimis, magnaq; nobis necessitudine cōiunctis medicinæ professoribus accepimus, summa fide, & cum fœnore cōmunicabimus. Ex his medicaminibus compositis quæ Galenus ad meatuū laxationem, cutisue obturationem probauit, id quod ex Ladano constat, ad hunc modum constituitur.

Confectura ex Ladano.

Ladanum principiò in uino macerato, deinde eliquatum conterito, oleum myrteum, uinūq; in quo infusum & subactū fuit pedetentim admiscendo, quo ad mellis induat crassitudinē. Quo cum caput uel illotum, uel ablutum perungatur: Satius autem fuerit si capillum quoq; Veneris quod Græci πολυτρίχον, quidam ἀδιάντου cognominant, quispiā admisceat. Est uerò dimidia Ladani pars cum integra olei myrtini parte cōfundenda, quo caput illitum pilorū defluuia explet. Cæterùm Brumalibus horis, & temperamēto capitis natura frigido existente, calfactoriæ facultatis nonnihil necessario admouendum arbitror, admixtis interim quibusdam laxandi potentia præditis medicamentorū subsidijs Cuius farinæ censent Nardinum uel Cyperinū oleum, aut aliud id genus quod extenuandi, bonūue odorem conciliandi uireis obtineat. Orcitunicæ itaq; (quā Græci ἀνεμώνην appellant) flos oleo subactus & illitus, non crinium modò defluuium explet, sed capillamentum etiam nigrum conciliat.

Eiusdem generis aliud:

Cristam gallinaciam (quæ Græcis περιστερεὼν ὀρθὸς, id est uerbenata recta uocatur) aridam pariter cum radicibus suis friato, pulueriq; contritū quàm subtilissimè attaminato oleum ad mellis usq; crassitudinem admisceto, & caput illinito. Cæterùm hoc medicamentū in uas æneum repone, & ubi res postulat, oleo adiecto usui adhibeto. Plurimùm enim in ea re momenti habere experiētia comprobatum est.

Quo fluentes capilli fluere desistant, & furfures squamularum instar inter pilos non surgant, Caput III.

Capillis præterea fluentibus quò nō decidant amplius, & ne furfures inter illos proueniant, hoc medio succurritur. Atramēti sutorij, alo synthij, baccæ iuniperi singulorū pondo denariūm trium, cinnamolis herbæ (quam Græci ἀδιάντου dicunt) Myrti satiuæ nigræ, Gallæ Asiaticæ uniuscuiusq; denariūm pondo sex, leuigato & oleo sex dierū spacio macerato, deinde ubi colaueris, utere.

Aliud quo pilorum defluuio, aluiāóue subuenire possumus.

Accipe adipis ursinæ, capilli Veneris crematæ, Ladani, olei lentiscini, uini myrtei æquale pondus. Cæterùm Ladanum dictis liquoribus donec mel lis spissitudinem induerit friatum, illinito. Porrhò ad sistendum capillorum defluuium & ad aliorum generationem, eorumq; quæ adhuc supersunt obseruationem

tionem bene facit, si apes crematæ oleo exceptæ pilis illiniantur. Cauendum tamen est sumopere ne uultus hoc unguine inficiatur.

Eiusdem facultatis aliud:

Nigellam (quod Græci μελάνθιον appellant, alij Gith) cõburito, aquaq; subactam inungito, Cuius usus ad pilorum quoq; prolicionem probatur, siue capillo, siue barbæ, imprimis autem si supercilijs adhibeas.

Aliud quo his qui calui absq; capillorum defluuio redduntur, succurritur.

Accipe Ladani uncias duas, artemisiæ uncias treis, supercilij terræ (quod adianton uocant) ferulaginis, pinguitudinis ursi, cuiuslibet unciam unam, olei myrtei uncias duas, uini Italici heminas treis, Arida quidẽ conterito, adipẽ uerò ursinã liquefacito, colato, atq; cum oleo uinoq; omnibus permixtis utere.

Aliud capillos combustione amissos restaurans.

†Cnici folia cremato, & cum aqua calida cataplasmatis modo inducito, subtus tamen oleo antea circumlinito. †Aliâs scinci

Aliud quod autem astringit, & uberem capillorum inducit syluam, pilosq; promouens.

Constat id ex Ladani unciis quatuor, artemisiæ unciis duabus, adianti, cassiæ, adipis ursinæ, uniuscuiusq; uncia una, Olei myrtini, uiniq; singulorũ quantũ ad ea accipienda opus est. Promouet deniq; capillos, si â capitis totiõe hoc ungẽto utare, quod habet olei Cyprini uncias duas, nardini uncias quinq; uini uncias treis, quibus pariter omnibus confusis & rudicula agitatis, usui in hanc rem Myconijs, ut ita dicam, caluis adhibe.

Quæ capillos ut ãtius crescant, promoueant suppetiæ Caput IIII.

Capillorũ incremẽtum miris admodum modis illud unguentũ prouocat, quod habet Stibij contusi denariũ pondo nouẽ, Stibij Italici tantundem, ossium dactylorũ crematorũ denarium pondo quatuor, lithobotridi, id est lapidis spongiosi instar pumicis, olei myrtei, uniuscuiusq; denariũ pondo duũ, folij in aqua fluitãtis (quod malabathron appellãt) denarium pondo totidem, olei nardini unciæ pondo unius, unguenti modo miscentur, & adhibentur.

Aliud unguentum promouendis capillis admirandæ potestatis.

Habet styracis, Ladani, Sordis apum quæ ex aluearibus leguñ (πρόπολιν Græci uocant) mastiches, capilli Veneris polytrichi ue seu adianti, hoc est herbæ cinninalis, cuiuslibet unciam unam, olei non mali uncias duas.

Pastillus (quem Trochiscum Græcè dicunt) gignendi capillos uires continens.

Accipe styracis, guttæ ãmoniaci, Ladani singulorũ uncias quatuor, cassiæ unciam unã, myrrhæ uncias quatuor, uel ut alij putant unciã unam, rosarum aridarũ unguibus demptis libram unã. Arida quidem tundito, & cum styrace in uino diebus septem macerato, in q; pila friato, puluerem inserito, & ita in pastillos redigito, & in umbra deniq; siccato. Vbi uerò res ipsa postulat, usui adhibeto: Rotulis hisce uino & oleo myrteo adiectis, caput pilis nouacula, uel alioqui sublatis cute tenus maximè circumlinito.

Capillis denigrandis Caput V.

SVmmis non raro flagitijs amici, atque adeo primates, potentes ac reges præcipui, capillorum à nobis nigrorem contendunt, nonuunquam flauum etiam candidúmque eorundem colorem efflagitant. Conſentaneum igitur ne dicam neceſſarium fuerit huius quoq; rei mentionẽ aliquã facere. Meo quidem cõſilio, hi quibus natura caput gelidæ tẽperaturæ eſt, à multa eiuſcemodi rerum unctiõe abſtinebunt, ſyptica quippe omnia hæc, auſteram item & aſtringentẽ facultatẽ obtinent. Proinde cõmodiſſimum fuerit aliquid eorũ quæ extenuãdi poteſtatẽ habent, & mediocriter paulatimq; calfaciant, his quæ capillos nigrore inficiunt, adijcere, quoniã altius ac penitius deſcendunt, præſertim quæ nigredinẽ inducunt: qua propter ſi quæ medicã calfaciẽdi uim poſſident admiſceas, periculi longè minus inferent. Adminiſtat aũt utiliter medicamẽtum quarto quoq; aut quinto die, quã doquidem ſingulis diebus eiuſcemodi medicamẽto uti, ingens nõ raro diſcrimẽ infert. Sæpius etenim à capite inſubiectas parteis diſtillatiõibus, quos catarrhos dicunt, capiunt, aut partim circa pulmones, pulmonisue inflammatiõe, quæ περιπνευμονία Græcis uocat, aut morbo comitiali, tentantur, uel attoniti quod eſt, Apoplectici fiunt, & inde ſupremũ diem obeuntes migrant ad dominum. Ne igitur eiuſmodi mala incurrant, crebra fugienda eſt illinitio.

Qui nam Canis nigredo inducatur Caput VI.

CAni præterea nigrore tinguntur, adhibito hoc ſpectatæ utilitatis medicamento, quod accipit Gallæ Aſianæ, acaciæ, ſquamæ ferri, atramẽti ſutorij, aluminis uniuſcuiuſq; partẽ æqualem, diei ſpacio, in pueri impubis & nõdum cũ mulieribus cõgredi habilis, lotio maceratã: Quibus permixtis, ſi capillitiũ perungaũ, & per triduum capiti linteo loſuperinducto cõuinciatur, nigro colore tingitur. Aliud haud difficulter cõparabile: Accipe nucũ uiridium cum corticibus uncias treis ilicis uncias ſeptẽ, uini nigri xeſtas treis, uel ut alijs placet, denarios treis, omnia ſimu uſq; ad tertias elixato, reliquias colato, Olei myrtini adijcito ſextariũ unum. Vtere diebus ſingulis. Nam id non tam capillos conſeruat, quàm nigros etiam reddit.

Aliud magnæ efficatiæ, quo uſus perhibetur Seleucus rex.

Vini nigri ueteris cotylam unã, ramenti plumbi uncias duas in uaſe plumbaceo diebus quindecim macerato, deinde olei heminã unã ad minimum, du ásue adijcito & utitor. Conducit uerò hoc medicamentum potiſſimè maribus.

Aliud ſatis eximiæ uirtutis:

GAllas Aſianas elixas oleo liquato, & cataplaſmatis inſtar capiti noctemq; diemq; ſuperinducito. Deinde ſurgentem grabato aqua gelida probè lauato, magnificè enim confert. Verùm ſi deinceps ſuper alijs coloribus concilijandis ſermonẽ inſtituerimus, minimè, ut reor, abſurdum fuerit, ſiquidem non atro ſunt homines ſæpe capillamẽto cõtenti, ſed fuluo quoq; flauoq; colore cæſariem tingi contendunt, imò medicum quandoq; nolentem, uolentem potentiores uiri ad id genus colorem inducendum impellunt.

Æqui

Aqua capillis nigrorem concilians.

HAbet gallæ sextarium unum, rhou excoriariæ, myrtorum nigrorum, foliorum, cyperi singulorũ denarios geminos, cinnaræ manipulum unũ, aquæ putealis sextarios duodecim, quæ diebus aliquot multis antè macerata, coquantur ad tertias, postea inungantur. Mox capite detersо, & crinibus exiccatis, cretæ Cymoliæ oxybapho, & calcis aqua nõ extinctæ, (Græci ἄσβεστον uocant) pari mensura infice. Hæc uerò omnia in betarũ coctarum cremore dissoluta, illinito. Posterius operimenti gratia betæ folia superinducito, temporisq; tractu sufficienti intercalato, in balneo abluito.

Quibus remedijs capilli fuluo, flauoq; colore tingi possint Caput VII.

QVisquis cæsariem rufo, giluoq; colore fucare cõtendit, myrrhæ & salis floris singulorũ accipiat partem unã, quibus accuratè friatis, & mellis spissitudine inducta, caput iam ante absersum illiniat, hæc rere diemq; noctẽq; sinat, deinde abluat & expurget. Aliud: Lupini amari crudi aqua subacti, & capillitio illiti idẽ efficiũt. Aliud: Nigellæ, spumæ argenti, cuiusq; denariũ pondo quatuor, calcis aqua nõ extinctæ, denariũm pondo sex, aqua cõterito, mellisq; crassitudinẽ conficiẽs, caput perunge, & betæ insuper foliis elixis biduũ aut triduũ operculatũ, elixatiõe eiusdẽ herbæ lauato.

Quomodo atrum capillitium flauum reddas. Caput VIII.

NIgro quoq; si capillamento luteum ac flauum colorẽ inducere fert animus, fecem uini, strigmentũq; balnei accipito, & cerotæ crassitudine inducta, capillitio illinito. Aliud ad idem: Cyperi foliis in struthij succo maceratis, eo iure dilutóue utendum.

Quo pacto capillis colorem auro similem induere possis Caput IX.

AVri instar colorem efficiunt, Aluminis denariũ pondo sex, sandaraches tantundem, croci denariũm pondo duũ, Thapsi qua tinctores utuntur (quã Latini herbam rubeã dicunt) denariũm pondo octo, Lixiuij primæ guttæ sextariũ pondo quatuor, ad hunc modũ cõmixti: Lixiuium cum rubia tinctorũ contusa, ad dimidij usq; cõsumptionem decoquito, & in expresso cremore alumẽ cum sandaracha & croco dissolue, uasi uitreo repone, atq; cũ res postulat, capiti terso ceratæ plasmatis more illinito. Vbi uerò fuerit imbibitum, caput fœnogræci, & hordei & cymini tepido decocto abluc, iniiciens etiã saponis quantum satis sit. Aliud impendio utile: Habet Rhu erythri, hoc est rubẽtis, rosæ uel rubeæ xestam unã, Gallarũ uncias sex, celidriæ uncias duas, rubiæ uncias duas, capilli Veneris fasciculos duos, absynthij fasciculum unũ, lupinorum pelle exutorũ maceratorúmue cyathos duos, omnia in uase uitreo excipiuntur cũ aquæ sextarijs sex. Macerantur aũt in uase integris diebus nouẽ, bis interdiu mouẽtur. Quum uti uolueris, quantũ res exigit accipito, in quod spongiam intingens capillos perfrica, sinitóq; liquores imbibi. Vbi uerò aruerit, sapone calida aqua liquata abluc. Aliud: Fæce uini combusta, & oleo balanino excepta, capilli inungãtur.

Quæ

Quæ capillitium candidum reddant Caput X.

AErbasci candidi flore cremato, inq; aceto irrigato, capillos ut candore tingantur, illinito. Aliud: Seminis uerbasci denariûm pondo duûm, aluminis corticis raphanorũ uniuscuiusque denarij pondo unius, contunde, taurinumq; glutinum quatuor denariorũ pondere admisceto, deinde quum opus est utere.

De Porrigine Caput XI.

POrrigo (quæ Græcis πιτυρίασις, idest furfuratio adpellatur) est (ut uno uerbo expediam) ueluti tenuium & furfuraceorum quæ in capitis inter capillos ac reliqui corporis summa cute, nulla relicta exulceratione confertim surgunt, spontanea decidentia. Est autem huic malo ex similitudine à Græcis nomen inditũ, πίτυρα hoc est furfures, siue πιτυρίασις quod est furfuratio. Neq; caput tantũ, sed & aliæ partes eo malo tentantur.

Causse Porriginis.

PRoficiscitur autem id malum subeuntibus in caput uitioso quopiam corporis humore, pituitáue salsa, aut bilioso aut melãcholico sanguine, uel ex sanguine deniq; ipso, ad caput delato, aut aliam quancunq; impetit partem.

Curatio Porriginis.

QVod si aliqua fuerit corporis redundatio, tum quemadmodum in omnibus inuniuersum morbis expedit, euacuato prius uniuerso, ceu diximus corpore topicis utendum est præsidijs. Sin nihil in hominis corpore superuacaneum sit, quod uel sanguinis detractionẽ, uel aliorum humorũ euacuationem efflagitet, topica cõfestim adhibenda sunt, uel quæ à priscis Pœoniæ artis professoribus, uel quæ à nobis reperta habentur, remedia. Cretã proinde Cimoliam aqua maceratã succo betæ confundito, & Furfurationi illinito, & tantisper dum aruerit adhærere permittito, deinde loco abluto, thure cum uino & oleo soluto denuo perungito. Postremo herbam pituitariam quam Græci σαφίδα ἀγρίαν, idest syluestrem passam uuam. Latini Taminiam uuam & pediculare herbam adpellant, oleo eliquatam illinito. Aliud ualde conducens: Nitri fecis crematæ (quam Græcorũ medici σφίκλην uocauêre) myrobalanorũ cuiuslibet libræ pondo unius, staphidagriæ libræ pondo unius & dimidiæ uino dilue & caput absterge. Quod si quis humidiore pityriasi infestet, salsugine, quem Græci ἅλμην, Rhomani uero muriam dicunt, lauato, uel lupinorum decocto. In hoc quippe præsentaneum esse præsidium sæpenumero sum expertus.

Aduersus pediculos et lendines quam phtheiriasin Græci uocant remedia Caput XII

ABigendis pediculis ac lendibus, quod uitiũ Latini pediculationẽ dicũt, cõducit mirificè, si locum circũlinias unguento ex Nitri, sandaraches, herbæ pedicularis singulorũ uncia una, & myrteo oleo cõcinnato. Aliud: Adfligit præterea pediculos et lendes, unguentũ accipiens herbæ pedicularis uncias duas sandaraches unciã unã oleo & aceto contritas, quo corpus uniuersum perungatur. Terra asteris & nitrũ idem omnino cũ oleo præstat illita. Lupinorũ insup decoctũ pediculatiõi medetur et cidrinus liquor, et baccarũm lauri elixatio, siue expressus earum succus.

De

De psydracijs & exanthematis capite obortis. Caput XIII

PSydracia pustulæ sunt exiguæ altiores, phlyctenis quidē assimiles sed paulò duriores, candore languido, & acuminatæ, ex quibus q̄d exprimitur liquidum est: Quæ sub cutis summa quidem superficie erumpunt, ἐξανθήματα uerò (hoc est eruptiones pituitæ aut papulæ) summæ cutis exulcerationes sunt rubicūdæ & salebrosæ, compares omnino eis quæ ex urtica aut sudore oriuntur pustulis.

Curatio psydraciorum & exanthematum.

VTrisq; pariter malis, hisce quæ subordinantur medicamentorum subsidijs pulchrè succurrit. Spumæ argēti sumito denarios treis, ceruſſæ denarios quattuor, aluminis denarios duos, foliorum rutæ uiridis tantundem, aceti & olei myrtei quantum satis est, & non tam psydracijs quàm papulis ipsis illinito. Cæterum ad humidiora id genus uitia, & impetiginosa potissimè confert. Aliud: Spumæ argenti, ceruſſæ cuiuslibet sesquiuncia m, sulphuris ignem non experti denarij pondo unius, cerota myrtea excipe, & hulcusculis hisce impetentibus utere. Aliud: Rutā & alumē melle eliquata, detonso prius capiti illinito.

Paruorum capitis hulcerum & rufforum curatio. Caput XIIII.

CApitum exiguis hulcusculis, multorū generum, rufo colore tinctis, pusillis admodū papillis quas tineas dicūt similibus, è quibus aquosi sanguinis humores, (quos Græci ἰχῶρας, Itali tabes nomināt) profluunt, detonsis prius capitis crinibus, nō tam aqua gelida, quàm nitro eadem parte lota, sulphure ignem non experto cum lotio hominis dissoluto, succurre. Aliud: Nigellam quoq; Græcis μελάνθιον uulgò Gith adpellatā, hisce si cum acri aceto capiti inungas, hulcusculis remedio esse compertum est.

De manantibus capite hulceribus, quas Achoras Græci nuncupant. Caput XV.

IStpreterea quædam in capitis cute affectio, tenuissimis foraminibus cutem perforans, unde glutinosus cruor excernitur quem ἰχῶρα Græci nuncupant, inde eidem quoq; affectui ab eadem gentè ἄχως nomen inditum est. Rhomanorum alij manantia capitis hulcera, alij tabem & capitis sordes indigitant. Cæterùm id quod excernit nunc bilis, nūc pituitæ, quandoq; & atræ bilis faciem præfert. Officiū itaq; fuerit medici principio non affectionē ipsam tantūmodo (cui manum admouere conatur) statim olfacere, sed eiusdem quoq; proprietatem innumerato habere, & inde quinam malo occurrendum sit colligere, ac tum deniq; manū medicam adhibere.

ἰχῶρ

Ἄχως

Quibus indicijs humores officium facientes deprehendantur.

BIlioſus proinde humor si quando redundat, tenuis admodum ac subtilis substantiæ existit, & colore fel ipsum præferre uidetur. Quòd si à tenuitate tantum absit, ut crassus & glutinosus compareat, pituitæ salsæ, auream mediocritatem superanti ἄχωρας adscribe. Sin horum nihil promicarit, loci uerò unde humor manat duritia & scyrrho infestentur, ita q; adstringatur cutis ut uel ne tantillū quidem, uel ægerrimè profluat, atriblario humori ἄχωρας acceptū

referre

referre conuenit. Cauſſæ prætereà procatarticæ quæq; anteceſſerunt, ſine accurata contemplatione prætereundæ non ſunt. Prauũ quoq; laborantis temperamẽtum, ætas item, pariter & guſtus humorem infeſtantem produnt. Nã ſi id quod effluit guſtui amarum ſit, humorem bilioſum exuperare portendit: Si ſalſedinem ſapore præferat, pituitoſum: Sin acorem & acetoſum ſaporem exerat, atræ bilis humorem uitrj cauſſam inſinuat. Quin & tactu, humoris qualitatem licet adunguem deprehendere. Quoniam ſi locus affectus multò calidior tactui compareat bilioſum, humorem. Si frigidior, pituitã. Non adeò frigidus atram bilem ſignificat.

Curatio manantium capite hulcerum.

Ἀχῶρες capitis eandẽ ſanè quã Alopetia curationẽ habent. Nam ubi corpus prauis fuerit ſuccis quaſi ſaburratũ, id antea uniuerſum euacuare expedit Deinde rupta omni mora topica adhibenda ſunt medicamentorũ præſidia. Sciendũ prætereà quod manãtibus hiſce capitis hulceribus, figura et aſpectu ſimile quoddã hulcus eſt ſola ab his quãtitate diſcrepans quod ſauũ priſci Rhomani, κηρίον nuncupauerũt Græci, quòd cõtinuis foraminibus terebratũ, mellis craſſitudine humor inde haud aliter atq; ex apiũ fauis excernitur. Ἀχώρες em̃ tenuiſſimis foraminibus uiſum propemodũ effugientibus, nihil humoris continent. Hactenus de tineis (ſic enim Latinorũ quidam Achores uocant) ſatis morãtum arbitror. Siquidem ea quæ in capite de Areis recenſuimus, huic quoque malo, mea quidem ſententia, ſubuenire abundè poſſunt. Cæterùm quoniã plures ac diuerſæ ſunt huius affectionis occaſiones medicamentorũ etiam habentur aliqua efficatiora, nonulla uerò debiliora, & minus efficatia. Alia digerẽdi & euaporandi, alia expellendi & reijciendi, alia mixtas deniq; uireis obtinent. Illud uerò peculiare ac præcipuũ eſt medendis achoribus remedium: Conſtans ex argenti ſpumæ uncijs duabus & dimidia, calcis aqua nõ extinctæ denariũ põdo quindecim, aceti cotyla una, olei myrtei uncijs quatuor. Eliquatis aridis cũ aceto exactè, ſuperfuſoq; deinde quantum ſatis eſſe uidetur oleo, utere.

De Capitis dolore quem Cephalalgian Græci adpellant Caput XVI.

CEphalalgia id eſt capitis dolor alterius ſæpe maliſymptωma quidẽ ac comes eſt. Cæterùm per ſe quoq; caput pleriſq; dolorum parẽtibus cauſis oneratur. Siquidem quandoq; ex ſola praua corporis temperatura, quandoq; eximmodica humorum copia, nõnunq; ex utraq; cauſſa emergũt, atq;, ut paucis perſtringã, uel ex primitiua et foriscedente (quã προκαταρκτικὴν Græci adpellant) cauſſa uel antecedente quæ προηγουμένη ab eadem gente dicitur, ingruit. Quoniam autem Cephalalgiæ complures & uariæ ſunt cauſſæ, & differentes eiuſdem partis dolorum ſpecies, peculiaribus ſingulis medicaminũ præſidijs, neceſſariò ſuccurrendum eſt. Neq; ignorandum quòd ſemper longè grauiores capitis cruciatus ex qualitatibus præpotẽtibus, præſertim uerò calidiore ſcaturiunt. Quæ aridi tatẽ uerò capitis dolores comitantur

mitantur, non adeò uiolenti sunt. Vda nanq; qualitas per se humectando nullũ omnino dolorem suscitat, nisi cũ æstu siue gelu aut humorũ plenitate, acrimoniáue coniuncta sit humiditas. Quoties enim plenitas pariter & humores confluũt, tensionibus & adstrictione dolores pariunt, si densi imprimis autem si putrefacti extiterint. Ab eo igitur capitis dolorũ curationes scribendi uitio, quod ad procatarticã caussam refert originem, sumamus exordium.

Dolorum capitis ex immodico solis æstu notæ.

Notæ dolorum capitis, qui ex nimio solis æstu oboriũtur, uel cæcis sunt perspicuæ. In prima nãq; statim accessione cutis calidior tactui, aridiorq; apparet. Modico rubore aut rubeo prorsus colore oculi suffunduntur. Delectantur aqua gelida siue potui ministres, siue capiti inspargas, neq; dolores modò indeleniuntur, sed præsentissimũ etiam hoc agentes sentiunt auxilium.

Curatio doloris capitis ex ardore solis.

Quod frigorifica quidem medicamentorũ subsidia capiti immodico solis æstu inflammato summa cõmoditate adplicẽtur, lippis iam & tonsoribus liquet. Quin & eiusdem qualitatis tenuium partiũ remedia utiliter adhibentur Verbi causa, Oleum, atq; id quidem maximè, rosarum, Cui si aceti parum adiiciat quis, longè maiorem, & penitius penetrandi uireis induet. Quod si multò uehemẽtiore feruore caput accendatur, ea quæ maiorem refrigerandi uim obtinent adhibere conuenit, Cuius farinæ sunt succus semperuiui, uel serpylli, uel herbæ Apollinaris (quod ὑοσκύαμον Græci dicunt) uel Solani strychniue aut cucurbitæ, aut rosarum, aut lactucæ syluestris, cichorij, quæ Seris dicitur, intybi acetosi, uel cotonea, uel id genus alia quæ refrigerandi uireis obtinent. Cæterum à narcoticis hoc est stuporem inducentibus & nimia facultate astrictoria præditis summopere tanquam ab inimicis cauendum est. Cuius generis sunt, oleum de mandragora, confectio de papauere quod διὰ κωδείου dicitur, liquor papauerinus, nisi uigiliæ non tollerandæ urgeant. Et si quando eiusmodi quidpiam illiniatur, magna adhibita cautione agendum est. Deinde tempestiuè detrahito, potissimum his quorum caput reliquis corporis partibus humoribus saburratur, & caput grauedine infestatur. Accidit etenim subinde caput calore refertum habentibus ut caluariæ cucurbitulæ instar ex inferioribus locis in se ipsum humores adtrahat. Quo circa qui ex feruore & astrictione pariter capitis dolore afficiuntur, frigorifica nimis remedia uitent. Neq; ultra chamæmelinum oleum (quod illi iure expedit potissimũ recente) quicquam medicaminis expetant. Quod si id fuerit antiquius, olei rosatij pars una ad olei chamæmelini partes geminas admiscenda est.

Curatio doloris capitis ex calida intemperie orti.

Quod si ex nimia càloris intemperie cephalalgia nascitur, cerota frigida, oleo rosaceo & cera, paulóq; aceto constante necessario illinienda est. Adhibendus præterea liquor uitraginis, quã perdiciada Græci dicunt, aut portulacæ

referre conuenit. Cauſſæ prætereà procatarticæ quæq; antecesserunt, ſine accurata contemplatione prætereundæ non ſunt. Prauũ quoq; laborantis temperamẽtum, ætas item, pariter & guſtus humorem infeſtantem produnt. Nã ſi id quod effluit guſtui amarum ſit, humorem bilioſum exuperare portendit: Si ſalſedinem ſapore præferat, pituitoſum: Sin acorem & acetoſum ſaporem exerat, atræ bilis humorem uitrj cauſſam inſinuat. Quin & tactu, humoris qualitatem licet adunguem deprehendere. Quoniam ſi locus affectus multò calidior tactui compareat bilioſum, humorem. Si frigidior, pituitã. Non adeò frigidus atram bilem ſignificat.

Curatio manantium capite hulcerum.

Ἀχῶρες capitis eandẽ ſanè quã Alopetia curationẽ habent. Nam ubi corpus prauis fuerit ſuccis quaſi ſaburratũ, id antea uniuerſum euacuare expedit Deinde rupta omni mora topica adhibenda ſunt medicamentorũ præſidia. Sciendũ prætereà quod manãtibus hiſce capitis hulceribus, figura et aſpectu ſimile quoddã hulcus eſt ſola ab his quãtitate diſcrepans quod fauũ priſci Rhomani, κηρίον nuncupauerũt Græci, quòd cõtinuis foraminibus terebratũ, mellis craſſitudine humor inde haud aliter atq; ex apiũ fauis excernitur. Ἀχώρες em̃ tenuiſſimis foraminibus uiſum propemodũ effugientibus, nihil humoris continent. Hactenus de tineis (ſic enim Latinorũ quidam Achores uocant) ſatis memoratum arbitror. Siquidem ea quæ in capite de Areis recenſuimus, huic quoque malo, mea quidem ſententia, ſubuenire abundè poſſunt. Cæterùm quoniã plures ac diuerſæ ſunt huius affectionis occaſiones medicamentorũ etiam habentur aliqua efficatiora, nonulla uerò debiliora, & minus efficatia. Alia digerẽdi & euaporandi, alia expellendi & reijcendi, alia mixtas deniq; uireis obtinent. Illud uerò peculiare ac præcipuũ eſt medendis achoribus remedium: Conſtans ex argenti ſpumæ uncijs duabus & dimidia, calcis aqua nõ extinctæ denariũ põdo quindecim, aceti cotyla una, olei myrtei uncijs quatuor. Eliquatis aridis cũ aceto exactè, ſuperfuſoq; deinde quantum ſatis eſſe uidetur oleo, utere.

De Capitis dolore quem Cephalalgian Græci adpellant Caput XVI.

Cephalalgia id eſt capitis dolor alterius ſæpe maliſymptωma quidẽ ac comes eſt. Cæterùm per ſe quoq; caput pleriſq; dolorum parẽtibus cauſis oneratur. Siquidem quandoq; ex ſola praua corporis temperatura, quandoq; ex immodica humorum copia, nõnunq; ex utraq; cauſſa emergũt, atq;, ut paucis perſtringã, uel ex primitiua et foris accedente (quã προκαταρκτικὴν Græci adpellant) cauſſa uel antecedente quæ προηγουμένη ab eadem gente dicitur, ingruit. Quoniam autem Cephalalgiæ complures & uariæ ſunt cauſſæ, & differentes eiuſdem partis dolorum ſpecies, peculiaribus ſingulis medicaminũ præſidijs, neceſſariò ſuccurrendum eſt. Neq; ignorandum quòd ſemper longè grauiores capitis cruciatus ex qualitatibus præpotẽtibus, præſertim uerò calidiore ſcaturiunt. Quæ aridi tatẽ uerò capitis dolores comitantur

mitantur, non adeò uiolenti sunt. Vda nanq; qualitas per se humectando nullũ omnino dolorem suscitat, nisi cũ æstu siue gelu aut humorũ plenitate, acrimoniáue coniuncta sit humiditas. Quoties enim plenitas pariter & humores confluũt, tensionibus & adstrictione dolores pariunt, si densi imprimis autem si pituitosi extiterint. Ab eo igitur capitis dolorũ curationes scribendi uitio, quod ad procatarticã causam refert originem, sumamus exordium.

Dolorum capitis ex immodico solis æstu notæ.

Notæ dolorum capitis, qui ex nimio solis æstu oboriũtur, uel cæcis sunt perspicuæ. In prima nãq; statim accessione cutis calidior tactui, aridiorq; apparet. Modico rubore aut rubeo prorsus colore oculi suffunduntur. Delectantur aqua gelida siue potui ministres, siue capiti inspargas, neq; dolores modò indeleniuntur, sed præsentissimũ etiam hoc agentes sentiunt auxilium.

Curatio doloris capitis ex ardore solis.

Quod frigorifica quidem medicamentorũ subsidia capiti immodico solis æstu inflammato summa cõmoditate adplicẽtur, lippis iam & tonsoribus liquet. Quin & eiusdem qualitatis tenuium partiũ remedia utiliter adhibentur Verbi causa, Oleum, atq; id quidem maximè, rosarum, Cui si aceti parum adiiciat quis, longè maiorem, & penitius penetrandi uireis induet. Quod si multò uehemẽtiore feruore caput accendatur, ea quæ maiorem refrigerandi uim obtinent adhibere conuenit, Cuius farinæ sunt succus semperuiui, uel serpylli, uel herbæ Apollinaris (quod ὑοσκύαμον Græci dicunt) uel Solani strychniue aut cucurbitæ, aut rosarum, aut lactucæ syluestris, cichorij, quæ Seris dicitur, intybi acetosi, uel cotonea, uel id genus alia quæ refrigerandi uireis obtinent. Cæterum à narcoticis hoc est stuporem inducentibus & nimia facultate astrictoria præditis summopere tanquam ab inimicis cauendum est. Cuius generis sunt, oleum de mandragora, confectio de papauere quod διὰ κωδείου dicitur, liquor papauerinus, nisi uigiliæ non tollerandæ urgeant. Et si quando eiusmodi quidpiam illiniatur, magna adhibita cautione agendum est. Deinde tempestiuè detrahito, potissimum his quorum caput reliquis corporis partibus humoribus saburratur, & caput grauedine infestatur. Accidit etenim subinde caput calore refertum habentibus ut caluariæ cucurbitulæ instar ex inferioribus locis in se ipsum humores adtrahat. Quo circa qui ex feruore & astrictione pariter capitis dolore afficiuntur, frigorifica nimis remedia uitent. Neq; ultra chamæmelinum oleum (quod illi iure expedit potissimũ recente) quicquam medicaminis expetant. Quod si id fuerit antiquius, olei rosatij pars una ad olei chamæmeli partes geminas admiscenda est.

Curatio doloris capitis ex calida intemperie orti.

Quod si ex nimia càloris intemperie cephalalgia nascitur, cerota frigida, oleo rosaceo & cera, paulóq; aceto constante necessario illinienda est. Adhibendus præterea liquor uitraginis, quã perdiciada Græci dicunt, aut portulacæ

tulacæ ſuccus, uel alia nonulla ex his quæ iam memorata ſunt herbis. Cæterùm cæram antea gelida unda lotam eſſe conuenit, ubi eliquata fuerit, neque ſemel modò lauare ſatis eſt, uerùm bis aqua mutanda eſt, inq; gelidam denique immittenda. Quibus ſedulò peractis, oleum roſarum paulatim cum cæra eliquata admiſceto, aquam pedetentim aſpergendo, redige in cerotam. Sumantur autem cæræ uncia una, olei roſarum unciæ tres, aquæ quantũ ſatis eſt, aceti parum. Ad hunc uerò modum paratam cerotam, in prætenuem pannum illinito, & capiti uniuerſo, maximè aũt temporibus ſuperinducito. Vbi uerò uſus hoc medicamentum poſtulat, derato prius capillitio adhibeto & identide renouato, nam ſi diutius quàm par ſit immoretur efficatiam ſuam amittit. Conducit autem hæc eadem cerota ignitis cum inflammatione rubedinibus, quæ Græci ἐρυσιπέλατα dicunt, febribus, hecticis, & ardentibus, nec non feruoribus uentrem infeſtantibus, à principio ſtatim, priuſq; unum diem perdurarint adhibita. Impingito autem emplaſtri modo linteolo, capitiq; omni, detonſis capillis, ut diximus, præſertim uerò temporibus imponito, ſæpiuſq; mutato, & recentem cerotã frigidam conficito. Simul etenim atq; à capitis ardore incalu erit, & diutius perennarit, plus nocumenti quàm auxilij adferet. Hac curatiõis ratione diligenter adhibita praua intemperies accerſita facile profligitur. Tem peramentumq; illud inculpatum ceu poſtliminio regreditur.

Calidæ intemperiei, & diutini doloris capitis curatio.

Quod ſi cephalalgia ex temperatura calidiore prognata, uel medici incuria uel laborãtis inobedientia diutino iam tẽpore perẽnarit, neq; quicq; ſupioribus remedijs ſtudioſè adhibitis, proficiatur, neceſſariũ fuerit efficatiora medicamentorũ aggredi præſidia, è quorũ numero habeť paſtillus eiuſmodi (cõmodiſſimè eñ diuturnis & inueteratis capitis doloribus, quæ calidã diſtemperaturam excipiũt, ſubuenit) Croci, atramẽti ſutorij ſingulorũ denariũ pondo decẽ, alumini ſciſſi denariũ pondo ſeptẽdecim, myrrhæ denariũ põdo quatuor, olei crudi, hoc eſt ex oliuis immaturis denariũ pondo duũ, chalcithidos, cõmeos uniuſcuiuſq; denariũ pondo triũ in uino auſtero ſufficiente exacta cura collyrij inſtar excipiuñ, & in orbiculos quos τροχίσκους dicũt, redigunť. Quibus ubi res poſtulat cum poſca eliquatis in calida capitis afflictione utere. Quod ſi diutinæ quoq; uigiliæ his accedant, tum opij nonnihil enumeratis adijcito. Quod ſi feruorẽ capitis uehementiorem & incendioſum ſubeſſe ſenſeris, frigorificarum, quarum iam pridem meminimus, herbarum liquores ammiſce. Et hoc modo utriſq; quum calidæ intemperiei, tum uigiliarum iniurijs iuxtà ſuccurres.

De his qui ex uehementi iocinoris calore, capitis dolore infeſtantur.

Adnimiũ iocinoris colorem ſi (ut ſæpe numero cõtingit) dolores capitis originem referunt, multò uehementioribus ſanè cruciatibus laborantẽ adfligi propter uapores eiuſdẽ uiſceris caput petentes, conſentaniũ eſt. Quibus hac curatione ſuccurres. ſi foris oleo citoniorum uel roſarũ uel hydræleo (hoc eſt oleo cũ aqua diluto) uel cerota iam pridem deſcripta caput perungas. Intra uerò

in

in corpus cibaria quæ uehemẽtes refrigerandi uires obtinẽt, & concoctioni obstinatè resistunt frequenter exhibeas. Cæterum ita affecti hora secunda aut certè tertia panem uescant, in aqua calida macerato, quò uapores è iocinore exhalantes ad superiores capitis particulas, dolores inferendo prohibeantur. Vel mala sumant unà cum cibarijs cognomento Medica quæ & citrea dicuntur, uel malum, uel aliud quodcunq; refrigerãdi uim obtinens pomũ. Potus esto aqua egelida, præcipuè si frigidam potare consueuerint, largius inde bibant. Si uerò insolens hæc potio sit, in media mensa duabus ferculis intercalatis, frigidam hauriant, uel per totam mensam κρᾶμα hoc est uinum, multa aqua dilutum bibant. Interdũ sobrias nymphas temulento deo non admixto (ut sic dicã) ingurgitent. Atq; ut semel omnia complectar, eiusmodi uictus ratio uniuersis hoc pacto capite affectis congruit. Conducit eadem pariter his qui calido sunt uẽtre, aut stomacho, siue liene.

De ijs qui ex praua iocinoris temperatura gelida, capitis doloribus affliguntur.

Contrario planè modo afficiuntur, qui gelidæ iocinoris intemperiei capitis dolores debent. Quoniã tangentibus caput nullus persentiscitur calor faciei, lumina neq; rubent, neq; uel modicè ad ruborem uergunt: aspectus nulla aridítas, sed contra subturgído pallore deformantur. Ita quidem ut, si te alioquí morbus lateat nihíl mali ex uultu sano símilí deprehendas. Vbí ídgenus notæ comparuerint, frígidæ dístemperaturæ capitis dolores ascribendos putato. Cæterũm euídentia quæ forinsecus aduenìunt, & quæ morbũ præcedunt, indícia (quorũ illa Græcè προκαταρκτικὰ, hæc προηγούμενα dícuntur) perspícuè explicabimus.

Malæ intemperiei frigidæ medela.

Prauam temperaturam plus iustò frígidam, calorífica medicamentorum subsídia emendant. Sed est & intemperaturæ quantitas consyderanda, species itẽ atq; earum uirtus. Rutaceo itaq; oleo nonnunq;, uel laurino, uel irino, uel nardino, aut balsamí deniq; succo caput illiniendum est. Potíssimum si quum crassiora tum uíscída magis fuerint: quæ dolores gignunt redundantia retrimenta. Frontem prætereà & tempora capitis Cyphí medicamento, & quibuscũq; ex pipere & euphorbio cõcinnatis illinimẽtis perũgito, plurima quippe diuersiq; generis à scriptoribus tradita sunt. Vínum prætereà tenuiũ partiũ tantum abest ut noceat, ut etiam plurímùm conducat, sicuti & aliud quíduis extenuandi, ca faciendíq; potestate prædítum. Quicquid enĩ uel modicè humores crassos subtiliat & calfacit ímpendiò prodest. Gestatio quoque in equo, & calídum balneum remedio sunt. Capitis item ἀποφλεγματίσμοι congruunt. Sunt aũt ea remedia quæ in ore retenta uel cõmanducata uel linguæ subdita noxios humores, qui in capite concreuerint, per os ducunt & expurgant. Vbí uerò ex temporis díuturnitate radices altius egerit affectío, raphano ciendus est uomitus. In quibus uerò eiusmodí temperamentũ citra plenitatem cõsistit, id genus medícamentorum auxilijs subuenire necessarium non est. Quo circa si díutinis affectionibus

Ἀποφλεγματίσμοι.

fectionibus mediam manum adhibere consilium sit, isto pastillo utere, qui continet piperis candidi denarios duos, croco magnatis tantundē, euphorbij recentis denarios octo, simi palumbini sesquidenariū, aceti acerrimi quantū ad comprehendendum ea opus est. Partem afflictam prius conterticatā & ita calfactam hoc medicamine illinito, & præsentissimum senties opitulamētum. Quod si laborantis corpus tenerū admodum natura ac delicatius fuerit, medicaminis uireris, perexigui admixtione amyli, lactisq; humani tantisper dum liquefiat mitigandæ & relaxandæ sunt. Sin efficatius illud reddere placuerit, absynthij liquoris parūm adijcito & in aqua eliquato.

De dolore capitis ex malo affectu uentriculo.

Non semper primogenio proprioq; affectu caput è dolore laborat, sed per consensumq; nonnunq; uētriculo scilicet aliāue corporis parte præter naturam habēte, afficitur. Sæpe etenim numero stomacho malè affecto, uel uaporibus uitiosis uel ipsis quoque humoribus ad caput inde exhalantibus, uel abalio quopiam uiscere per compatiendi rationem, doloribus impetitur. Quin & spiritu conflati uapores flatusq; per se capitis sæuos dolores procreant. In eius Cephalalgiæ curatione, particulæ primario affectu laboranti succurrendum.

Cephalalgiæ è bili prognatæ medela.

Proinde si ad plenitatem cruciatus capitis originem referant si ea in uenis contineatur, sanguis, secta uena, debet detrahi. Quum uerò sæui eiusdem partis dolores bilis saburra proueniūt, cholagogis (hoc est bilē exhauriendi potestate præditis) medicamentorum præsidijs superuacanea euacuanda sunt. Verūm ne illud quoq; absurdè & citra rationem moliatur, corpus uel infusione est antea uel cibis & lauacris temperatis, & unctionibus uel acopis deniq; pluribus humectandum. Humor nanq; officium facescens dicta ratione dispositus, coctus, & tanq; subactus ac domitus, minori negocio ab euacuante medicamento profligitur & exhauritur. Quod si humor extensissimi caloris fuerit, cum aloës exigua portione, uel absynthio, uel succo rosarum uel hydromelite, id est, aqua mellis mulsóue scammonium exhibeto. Vbi autem bilis redundantia huiusce doloris parens nō sit, sed hic humor tunicis stomachi seu uentris sese insinuant, quasi inspōgiam, summopere uitanda est scammonia, & quæcunq; uehementem expurgandi uim habent medicamenta. Porrigere autem absinthij ἀπόζεμα quod decoctum sonat, uel aloēn Solam uel Amaram picram Græcè dicunt, præsertim si crassis ac uiscidis humoribus bilis in uētriculo cōmixta cernit. Frontē adhæc pastillo Crocato, & Trigono uel id genus alijs pungere expedit.

Cephalalgiæ ex crassis humoribus, & frigidis ortæ medela.

Vbi uerò tenaces ac uiscidi humores in capite seu uentriculo cumulati & in spiritū resoluti capitis laborem quàm κεφαλαλγίαν uocant Græci inducunt. His quæ efficacē extenuandi, subtiliandiq; uires obtinent, uel in dapibus, uel in medicamentis subueniendū arbitror. Cuius farinæ utiq; centaurij, acetū mulsum, quod ὀξύμελι Græci dicunt, apijq; decoctum, aut hyssopi

miscere

miſceri expedit, uel aſperginibus quæ Græcè ἐμβροχαίματα adpellantur, utendum. Significant autem hæ uoces Græcis omnia quæ fronti, temporibus & alijs breuiter quibuſcunq; locis fouendi, diſcutiendi, cõpeſcendi, reprimendíq; gratia inſpergunt. Ventriculus præterea ungentis quæ roborãdi & calfaciendi potentiã habent inungatur, puta oleo nardino uel glaucinino, uel marciaton. Quod ſi ingens humorum redundantia tunicas occuparit, non topicis modò remedijs forinſecus, ſed purgatorio quoq; medicamine materiã infeſtantem egregiè extenuante & pituitam exhauriẽte ſuccurrendũ. Cuius claſſis oxymel Iulianum eſt. Id enim prærogatiuam quandam bonitatis eximiam in capitis & uentriculi gelidis & humidis ſuccis ægritudinibus obtinet, imò quoniam præcipuum toti humano corpori ſubſidium præſtare creditur, nõ tam utile, quàm neceſſariũ cenſetur. Vel profectò purgãdi facultate prædita ex colocynthide, id eſt, cucurbitula catapotia. Competit autem ita affectis nõ unà modò, ſed geminæ aut ternæ purgationes. Craſſi etenim & tenaces ſucci repentinæ ac ſubitæ purgationi conſeſtim obtemperant: pedetentim uerò & itentidem purgando digeſti & eliquati, facilius purgatorijs medicamentorum opibus morem gerere poſſunt.

Cephalalgiæ comitis febrium medelæ.

Febrientes inſuper grauiſſimè capitis doloribus differunt, ubi acurata ſanè perpenſione conſyderandũ, decretorius ne dies ſit, annõ, ex confeſſo dies iudicatorij. Eo namq; die quo decretorium, ſiue criſſis fit (hoc eſt, morbus iudicium de ſe præſtat atq; oſtendit, quid facturus ſit, quomodo languentẽ tractaturus) hi quibus ſanguen è naribus manat, pariter & uomituri ſolenni conſuetudine capite laborãt, quocirca his nulla omnino remedia molliẽda ſunt. Nã ſi cẽ adhibueris curationẽ, plus damni cẽ emolumẽti intuleris. Oportet itaq; eiuſm odi langori à principio ſtatim in febris ſumma intenſione, capitis dolore grauiter & enixè infeſtãte, placãtibus remedijs ſuccurrere. Proſpiciendũ interim tamen eſt capiti, roſarum oleo, quo nonnunc cẽ caput, uel aſpergere uel aliâs madefacere ſolum expedit. Quandoq; cũ roſaceo liquor aliquis herbarũ frigorificarũ admiſcendus eſt. Verbi gratia ſerpylli ſeu hederæ, ſeu roſarũ, aut ſedi quod ἀειζωον Græci ſemper uiuum nuncupant. Quin etiam interdum oleo roſarum, chamæmeli, papaueris item & hederæ decoctum confundentes, languentis caput, ſi uigilijs infeſtet irrigamus. Vel alijs etiã ſomnificis nonnihil frõti ſuccus lactucæ, uel paſtillus τριγωνος uel paſtillus κροκόδης, hoc eſt croceus eliquatus. Atq; ut ſemel dicam, ſimplicia cuncta leniendi, placandíq; & refrigerandi uiribus prædita, ſomnum conciliantibus ammixta hic locum habent.

Cephalalgiæ quæ temulentiam ſuccedit: Curatio.

Cltra, ut ita dicã, puluerẽ ſanitati priſtinæ reſtituet is, cui ex ebrietate caput doloribus infeſtat, modò abſtinẽtiæ præceptis diligẽter obtẽperet. Operæ em̃ pretiũ fuerit, ſimul atq; laborẽ temulẽtiæ comitẽ olfeceris, primitus uinũ interdicere. Quæ algẽtis naturæ ſunt, & uapores ex alto ad caput exhalãtes reprimẽdi poteſtatẽ habent, exhibere. Cuius generis eſt Rhodinũ q̃d

est oleũ rosarũ, quũ pse, tũ aceto, tũ succo hederæ, tũ brassicæ adiecto. Ea nanq; nõ tã arefaciendi quã affectionẽ eiusmodi domãdi potestate triũphant. Quã ob causſam brassicæ folia in aqua calida prius macerata infusãue capiti modò impolita aut circũligata capitis dolorẽ ex ebrietate unà cũ causſa egregiè discutiũt & profligunt. Quin & deuoranda pari utilitate est brassica elixa. Lentis insuper ius pro cibo sumptum ita affectis opem confert præsentissimã, præsertim humido uentre præditis. Prosunt non minus mala Punica, & eorundem acini, si ante cibum primãue mensa sumant. Mala item & apia pira & aquæ potus bene faciunt. Cæterũ quibus imbecillus est uentriculus, uini parùm conceditur, præcipuè candidum: neq; enim ullam inde grauitatẽ incurrunt. Eius farinæ censetur: Vinum †Lentiscinũ & Sabinum, & id genus alia, modò ex his nullum exhibeat annosum & antiquũ. Repercutiendi eñ uim habent, & uapores cient, caputq; implent. Panis porrò aqua madidatus, saluberrimũ est cibarium. Huc pertinẽt etiam Alica, oua trementia seu mollia, columborum & pullorum alæ siue axillæ gallinaceorũ testes & eiusdem alitis uentriculi, atq;, ut semel omnia complectar omnes quibus uescunt dapes inculpati succi & uẽtriculo perutiles sunto, & quæ nõ modò uapores nõ excitent, sed præsentes quoq; arceãt ac deprimãt. Sed præsentaneũ fuerit auxiliũ, aqua tepida uomitũ à principio statim temulẽtiæ ciere.

† Guidinum

De Cephalalgia ex ictu, aliãue id genus iniuria proueniente.

NAscitur sæpe (ceu inconfesso est) capitis dolor, quem cephalalgian uocant, ex ictu plagaq;, uel ex eorundem inflatiõe tumori simili excrescẽtia caput occupante. Quam ob rem ipsa utiq; medicamentorũ præsidia medicus exacta cura & diligentia summa, adhibeat. Languenti etenim discrimen quoq; è medio nõnunq; humores confluentes tollunt. Quum igit̃ sola ob oriturinflammatio, quæ phlegmone dicit̃, & in summa duntaxat cute consistit neq; per alia quoq; loca serpit, nihil sanè periculi est, malumq; hoc absq; negocio discedet, restitueq; incolumitati facile laborãs, quantũuis maximè doleat. Sin secus, & plagæ noxa adeò uehemens sit, ut per cõsensum membrana, quæ extrinsecus caluariã, à ueteribus testam adpellatã, uelat pariter afficiat̃: Interdum etiã is pãniculus, qui neruis & arteriis constans cerebrũ ambit, à Græcorũ medicis μήνιγξ, à Romanis uulgò Pia mater adpellatus, adprimè sonticũ est. Conuulsiones nãq; creberrimæ, delyriaq;, mentis ue alienatiões succedunt, unde grauissimi dolores coniectandi sunt. Si quando plagã feruor excipit, sanguinis detractione statim ab initio succurendum est. Hæc etenim non tam phlogosin, hoc est, inscensionem discutit, quàm humorũ fluxus per antispasin abscindit. Postquã omnia quæ redundant adamussim euacuauimus, tum deniq; spectatis medicamentorũ adminiculis localibus cõfestim subuenire, capiti usq; pspicientes, conabimur. Et madefactis oleo dulci uellcribus caput coopiri expedit, ne princeps neruorũ in rigorẽ incidat, in quẽ usum, pbant etiã embrochæ. A uino insup à primordio statim carnibus itẽ & oibus, uno uerbo solidioribus esculẽtis, præsertim si febris comitet̃, abstinendũ est. Ptisanæ uerò cremor maxiè febriẽtibus, lute aq; o-

uorũ

uorũ, ius maluæ elixæ, lactucæ, intyba & cucurbitæ sunt exhibẽdæ. Si uigiliæ q̃q; ifestãt, capiti oleũ chamæmelinũ uel rosaceũ infundet. Nõ rarò utraq; simul plus minus pro inflãmationis quãtitate & ægritudinis intẽperie, & ætatis qualitate p̃mixtis cõpari modo utere. Qd'si his ritè pactis pus aut ichores etiãdum ex hulcere defluxerint, p̃sistente interim inflãmtione, præsens erit remediũ melcũ rosarũ oleo, & emplastrũ quod à quatuor rebus quibus constituit nomen habet τὸ τραφάρμακον. Habet id pareis portiones, cæræ, picis, resinæ, seui taurini aut uituli ni. Neq; admittendũ est pituitã exhauriẽs ἀποφλεγμαντὸν adpellatũ. Commendat autẽ in primis emplastrum Ammonis, quod non tam inductu quàm impositu salubritatem pulchrè conciliat. Hactenus de curatione phlegmones uulneris, cæterũm de capite saucio ex plaga aliãs suo loco satis huic rei dedicatis uoluminibus, quæ περὶ τῶν χειρουργουμένων inscribuntur, memoratum est. *Tralliani opus de Chirurgia.*

Ad Cephalalgian Malagma.

Cæræ denariũ pondo septem, olei amygdalini unciæ tres, rhesinæ uncia una æruginis rasilis, cretæ Cimoliæ, chalcitidis cuiusq; denariũ pondo q̃tuor pumicis denariũ pondo trium, æris cremati, squamæ stomomatis singulorũ denarij pondo unius. Si id aũt durius uidebit, oleo amygdalino permolliendũ est.

De Cephalea Caput XVII.

IN genere dolorum capitis κεφαλαίας est, immanissima eiusdẽ partis adflictio, quoniam pluribus intẽsissimis cruciatibus eandẽ subinde impetit, uexat & exagitat, adeò quidem ut oculorum quoq; radices dolore tententur acuto. Est autem ex diuturnorum malorum numero ex minutijs quibusdam leuibusq; caussis oborta concitatio.

Causæ Cephaleæ.

Gignitur em̃ cephalæa ex meri nonnunq̃ potu leuiusculo & implentibus caput quibusdã odoramẽtis. Verbi caussa: Styracis & thuris. Nec desunt q̃ à lucis claritate adeò offendunt, ut in Cimmerijs, quod aiũt tenebris magis degere malint, q̃s in clara luce uersari. Consurgit eadem affectio frequẽter ex inflãmatione diuturna in caluæ membranis ac cerebri pelliculis quas μήνιγγας Græcè dicunt, nata, uel ex obturatiõe, uel ex crudorum ac pinguiũ humorum saburra. Est quandò ad ingentem humorũ qui in alto fixi profundius hærent, acrimoniã Cephalæa suam referant originẽ. Fitq; sæpenumero idem malum in imbecillioribus & longis capitis doloribus ex calore mediã temperaturã nimiũ exuperante, & ob id ad paroxysmũ ciendũ ppenso. Quandoq; uerò calor adsforinsecus à partibus internis humores cucurbitulæ instar trahit. Exacta itaq; hic ceu in aliis quoq; infirmitatibus scrutatiõe mali uenanda & perscrutanda est occasio affectiõisq; rimãda diligẽter est parens. Verbi caussa, plenitãsne an phlegmõe capitis membranã occupante, an obstructio, aut succorũ prauorũ acrimonia, ni miisue calor. Quibus adamussim perspectis diutino affestu minori negotio, factis adhoc medicamentorum subsidijs datur succurrere. *Epilogus caussarum.*

Notæ quibus dolores capitis ex obstrictione deprehenduntur.

Quum igitur laborans grauitatem quandam, pondusq; capitis cum dolore sentit undique, inconfesso est, non prauum temperamentum modò aut uapores aliquos, uerùm humorum saburrã ex obturatione natam subesse. Quocirca ut id quispiã ad unguem deprehendat, nõ capitis tantum temperaturam ac dispositionem innumerato ex memoratis indicijs in quauis affectuum consyderatione, habeat, sed uniuersi etiam corporis naturam necesse est, uitiosisue humoribus refertum an non, quæq; futura sunt, neque adhuc liquent omnia iudicio sunt prænidenda tuo.

Notæ cephalææ ex inflammatione capitis.

Quando pulsatorius dolor caput infestat, ad eiusdem partis inflammationẽ cephalæam, hoc est permanentem capitis affectionem esse referendam euidentissimè declarat.

Notæ cephalææ flatulentæ.

Quando laborans è dolore capitis tensionem circa grauitatem ac pulsum persentiscit, haud dubiè cephalææ parens turgentis spiritus flatulentia potius fuerit quàm humorum aliquis.

Notæ cephalææ ex humorum acrimonia natæ.

Quod si autem horum nihil infestat, & uellicatio tantum urget, bilioſi humoris acrimoniam eiusmodi laborem facessere in propatulo est.

Notæ cephalææ ex calida intemperie capitis.

Si uerò nulla ex memoratis hactenus, quæ possit cephalæam parere notis appareat, Caloris tamen sensus capiti non defit, certè ad naturã calidioris intẽperiei malum referendũ esse arbitror, & si iudicia quæ antecessêre eiusdem qualitatis extiterint, multò magis prauæ tẽperaturæ calidiori, capitis dolorẽ adscribe, à qua ex locis inferioribus ad superiora redundantes succi cucurbitulæ modò trahunt, & subarrato ita humoribus capite dolores concitant. Indicia eius sunt plerunq; horror calidus, mentis alienatio, dolor intollerabilis & oculorũ caligo.

Cephalææ Curatio.

Vbi uerò iam cephalææ indicia deprehenderimus, quæ res postulat in permanentibus capitis ægrimonijs medicamentorum suppetias dispicere expedit. Nam si ex uniuersi corporis humorũ plenitate oriat, eiusmodi morbus, Principiò statim euacuatiõe succurrendum, siue per sanguinis uenæ sectæ detractionem, siue per purgandi uim obtinens medicamentum. Si uerò plenitudo & succorum redundantia non corpus uniuersum occuparit, sed mali occasio soli potius capiti inesse conspiciatur natura referto, & iam ex humoribus accersitis & retentis æger miserè crucietur, hunc neq; sanguinis per uenã missione neq; purgatorio medicamine curandum censeo. Cæterùm locus modo affectus exacta præcedentium causarum contemplatione discutiendus est, & quum inibi humores gelidi contineri aut calidiores aduenticij, uel ex capitis debilitate ibidem impacti

impacti, uidebuntur, irrigationibus (quas ἐμβροχὰς Græci adpellant) aptè succurritur. Fomentis prætereà quæ ex althea seu oleo, uel herbis non adeò caloriſicis sed roborandi facultate prædítis aqua elixis, constituunt. Cuius quidem generis & potestatis est oleum eximmaturis & acerbis oliuis & earundem foliis expressum (quod Græc. ὠμόπρινον & ὀμφάκινον dicunt) colligitur. Præstantissimũ fuerit si adiiciãtur hederæ corymbi seu pampini, uel scerpillum uel mentha uiridis. Progressu uerò temporis calidioris naturæ simplicia sunt adplicanda, puto Sisymbriũ, seu pulegium, siue lauri folia, siue nepeta, quã uocãt Græci καλαμίνθην. Talibus itaq; & id genus aliis in admodũ gelida intemperie, præsertim brumali tempore, & uiscidis ac tenacibus succis & crassis humoribus capiti impactis, His eterñ adhibitis contumaces & fixius hærentes succi, satis superq; concoquunt aut dissipantur, & capiti robur interim inditur, ita quidem ut deinceps ualitudini restitutũ humores ingruẽtes queat eijcere, & à se prorsus, pfligere. Plerũq; erñuerò pars alia altera caloris plus cõtinet, quũ attractioni nõ sufficit, ob debilitatem uerò dum plus suscipit quàm attrahat, fartum redditur, & saburrat. Hac utique curatione gelidis humoribus caput impletibus & dolorem inferentibus strenuè utendum.

oleum omphacinum.

Cephalæa Calido bile, humoreq; prognatæ curatio.

Si contra calidis humoribus & biliosis caput infestetur, adspergínibus quæ embrochæ Græcè dicunt, ex oleo rosarũ temperato, & papaueris, rosarũq; aqua decocta elixatione subueniendum censeo. Adhibenda interim ijs sunt quæ digerendi quantulamcũq; potentiã obtineant. Verbi gratia, hederæ folia, uel sepilli, uel anthemidis quã uulgò chamæmillam uocãt, uel eiusdem herbæ oleum Lauacro prætereà tepido lauandi sunt, Caput uerò cum succo ptisanæ uel aqua de luteis ouorũ tepida lauetur. Feruens etenim aqua seu admodum calida, nihil opis, hic loci tulerit, sed nõ tam per se maiorem dolorẽ conciliat, quàm causſam quoq; eius promouet. Vbi aũt ardor ille feruẽs remissus, ne dicam sublatus, fuerit, lauandum nõ est, uerũ mellis nonnihil cum ouorũ croceis miscendum. Quoniam calida simul omnia cita habentibus sunt aliena & hostilia, siue smegmata fuerint, siue quibus pituita exhauritur apophlegmatismi. Humectationibus enim & lauacris succurrere debemus, quibus sanè opibus bilis egregiè per halitum dissipatur & discutitur, aridarũ enim aut calidorum usus ne tantillum quidem conducit. Crassior nanque & auctior his cytius redditur, quàm digeratur.

Si pingues humores.

Cæterùm qui crassis humoribus nec adeò calidis adficiuntur, hi meo concilio non confestim quæ discutiendi, & per spiritum dissipandi uim habent aggrediantur. Temperatis enimuerò priusillinitionibus, & lauacris potius materia placanda est, tum deniq;, his præmissis, ad eas quæ efficatioribus dissíciendi & exinuandi uiribus præditæ sunt medicamentorũ suppetias ueniendũ arbitror. Cuius classis sunt quæ ex nitro & sapone cõtexunt. Remittẽte aũt affectioe caput infricandũ est, et in balneo maximè linteolis crudis detergendũ, deraso priuscapillitio.

tio. Vtendũ item sternutamentis. Oportet aũt dicta medicamentorũ præsidia quoniã simpliciaab initio statim usurpare, deinde efficatiora aggredi. Quò porrò ciusmodi minore negotio ab huius rei studioso reperiantur medicaminũ compositiones, quæ ad hunc modum se habent, diligenter subnectam.

Erinum ad purgandum caput.

Erinum medicamẽtum est, quod caput purgat per nareis. Accipit aũt in hoc casu utile Erinum Nigellæ (quod Græci μελάνθιον dicunt, Arabes Githuncíam unã, aloës denarij pondo unius, Salis Armoniaci, elaterij uniuscuiusq; denariũm pondo quatuor. Quæ oleo cucumerino, seu irino, seu Cyperino excipiũtur omnia, & ad ceroti rediguntur crassitudinem. Seponitur aũt in pyxide cornea donec res ipsa eius usum expostulet, Tum naribus in ternè illitis, laborantẽ spiritum attrahere expedit. Conducit aũt hoc Erinũ non curandæ cephalææ modò, sed & Ophthalmiæ, hoc est liptitudini arcendæ, & Comitiali morbo oppressis magnificè. Tenaces em̃ humores & crassos non tam capitis quàm cerebri strenuissimè exhaurit. Spectatum est non semel. Est præterea aliud ad hunc Irinum huic bonitate nihil concedens.

Erinum Cyclamininum.

Habet radicis umbilici terræ aridæ unciã unã, nitri coccinei roseiue coloris & aridæ quincuncẽ. Verũ si nitri loco liquorẽ fructus cucumerũ quod ἐλατήριον uocatur, injícias, præstantius medicamentũ reddes. Vsus aũt eius ita habet: Redactis illis in puluerem naribus flatu per harundinẽ seu fistulam quandã inflare, & ubi inseruerís spiritum attrahere sorbentis exemplo præcipe, sursumac deorsum capite sæpius uoluto, humores in ore collectos expuet. Hæc sanè purgatio omni uacat molestia, neq; superiore inferior est.

Epithema siue cerotum, Pastillusq; indolorius contra dolorem capitis.

Vti præterea in cephalæa, hoc est diuturna capitis affectiõe epithematis & illinitionibus quæ laxandi, & humores dissipiendi potestatẽ habeant, cõuenit. Equorũ classe principatũ facile tenet, id quod ipsi sæpenumero usu & experiẽtia probauimus. Constat id quidem ex olei irini, herbæ stratariæ peucedaniue castorij cuiuslibet denario uno, baccarũ lauri denarijs duobus. Virgultorũ rutæ uncia dimidiata. Excipiuntur aũt oleo rosaceo quo cum rediguntur in cerotum. Deinde quũ opus est, derasocapiti uniuerso imponit. Quod si exacerbatio quẽ παροξυσμὸν dicunt adeò uehemens superuenerit, ut nequeat languens tollerare dolorem, Vtere, quo usi sumus ipsi felicissimè isto pastillo, qui dolorem lenien di & instaurandi uim obtinet.

Orbiculus anodynus.

Accipe succi herbæ stratariæ uncias duas, succi papauerini denarios duos, anisi, altercí, croci, myrrhæ, scãmoniæ, singulorũ denarios duos, aceti quantũ satis est: redige in pastillos, & in cruciatibus intẽsissimis aceto aut posca resolu

tos

cos, capiti ex crassis & uiscosis humoribus & flatuosis spiritibus affecto, illinito.

Cephaleæ ex prauo temperamento medela.

Quod si capitis ille dolor, originẽ ex calida intemperie trahat, eisdem sanè medicaminum auxilijs, quibus eidem malo ex bile prognato succurri docuimus (excepta sanguinis per uenam detractione & medicamine purgatorio) subueniendum est. Si propter aluum duram & astrictam uellicetur caput, rupta omni mora uentrem edulijs laxum reddere, & ea quæ pedetentim inani resolent offerre eis, congruit, cuius farinæ quidem innumerabilia fermè existũt præcipuum tamen eorũ quæ sal ingreditur est officiũ. Proinde quum tenaces & crassi humores aluũ astringũt, Administrabis in ouo aut ptisana confectionis huius quæ constituit ex salis Ammoniaci denariũ pondo duũ, piperis, euphorbij, singulorũ denarij pondo unius. Porrige aũt laboranti in ouo seu ptisana dío bulos ternos siue quaternos. Vbi aũt humor infestans pituitosus nõ sit, purgãte medicamẽto quod bilem exhauriat utere. Cuiusmodi est quod accipit Salis cõmunis frixi unciæ semissem, piperis denariũ pondo duũ, scãmoniæ denarij pondo unius. Offeras aũt ceu proximũ in ouo seu ptisana denariũ uuũ, uel grãmata quatuor, uel si uidetur mystrũ unũ. Absq; eñ molestia, uentrẽ deducit siue emollit. Nos hoc medicamine, & quod euphorbio constat, ut confidenter, ita prosperè semp usi sumus. Si cõtrà, ppter alui lubricitatẽ ac diarrhæã corpus reddat aridius, & inde ex siccitate caput doloribus tentet, ciborũ ac potionũ medicaminibus manibus, pedibusq; moliamur constrictionẽ. Sin deniq; uigiliæ & anxietates ac curæ huiusce affectiõis parẽtes existant, soporifera cõtinuò offerre oportet remedia. Modis quippe omnibus danda est opera ut cuncta laborantiũ symptomata mitigãtibus rebus leniantẽ, quò promptius salubritate possint restitui.

De Hemicrania Caput XVIII.

Ltsæpenumero ut uideatur quibusdam altera tantũ capitis pars dolore tentari, auspicante à calua quod κρᾶνιον Græci uocant, unde ἡμικρανίαν siue ἑτεροκρανίαν eadem gens malũ hoc indigitat. Vtraq; etẽ illa uox testæ ac cranei alterutrum dimidium indicat. Latini quoq; medici mutuato nomine pariter Hemicraniam & Heterocraniam sinistra, dextráue capitis parte infestata adpellant.

Causæ Hemicraniæ.

Oritur aũt ea capitis doloris species, quãdo superuacaneũ aliquod retrimẽtum (cui περίτωμα Græcè nomen est) sese in alterã cranei partẽ insinuat, aut humor in spiritũ resolutus alterutrã testæ portionẽ exagitat, nõnunq; ex solo malo temperamento, sæpius ex consensu aliarũ corporis partiũ ægrotantiũ.

Hemicraniæ medela.

Quod si absq; ullo humore superfluenti, & citra materiam, sinistra, dextrâue cranei pars male afficiẽ, dispicienda est curatio, solisq; localibus utendum est medicamentorum præsidijs. Si contra humorum saburra eiusmodi

capitis

capitis molestias infert. Perpendendum summo studio, & omnis mouendus est lapis, quò deprehendamus, quis nam humorũ nimium adauctus redundet. Liquidò nanq; constat quod citra cõtrouersiam idem exhauriendus est. Siquidem ubi sanguen iustum plus satis modum excesserit, sectione uenæ consulendũ est. Sin alius quispiam humorum nimietate, capitis partem infestet, purgandi uireis sortito medicamine confestim euacuandum censeo.

Hemicraniæ ex uentriculo orientis curatio.

Plerunq; per consensum, & non proprio affectu capitis altera pars doloribus impetitur, puta ex afflictione uentriculi debilitate quadam officio suo non fungentis, uel humore aliquo correpti. Verbi causa bile seu pituita unde coquẽdi facultas præpeditur. Oportet autem & hic loci diligenter perpendere, quæ nam sit huius quoq; rei culpa, num calor an frigus medium temperamentum pluscp̃ conueniat excedens. Nam si gelida intemperies malo huic occasionem præbeat, remedijs certè quæ roborandi, calfaciendíq; potentiam iuxtà habeant opitulandum ocyssimè est. Si contraria intemperatura caussam inuexerit, contrarijs etiam medicamentorum auxilijs, puta quæ algentis sunt naturæ, & temperandi uim obtineant, subueniendum.

Hemicraniæ ex gelido succo uentriculum occupante orientis, curatio.

Quum ergo gelidus humor uentriculo impactus hemicraniam inducit, ab initio confestim aspergines ex uino, oleo nardino, glaucino styrace & mastiche uentriculo irrorenturuel adhibeantẽ. Probatur etiã inde Epithema, uel polyarthion, uel philagrion. Quin & ungentum cognomento Martiathon utilissimum est, flatus uentriculo obortos discutiens. Edulia autem ita habentibus exhibeantur calfaciendi, humores extenuandi, uentriculum restaurandi facultate iuxtà prædita. Conducit autem his quamplurimum aqueum humorem proliciens atq; educeus medicamentum ὑδροχυλόφ Græcis, tamquàm Aquagium Latinè dicas appellatum, si anisum fuerit illi immixtum. Oxymel quoq; plurimùm æmolumenti confert, si cum porris elixis offeratur. Mala item cotonea cum pipere & gingibere condita. Decoctum insuper hyssopi, anisi, apij & dauci potui datum eximiè succurrit. Exolerum uerò generibus potissimè prosunt, brassica caulisue, rapa, asparagus sylue stris, quem ἔλειορ, quòd uliginosis locis nascatur, adpellant, beta cum sinapi & cappari. Allíũ quoq; dolores sæpe numero profligit, quemadmodum salsamenta & trichatara, quos Græci ταρίχος nominant.

De hemicraniorum uomitione, purgatorio medicamine et catapotijs.

Vomitus præterea hemicranicis à cibo succurrit, & purgatoriam facultatẽ obtinens medicamentum in catapotia, non sine colocynthide & euphorbio redactum. Cuius descriptio est huiusmodi: Aloës hepaticæ denariũ unum cum dimidio, euphorbij tantundem, colocynthidis farcti interioris, scammoniæ singulorum unciam unam, bdellij sesquiunciam, commeos unciam unam,

nitri

nitri Alexandrini unciã unam & dimidiã, corticis ueratri nigri unciã unã, excipe succo brassicæ, uel mali Persici, seu Rhodomelite, id est, melle rosaceo, & redige in globulos quæ καταπότια dicunt. Offer deglubendum sesquidenarium dosi una. Cæterùm habenda est etiam cautio, ne subita & semel fiat purgatio, sed pedetentim paulatim exhibendo potionẽ, atq; ita tandem multis uicibus ad absolutã peruenire oportet dationẽ. Instaurat etenim hoc remediũ instar antidoti, purgatq; citra molestiã, nõ summos obiter humores, sed eos ex alto quoq; & ipsis radicibus exhaurit. Quod si quis debitè ritèq; utat, non hemicraniæ modò, sed cũctis, ut breuiter dicã, diutinis doloribus. Vertiginẽ itẽ, quã σκοτομίαν uocãt Græci, morbosq; comitiali, arthritidi, podagræ, & coxendici, succurrit. Quoniã hac potiõe tenaces, uiscosi, crassiq; humores, cum uẽtriculo tum alijs quibus cũq; corporis partibus negotiũ facientes cũ euacuatiõe emendant, & ægros inculpatæ ualetudini inde restitui consentaneum est.

Hemicraniæ bile orientis Curatio.

Quum bilis hemicraniã parit, principẽ bonitatis locum obtinet panis aqua calida maceratus ante quæcunque alia remedia oblatus. Maluæ item lactucæq; esus mirificè cõmendatur: Et ut summatim perstringã, omnia esculẽta humidæ & temperatæ naturæ expediunt. Et eiusdem temperamẽti ex aquæ dulci lauacra, & id genus cætera. Postremò hierapicra (id est sacra amara) & diagridio & alia eiusmodi quæ bilẽ purgãdi uiribus prædita sunt, uti cõgruit. Quisquis aũt pulchrè & scitè humorem infestantẽ euacuare studuerit, nimiũ caloríca medicamẽta uitet cane peius & angue. Foris ecus quoq; cõpari modo ungẽta haud admodum calentis naturæ sunt applicanda. Breuiter tota, quã de dolore capitis præscripsimus, curatio hîc est amplectenda: ipso nanq; genere eædem affectiões sunt, nisi quòd cephalæa diuturnior, & intẽsioribus infestat doloribus. Cæterũ ut citra quod aiũt puluerẽ, quisq; singulis dolorũ caussis quæ expediunt & quodamodo ad has facta sunt medicamentorũ reperiat subsidia, descriptiones quasdam eius generis tanq; ob oculos deinceps ponam.

Chrisma, id est ungentum, topicum Hemicraniæ competens.

Sumito euphorbij, castorij uniuscuiusq; denariũ unum, eliquato in aqua, auríq; eius partis qua dolor infestat insere: Balneũ petere mandato perfricetur moderatè, ac tum deniq; auribus medicamẽ, ut diximus, infunde, mox lauet de more solenni ægrotus. Est uerò præsentissimi illud auxilij, à me sæpenumero spectatum & exploratum, remedium. Præstantissimum etiam hoc præsidium exhibet, quod conficitur ex euphorbij uncia dimidia, atramenti scriptorij denarijs quatuor, myrrhæ troglodyticæ denarijs tribus, croci, fecis olei crocini, quod χροκόμαγμα adpellant singulorum denarijs duobus, piperis candidi denarijs tribus, aceti quantum opus est: Emolliantur hæc omnia prosubè, donec mellis induant spissitudinem: Deinde laborantis caput, à medio supercilio auspicans, ad ipsa usque tempora illinito, præcipuè ubi locus uacat capillis

pillis, uel ijs ipsis etiam inibi derasis, atq; dum quieuerit eundem locũ iterum atq; iterum perungito. Adhibendum est autem hoc χρῖσμα matutino tempore, quò plus opis ferat ante balneũ. Cauere aũt summopere oportet ne inter ungendum quidpiam ungenti destillet in oculũ, id quod spongia probè efficit si oculo adhibita, defluentẽ unctionem identidem detergat. Post balneũ denuò pari modo unctionẽ repetat, neq; desinat tantisper dum salubritatẽ recuperet. Vbi uerò sanitati fuerit iam restitutus, utatur eodẽ per interualla præsidio ne in eandem affectionẽ recidat. Dicto sanè medicamine nullũ reperias efficatius neq; salubrius aliud, curãdis chronicis & intensissimis doloribus. Contra moderatos uerò & mitiores cruciatus sequens usurpandũ est crebrò remediũ, quod habet olei sabini libram unam, cæræ uncias treis euphorbij unciã unam: Vtere illiniendo dimidiatam frontem unà cum eiusdem partis, nempe dolentis tẽpore musculoso sub balneum, Cõducit aũt illud his potissimum qui frigida intemperie hemicrania uexantur. Sunt uerò adhuc innumera fermè à priscis quidem medicinæ professoribus tradita, cæterùm memorata sufficiunt, quæ profectò à plurimis sunt prodita & multorum suffragijs usuq; & experientia sæpius comprobata.

Hemicraniæ è bilioso humore natæ Curatio.

Qui heterocraniæ, hoc est dextræ sinistræ ue cranei partis dolores adbilem rancq; ad fontem referunt, eorum sanè parti affectæ pastillum crocodeã adpellatum illinire conuenit & orbiculum Trigonum, quin & terram Aegyptiacã impendiò enim prodest. Cæterũm ubi hæc usui accommodare repostulante statueris, acetũ & oleũ rosarũ, & chamæmelinũ, aut alium quempiã liquorẽ demulcentẽ adijciens illinito. Quibus utendũ est utiq; methodicè, & Hippocraticè hoc est, duce ratione & ab Hippocratis medendi modo nihil abhorrente.

Vnguen medendæ Hemicraniæ utilissimum.

Aridarum baccarum lauri portiones duas, thuris portionem unam contundito & per cribrum trajcito, deinde aqua eliquato & crebrius illinito.
Aliud: Piper & commi cũ oui albore liquefacito & linimenti modo impingito.
Aliud: Fecis olei crocini, aloës hepaticæ singulorum unciam dimidiam, gallæ Asianæ non perforatæ denarium pondo duũm aceto sufficienti excipe.

De Mentis uacillatione, Phrenitideue Caput XIX.

SI omniũ Pœoniæ artis professorũ cõsensu phrenitis ex grauissimarũ & maximè exitialiũ affectionũ cẽsu existit, haud absurdũ me facturũ puto, si quonã pacto in ea cerebrũ afficiat, cuiusmodi eius portio læsionẽ acceperit, & iustã deniq; eiusdẽ mali curationẽ pressius indicẽ. Explicabimus itaq; liquidissimè quæ sit uera φρενῖτις, (quoniã etiã nota est quæ παραφρενῖτις dicit) & quibus ex fõtibus emergat, quoq; pacto notícia deprehendi, aut q̃modo deniq; ingruat. Pleriq; nãq; ueteres medici in notitia ipsius toto, ut aiũt, cælo aberrauerũt, adeò quidẽ ut delyrãtes & mẽte obiter captos phrenitide correptos autumarint. Quũ multò interse discrimine dirimant̃ φρενῖτις & παραφρονίνη, hoc est uera amentia & mentis alienatio.

Cauſa

Causa Phrenitidis.

Trahit igitur phrenitis originem ex bilis flauæ copia cerebrum occupante, & phlegmonen inibi cum incensa febre constituente, uel in membrana cerebrum uelante, cui μήνιγξ nomen est. Priusquàm itaq; bilis cerebrum petat, & sese inibi insinuat & impacta iam obturet, minimè gentiũ phrenitis, sed paraphrenitis & paraphrosyne, quod est delyriũ nuncupanda est, quæ per interualla quidem aliarum febrium, more paroxysmũ habet. Accidit aũt plerunq; per summos anciputium & acutarũ febrium uigores, nõ primogenio cerebri affectu. Hoc autẽ discrimine dirimunt. Peculiare paraphrenitidi est atq; proprium, quòd febris perpetua non est sed pausam habet, leuato enim accessionis impetu mens redit. Phrenitis aũt est quũ continua febris cum demẽtia esse incipit. Est uerò nõ unius speciei febris, sed diuersæ ac multipharię. Verùm quãdo phrenitis ex acuta bile oritur, blandior ac mitior est, quum ex flaua bili uehementior & immanior, & grauiore cõmitatur febre, nascitur interdũ & ex bile adusta phrenitis, cæteris uiolentior & pernicioſior, quæ magis omni modo caret, q̃s ea quæ originẽ ad flauã bilẽ refert, adeò quidẽ sæuiẽs ut hominẽ feruore & exustione facile perimat.

Diſſidiũ inter phrenitin & delyrium.

Notæ futuræ Amentiæ & præsentis.

Quando iam proforibus existit Amentia, infestat & perturbat plerunq; peruigillum, & somnia turbulenta, cum mentis perturbatione, ita quidẽ ut itentidẽ cõsurgant & exiliant nõ sine nescio quibus uanis imaginibus, quibus mẽs addicta, sese mõstri quiddã similе uidere autumat, prophetas agere nõnunquam contendunt, quandoq; minantur familiaribus, uerba quædã aliena effundunt, & fando ordine nullo, edunt sine mẽte sonum, neq; eñ uerba neq; sensus cohærent, solito magis morosi atq; immaniores furibundiq; cernuntur. Spiritus grandis cum spissitudine trahitur ex imo pectore. Percussus arteriarũ tactui apparet paruus ac durus. In occipitio circa eam partem, quam ἰνίον adpellant malè afficiunt. Quando iam morbus acrior redditur & proximè iam instat phrenitis, oculis sunt distortis siue distensis, formidulosis, madentibus sanguinolentis, lippientibus & cauis. Lacrymas nõ ex utriſq; sed ex altero tantũ emittunt. Quum uerò iã iam urget & tanq̃ manu ipsa iam corripit phrenitis, floccos ex stragulis ac stratis euellunt, stipulas legunt, neq; interrogãtibus certi quidpiã respondere possunt. Lingua comitat salebrosa, febrisq; aridior: cerebroq; ipso & inde emergentibus neruis exiccatis nõ rarò tremuli redduntur & penitus insensiles adeò ut excitati uel omnino nõ, uel ægerrimè obtemperent. Hoc pacto ut dixi afficiunt. Phrenetici, dictaq; & id genus alia comitant indicia eos qui germana corripiunt phrenitide, & quos nõ per cõsensum sed ppria affectiõe cerebri demẽtia inuadit. Neq; sane quidpiã aliud mali infestat eũ qui uera phrenitide tentat. Proinde qui exsepti trãsuersiõe (q̃d Græcè διαφράγμα adpellãt) phlegmone, eã affectionẽ oriri autumãt, tã ut qui maximè hallucinant. Cæterũ ubi diaphragma phlegmonen contraxerit παραφρενίτιδα seu παραφροσύνην mauis hoc est, alienationẽ mẽtis nothã & insaniã inducit: adeò ut ueram dementiã fermè referat. Si quãdo flauæ bili pituita confundit, phrenitis quidẽ adpellat, qm̃ corpus nigiliæ excruciant. Cæterũ ueraphrenitis non est, sed insania notha.

Notæ Phrenetidis indicia.

Cæterùm ex ipsis qui superueniũt casibus (quæ Græci συμπτώματα dicũt) per mixtis, Dementiã ad permixtionẽ humorum originẽ referre deprehendes. Quandoquidẽ peruigilio excruciantur, idq; sine discrimine, & ad se redeũt, deinde denuo furor urget. Mox alto somno irrepente, opprimunt sopore, cæterùm cum impetu magno & animi summo tumultu expergiscuntur. Rogati à familiaribus turbata mẽte respondẽt, aliena & uana intra uerba insaniẽtes, pferũt.

Longæ Phrenitidis futuræ indicia.

Neq; telateat quòd eiuscemodi magna ex parte accidere consueuerũt, si qñ longa futura est insania. Quũ ipsæ magis magisq; deijciant uires, adeò cõfusæ cernunt notæ, ut aliud quoddã insaniæ genus esse oriat suspicio, quũ tñ non sit. Principiò stati mẽtis quædã turba comite μανίᾳ orit. Deinde bilis ascendẽs cerebrũ pturbat, Mox hecticis febribus affine quidpiã accidit uniuerso cerebello, atq; in cõfusos & furiosos sermones prorũpunt, & decũbentes ob magnã uirium debilitatẽ neq; uerba facere, neq; in grabato cubãtis habitũ præ angore seruare possunt, neq; consurgũt fortiter, neq; psiliunt. Manus, sursum deorsum & hinc inde iactãdo, ita qdem ut causæ ignarus illos uenari quippiã arbitret, & si q̃ eminẽt, carpere. Nõnulli uiribus pstratis, ne palpebras quidẽ attollũt, tm̃ abest, ut ipsa aperiant lumina, uel si qñ humore infestante palpebras diduxerint, confestim obserãt. Hactenus de notis quæ uirtute imbecilla sese exerũt. Neq;, ut dixi, aliud est demẽtiæ genus, sed id quod testat arteriarũ percussus, uiriũ debilitas, quũ paruus, durusq; & arctus sit uniuersis, potissimũ uerò & magis adeò qui diutina phrenitide correpti sunt. Huiusmodi ergo sunt indicia quæ insanientes arguunt. Nunc quibus medicaminum præsidijs succurrendum sit oportunè, summo studio adiungam.

Phrenitidis, id est, uerè insaniæ, curatio.

Principio si per uires ægri licebit, nec quicq̃ aliud obstiterit, sine mora sanguis mitti debet, qm̃ non est salubrius aliud, neq; præsentius subsidiũ. Verũ si id per ægrũ non liceat, quod plerunq; cõtingit, nam manũ medicis porrigere detrectãt, Vena mediæ frontis recta incidenda est. Efficiet id aũt appositè si col-
Historia. lum ritè constringatur, ut uena eius partis tensa præmineat. Ipse quidem hoc pacto serio insanientem uindicauimus, quem sanè asperioribus coërtitiõibus aliquot multi & robusti familiares detinebant, & quasi onerauerant, quo eã frontis uenã aperire liceret. Ita em̃ erat percitus, ut cuncta quæ furiosi designare consueuerunt, cum impetu perpetraret. Deinde interposito tempore denuo uenam secauimus, sanguinis tantum detrahentes, quantum res ipsa exigere uidebatur, atq; ad hunc quidem modum breui admodũ hominẽ pristinæ sanitati restituimus, adhibitis interim ritè alijs quoq; in id efficacibus remedijs. At qui hoc quidẽ perpetuò fieri expedit, in his qui uiolentius se gerunt, cq̃ ut detur brachij uenam scalpello incidere. Cæterũ post sanguinis missionẽ topicis usus sum medicamentorũ auxilijs & primitus oxyrhodino caput perfudi, à quo compescerẽ &

repræ

reprimerẽ humorum uapores ad cerebrum exhalãtes, & robur nõ tam cerebro q̃ uniuerso capiti inderetur, & calore extincto humorẽ infestantẽ non attrahe ret, unde maiorẽ saburrã accumulat & repletur. Prospiciendum etiam de aceto quod placãdi & somnium inducendi uim obtineat. Verùm ante omnia quinta semper aceti portio esto. Et si in uiolẽtiore exacerbatione nonnun q̃ hederæ, ni græ uel serpylli quartã portionem abiecto aceto miscuerim. Quũ uerò magis magisq̃ increuerit affectio, & uigiliæ urgent, magisq̃ desipiunt, efficatiora ad hibere oportet remedia, caput copiosiore oxyrhodino pfunde, aqua in qua her bæ aliquæ decoctæ sint, uerbi causa chamæmilon, papauer, serpyllũ, hedera pa riter cum oxyrhodini unguine, fouere. Odoramenta insuper & linimenta adhi bere, uigilias abigere, somnũ accersere q̃d præcipuum est necessariũ sublanguen tibus auxilium, quo pleriq; sanescunt. Quum uerò his ritè peractis, nihil egeris uigiliæq̃ etiamdum perturbant, neq; cessat delyrium insaniãue, exhibendũ est, ad omnia efficacissimũ, & si qd aliud præsentissimum præsidium, quod à papa uere nigro nomen sortitum est Diacodium Neq; enim uero uigilijs id tantum, uerùm ipsis etiã febribus succurrit, & reliquias feruidi capitis extinguit. Verùm si ob immodicum laborem præceps periculum non sit, cunctanter offerendum est διὰ τῶν καθαιρόντων Præsertim si delyrium duntaxat & nõ ueram phrenitim infe stare offeceris. Quod est si pituitam bili mixtã mali fontẽ deprehenderis, q̃ pa raphrenitim, hoc est notham (ut uulgo loquuntur) phrenitim uocari quidẽ do cuimus. Tum em̃ manibus pedibusq̃ fugiendũ est διὰ καθαιρόντων, pariter & q̃duis aliud somnificum & indolorium quod ἀνώδυνον dicunt medicamentum. Si æger uiribus tantũ non omnibus planè destitutus, uidebitur potiones narcoticæ hoc est quæ torporem inducunt & soporiferæ admittendæ non sunt. Non em̃ leuis quædam noxa has comitatur, sed quandoq; interius. Porrhò multum refert in quo quis loco degat, attendum itaq; & sedulò contemplandũ quo in domicilio ægrotus decumbat. Cuius aẽrẽ utiq; oportet esse neq; crassum, neq; affatim fla tulentũ aut uaparosum, neq; admodũ frigidum ut constipet, neq; adeò calidus ut caput tentet, sed medius horum utrinq; redactus, quò gelidus spiritus tempe riei reddatur & relaxetur. Esto autem aẽr in quo continentur, lucidus magis q̃ obscurus. Quin ne intimi quidem necessarij subinde, neq; alia hominum frequẽ tia crebrius insanientem inuisant. Nam mortaliũ frequentia, aẽrem crassiorem reddunt, udam exhalando animam. Officiunt etiam affectus animi, proinde ni hil quod mœstitiam inferat, aut bilem creat committendum est. Agitare se uio lentius lædit, lenta uerò agitatio ita ut culcitra non moueatur conceditur. Vix em̃ quicq̃ adeò irritare & uexare solet languentes atq; quietis pertur batio & impedimentũ, in paribus præterea inferioribus, præcipuè si conuellatur ægro tus, frictiõe leni utendum ac lenta. Coxendices iusuper ac pedes asperioribus co ercitionibus ac ligaculis uincire conuenit: quoniam hæc materiã infestantẽ ex superioribus partibus auellunt & ad infernas detrahunt conuulsiones q; demul cent. Fouere loca inferiora à frictione saluberrimũ est. Atq; ita ligaminibus hæc

loca impediant, ut materiã contineãt. Cæterùm hæc paroxysmũ præcedãt ne ceſſarium eſt. Expediunt etiã ita affectis cucurbitulæ præſertim ante exacerbationẽ adhibitæ, quò per partem diuerſam, materiã ad ſuperiora tendentem auertat. Conducunt pari modò epithemata, neq; ſupra modum calorifica, neq; admodũ frigorifica, ſed temperata. Viſceribus em̃ immodicè calida plurimum malicõciliant. Vnde extemplo caput tentaẽ ac replẽ. Cuius rei quoq; gratia præcordia ualde foueresuperuacuũ eſt, potiſſimè in febre intenta, & in corpore ſuccis caput petẽtibus referto. Satis eſt igit̃, ſi uiſcera ſemine tantum modo lini in hydræleo elixo & iuſchamæmelito tepido perungas, ſeu madefacias. Solatur enim illud flagrantia & diſtenta, pulcherrimè.

Quibus cibarijs utendum ſit phreneticis.

INter cætera medicamentorũ præſidia, dapium quoq; conferentium catalogum pertexere, non eſt (ut ipſe quidẽ arbitror) ſuperuacuũ. Pleriq; enim uictum præſcribẽtes quid agant, proh dolor, nõ intelligunt. Salubria quippe an inſalutaria & officiãt potius q̃ prosint quæ offerũt nõ obſeruãt, ne dicam ignorant. Principio itaq; ptiſanæ cremorẽ probe elixum offerre conuenit. Quod ſi iſ ad palatum ægrotantis nõ faciat, integras hordei granas citra ullum condimentũ ad edendũ porrige. Apomelitis (uocãt autem ita Græci ex ablutis aquæ fauis cremorẽ) parùm, uel dulcoris & illectationis gratia mulſi nõ nihil adiiciẽs, uel aquæ roſarũ, cæterũ aqua mulſa quod ὑδρόμελι Græci uocant, & quod uis aliud quod uini loco potui datur, poculentũ, puto hydromalũ tanq̃ hoſtile fugiendum eſt: mel conſimiliter ipſum ſine additamẽto, & acetum mulſum, quod Græci dicunt ὄξυμελι. Quod ſi ne ita quidẽ nec ptiſanæ ſuccus ſeorſim arrideat (quoniã nõ pauci uel ad nomen ptiſanæ nauſeant) eis auenæ liquorẽ ſi ad manum ſit uel cicerũ dare expedit. Quod ſi ſorbitiunculas omnino faſtidiant, panẽ aqua calida madidatũ ac maceratũ præbeto. Nãin eo quoq; efficax eſt auxilium. Neq; em̃ hic minus quã præſcripti cremores (mea quidem ſententia) opitulatur. Holeribus potiſſimè ueſci utile eſt, intybo uidelicet & malua elixis. Quandoq; non ualde, ſed obiter modò decoctis, ſi intenta febre & magna ſiti premant & uigiliæ infeſtent, pluſculum enim auxilij tulerint. Multò uerò plus emoluměti adferũt braſſicæ caules elixi, & coliculi lactucæ, Meloneſq; & cucumeris carnes, ſiue inteſtina quos pepones nominãt. Quàm primũ autẽ concoctionẽ olfeceris, piſces quoq; ſquamoſi, quos aſpratiles uulgo dicunt, & inculpati ſucci, & pectines offerẽdi ſunt. Opem non uulgarẽ phreneticis adferũt Mala Perſica, Duracina, cæraſa, mala Mala Punica, quas Græci ῥόας cognominant, Rhomani Granata. Cæterũ hæc non niſi guſtentur, & ne quid nimis.

Quæ poculenta phreneticis competant.

POtus ita affectorũ aqua eſto calida, quæ nõ ſemel ubertim auariter ingurgitanda, ſed identidẽ partius exhibeat̃, neq; em̃ ſitibũdi admodũ ſunt, ut potum uehementer affectent, & nihil opis ex multa ſemel potatione ſentiunt. Gelida autem aqua quoniã parùm frugi, omnino uitanda eſt, quandoq; ſi interna aliqua

na aliqua fugerit phlegmone, uel in uiſceribus & quacũq; parte præceps ac grã de diſcrimẽ inuehit. Et ſi in præſentia auxilij quiddã ac ſolatij adferret dolorẽ ſedare uideatur, diræ tñ ac ꝓnicioſiſſimæ deinde ſuccedũt febres, ita quidẽ ut delyrijũ maxiẽ adaugeat, & ut uno uerbo expediã, cuncta uertat in deterius. Præſtat itaq; multis nominibus calidæ ĉ; gelidæ aquæ uſus. Neq; clam me eſt hydræleũ à quibuſdã ſumopere cõmendari, & ob id potui exhiberi, propterea quòd partes ſuperiores bile affectas uideat egregiè ſatis arefacere. Atq; hoc pacto una opera ardores leniuntur, extorum tenſiones & inflammationes laxantur, biliſq; demũ quum per aluum, tum per uomitionẽ affatim exhauritur.

Balnea quæ expediant.

Lauacra & unctiones neceſſario ob exiccationẽ contractam, adhibenda ſunt neq; enim affectionis quãtitas tantum, quantũ ipſa nocet aridꝭtas pariter & uigiliæ immodicæ: Neq; febrientibus etiam ipſis obeſt lauacrum modò tepidum ſit, non cum igne aëreum, pyriateriũmue aut calidum ſolium. Proinde nõ poſſunt non hallucinari atq; falli quotquot Medici in hac febre conſtitutos lauare, neſcio qua religione deterriti, dubitant: ſiquidem quũ uigiliæ infeſtant, neq; admittitur uſus lauacri, cruciatus longè uehemẽtiores ingruunt, & perſiſtit uſq; delyrium, quo circa lauandum ut dixi, eſt eò quòd hoc medio inculpata inducitur temperatura, mentis alienatio profligitur unà cum febre. Indulgendum atq; adeò etiam offerendum balnei tempore uinum eſt, præcipuè his quos moleſtant uigiliæ, cum neq; uires ſatis robuſtæ ſunt, & febris nõ magna ſed leniꝛ modò excruciat, & concoctionis notæ apparent in lotio. Adhuc uerò ut rectius ita & minus cunctanter uinum exhibendum eſt his, qui ſani hoc bibere conſueuerunt & uentriculum natura imbecillum ac frigidum ſortiti ſunt, quibus ſanè multò, ut dixi rectius ac tempeſtiuius uinum datur, pariter & paraphroſyne correptis, modò ne quid nimis & intra modum. Conducit id autem uel his nominibus maximè quod cordis inde agitatio, & furioſum peruigilium, cumq; uigilans in quietem & probam mentis diſpoſitionem cũ habundantis ſomni conciliatione uertitur, cerebrum acuit, corpus alit, niſi hypochondria, quæ alij præcordia, alij ilia uertunt phlegmone ardenti uel alioquin nimio calore fuerint obſeſſa. Quin & ſi uiribus deſtitui uideantur, multò confidentius, & minore cum periculo dari uinum poteſt, Si non plus damni quàm emolumenti inde ſperet medicus. Nam ſi uires ceu poſtliminio reuertantur, & profligetur affectio, tum nihil intentatum relinquere expedit, uariaq; ratione ægritudini ſuccurrere.

Quod ſi autem ſumpto uino phreniticus lethargus inducatur, medici officium fuerit diligenter proſpicere, ne deinceps uinum exhibitum noxam augeat. Perpendere itaque & acuratè inter ſe affectionem prauam & uinipotationem conferre conuenit, ne alibi noxæ alicuius medicus ſit occaſio.

De ueterno quem Lethargum Græci nominant Caput XX.

INexpugnabilis penè dormiẽdi neceſſitas haut aliter atq; phrenitis naſcit, eiuſdẽ em̃ loci, cerebri inq; noxa quædã eſt, ſed materiã habet phrenitico contrariã, pituitã ſcilicet, humorẽ frigidũ & humidũ, cerebrũ irrigantẽ, & in ſomnũ nolens uolens impellentẽ, cũ tanta oĩm rerũ obliuiõe ut uerbis nulla ſuppeditet materia. Iacet aũt ueterno affectus tanq; truncus, oculis clauſis & ut breuiter perſtringã, tã grauimentis ſtupore pcluſus, ut cerebrũ humore ac frigore obſitũ eſſe omnino uel oculis captis appareat. Si pituita ſola deliquerit, lethargiã uerã introducit. Nothã uerò pituitã cũ bile mixta in capite putreſcẽte. Sunt aũt ea ſympt ω mata quoq; pmixta ſic, ut æger ſopore modò opprimat, modò expgefactus uigilijs infeſtet, quãdoq; mentis alienatiõe. Vtriſq; em̃ interdũ ſimul corripiunt. Oculos ferãt, manus nõ continẽt, & geſtũ omnino eorũ qui ſtipulas legunt & floccos euellere ſtudẽt exprimunt. Quoſcũq; uerò nõ adeò pfundus ſopor, ac ualidus torpor inuadit, ad uociferationẽ quorundã oculos quãdoq; aperiũt, & denuo recludũt. Qui aũt magna inbecillitate & ſumma afflictiõe tentant, excitari nõ poſſunt, quantũuis ingenti uociferatiõe nomẽ inclames. Hylam inclames, neq; efficies ut uel cõniueãt palpebris. Arteriarũ percuſſus rarus eſt ac breuis ſiue obſcurus, ægerrimeq; apparẽs. Ex dictis itaq; indicijs cuiq; artis gnaro datur morbum deprehendere. Quibus autem remedijs ita affectis ſuccurrendum ſit, deinceps recenſere conuenit.

Lethargi Curatio.

In ueterni curatiõe acuratiſſima conſideratiõe omnẽ lapidẽ mouendũ, & quæ cũq; priſcorũ calculis adpbata, poſterisq; tradita ſunt ſanctiſſimè obſeruandũ cẽſeo. Vires puto ægrotãtis, habitũ itẽ & id genus alia, ætatẽ uidelicet & regionẽ & tempus, & conſuetudinẽ, qbus adamuſſim contẽplatis, ſi horũ quæ memorata ſunt nihil obſiſtere uidebit, ſanguinẽ detrahere principio ſtatim expedit. Cæterũ laborãtis robur imprimis ppendẽdum iudico. Localibus deinde utendũ eſt medicaminũ auxilijs. Vniuerſamq; curationẽ capiti applicare oportet, quò uaporesq eò deferunt, prõptius ſupprimant. Danda eſt inſuper opera, ut humores inibi coacti concoquant, incidant, & diſſipent. Proficit aũt ad reprimendum præcipuè oxyrhodinũ. Capiti nãq; roboris plurimũ indit. Vtiliſſimũ aũt fuerit in morbi ſtatim primordijs hæc fieri, ne uaporis reli[illegible]q; copiã aſcendentẽ & negotiũ facientẽ tanta prõptitudine ſuſciperet. Qm̃ aũt humor q cerebrũ obſedit pituitoſus ac gelidus eſt, quæ humorẽ extenuãdi poteſtatẽ habẽt, oxyrhodino cõmiſcenda ſunt. Verbi cauſſa, Pinaſtellũ caſtorium, pulegiũ, nepitha, & thymus. Maximeq; pficit ad excitandũ hominẽ frõti unctiõe admotũ caſtoriũ, uel capilli humani cremati & cũ aceto liquefacti, pari modo illiti. Eſt em̃ hoc inſita quadã naturæ aptitudine huic morbo factũ antipharmacũ. Qd ſi nihil his, pficitur, ſi ſtitq; affectio, & laborãs nõ expgiſcit, quæ p ſternutamẽta euomũt & cieãt naribus adhibẽda ſunt, cuius farinæ cenſet ſtruthiũ, adiecto caſtorio, ſeu pipere, euphorbioue aut epithymo. Flatu aũt naribus illud indatur, cõgruit. Aliud pennæ illiniendũ eſt, neq; tñ crebrius, pſternuntur em̃ & ſuffocant uires eorũ & longè magis

magis caput repletur. Accõmodissima aũt est coxendicum frequens multaq; fricatio, & quæ cum oleo sycionio cucumerinóue perficitur, acetóue scillitico illinitio. Scilla quandoq; sola, aut sinapi cum aceto trita cataplasmatis more coxendicibus impositа ad excitãdum hominẽ lethaliter etiã soporis grauitate oppressum satis est. Quod si morbus ualde pernicios⁹ & atrox admodum extiterit, aut diuturnus, caput radendum & cum castorio illiniendum est. Quin & castorium ipsum potui dare expedit, & ante accessionis unã horã potissimum, extenuandi enim & gelidum calfaciendi, marcescentẽq;, & maximè molestantem in corpore pituitam arefaciendi uim obtinet. Noui equidem nõnullos miserrimè hoc torpore impeditos, unohoc medicamine sanitati restitutos, longè uerò maiorem habet aceto mulso admixto efficatima. Quod si æger corpore prauis succis infarto fuerit, mixta cũ hoc scãmonea præparata potissimũ, uel aliud qd dam aluũ deijciendi uirtute prædítum cum castorio exhibendum est. Satis aũt fuerit si castorei duobus scrupulis, dimidiatã diagridij (sic emm scãmonium præparatũ uulgo nominant) scrupulum adieceris, aut plus, minusq; pro uiribus cuiusq;. Neq; auxilia modò quæ humores extenuãdi, sed quæ nutriendi quoq; uim habent offerre debemus, exempli gratia, amygdalorũ cremorẽ cum exíguo mel le elixum. Haud mediocriter adiuuat etiã succus ptisanæ cũ porrorũ comis, uel apij radicibus: Hyssopo item si febris iuncta nõ adsit. Nam si febris uiolenter infestet, hyssopus elixatiõi admiscendus non est, sed radices modò, ut diximus apij & oxymel simplex, qui à ptisanæ succo uel pariter cum ptisanæ succo sumendus. Commodissima quoq; existit mica panis esui cũ apomelite uel aqua mulsa exhibita. Hydromalum aũt (quæ est ex aqua & malomelite confectio) aut Gnidium uel aliquod aliud uinũ crudo adhuc morbo non debet offerri. Vbi aũt concoqui morbus uidebitur, lauacris uinoq; quàm minimo uti superuacuũ non est præsertim post sanguinis per uenã detractionem, uel totius corporis mediocrẽ expurgationẽ, præter quàm si plethora, hoc est humorũ redundãtia, quam nos plenitudinẽ uocamus, infestet. Balneo emm succorum, quæ cutẽ obsedit, plenitas melius discutit, quã cathartico medicamine. Cæterũ in eiusmodi affectione lauacrũ tepidũ tantũodo cõpetit. Cognouimus ipsi quẽpiam, qui lethargo tãgra uiter laborabat ut morbũ oĩno nõ agnosceret, neq; se leuari sentiret. Is post duo deuigínti ægritudinis suæ dies balneũ ingressus, tm̃ sensit auxilij, ut à somno statim expergisceret, alios attentè acciperet, & ipse uerba expeditè faceret, familiares omneis agnoscẽs. Proinde si uireis cõcedere uident in balneolo lauandi sunt lethargici. Si uerò uireis adeò deiectas cõspexeris, ut æger neq; laborẽ, neq; æstũ balnei ferre possit, domi in solio aquæ tãtisper calidæ ut laborãs sustinere queat, lauare ipsum cõuenit. Cauendũ aũt est ne caput ægrotãtis aqua perfundat. Nã id si factũ fuerit tm̃ abest ut tantillũ opis sentiat, ut lõgè maioribus cruciatibus infestet, cẽq; si calidũ nuncq; uidisset. Fiat itaq; domi semel atq; iterũ in solio ut diximus lauacrũ. Deĩde in morbi discessiõe ingrediat balneũ & indubitãter de solẽ ni sua cõsuetudine lauet. Cæterũ rarẽter admodũ id fiat si ægro grauia incũbant symptomata, sicqdẽ, ut interdũ humi decidãt. In oĩ etem̃ curatiõe nihil nimis fie

Historia.

ri expedit. Sciendũ etẽm est q; eiusmodi casus priorẽ capitis partẽ frõtem scilicet occupant, & eius uirtutis sensatio grauius offendit. Contingunt etiã eximmodicis doloribus, dissipatis animalibus spiritibus & incisis in cõmissuris, cauernisue huiusmodi symptωmata, & cũ meningis claudit meatus, Occupat etiã caluæ cõmissuras, concluſa potissimè cerebri cauitate. Cæterũ in præsens non est opportunũ cuiusq; singillatim curatiõis modum tradere: Dicemus autem & aliâs quoq; suo loco ubi ex confesso fracturarum fiet mentio.

De Morbo sacro, Comitialiue Caput XXI.

COmitialis morbus ex diuturnorũ morborũ classe est, cuius curatio summo eget studio atq; sollicitudine non parua. Nam si principiõ nõ discutiat, per omnẽ uitã comitat. Est uerò capitis affectio accerebri ubi princeps omniũ sensuũ Intellectus continet, conuellit aũt uniuersum hominis corpus. Qnòd aũt capitis sit affectio, inde liquet, q; oculi qdem suo officio nõ funguntur neq; intelligũt quicq; adflicti, euanescit itaq; memoria, quin ut semel dicã, omnes sensus exulant. Vnde ἐπιλη ψία nomẽ obtinuit, q; sensum capitis atq; mentẽ pariter adprehendat. Appellat etiã à quibusdã ἱερὰ νόσος id est sacra affectio, eò q; in capite nascat, quod sacrũ atq; templum est partis animæ. Nec desunt qui ἡρακλεικὴν νόσον id est Herculanũ morbũ nominent, uel ppter immẽsos labores, uel q; quẽadmodum Hercules inuictus, sic ea quoq; nulla fermè medicorũ ope superabilis sit affectio. Quidã παιδικὴν hoc est puerilẽ affectionẽ, alij alio quopiã nomine indigitãt. Verũtamẽ singula recensere in præsens superuacuum est. In rem potius esse duco, ea quæ ad tanti mali curationẽ spectant, ut meam quoq; fidem (recepimus enim) liberem, commemorare

ἐπιλη ψία. Sacer morbus

Velab affectionis magnitudi nemaiora quip peuulgo sacra dicũtur, unde Maior à Rhõ. nuncupatur.

Causæ morbi Comitialis.

GIgnitur aũt hic morbus Comitialis tripharia, aut emm primogenio affectu, caput duntaxat, afficit, uel per cõsensum (quã συμπάθειαν Græci dicũt) oris uentriculi (q; stomachus uocat) malè affecti uel certè ex aliarũ corporis partium prauè habentium suppeditatione.

Notæ fontis Epilepsiõs.

QUod si Comitialis proficiscat ex ostio uentriculi stomachóue, eiusmodi comitant indicia creberrimi, nfestat stomachũ cõuulsio, tremor itẽ & uellicatio. Excitat aũt potissimũ comitialis affectiõis accessio iuxtà uel nimia cibi saturitate, uel inedia. Si uerò ad aliquã corporis partẽ malè affectã capitis hæc referat affectio, Haud obscurè quidẽ ab eadẽ parte sentiunt morbũ oriri, & paulatim caput petere ita, ut accessionẽ futurã prædicent. Accidit porrò hic morbus præcipuè pueris & recens admodũ in lucẽ æditis, maximè uerò humidiore temperamẽto præditis, quã ob causſam παιδικὸς, id est Infantilis passio, seu puerorũ morbus à plerisq; nominatur. Sinaũt ex primario capitis affectu oriat morbus Herculeus uel cæco hæc signa adpareãt, capitis & adiacentiũ particularũ grauitas, caligo oculorum cum grauedine & uertigine. Interdum ex intensissimo capitis dolore datur huic ægritudini occasio. Et ex hac quoq; causſa infantes infestant epilepsia potissimè.

Affectus pedicus.

Comitialis

Comitialis morbi Curatio.

Quoniam hic morbus infantes potius quàm adultos & senes corripit, ab eorum ætate curationis auspiciũ sumere conuenit. Si admodum puer acinfans à cunabulis statim Sacro morbo impedit, nullo planè medicamẽtorũ præsidio subuenire studebimus progressu nanq; temporis, sola ætatis mutatiõe & caloris naturalis incremẽto sua sponte magna ex parte hic morbus quiescit. Sufficit enim solus ad humoris quo caput & eius cauernæ infartiuntur consumptionẽ calor. Sed quod ad nostram opem ac sollicitudinem attinet, Nutricis qua utuntur lac, pro nostra uirili emendandum est, & quicquid superfluitatis ineſt in ordinem redigendum. Est autem lac omnium deterrimum & maximè uitiosum, crassum, & caseosum, liquidius & serosum, gustanti insuaue tetriq; odoris. Corrigitur autem eius malitia hoc modo: Si iusto, ut dixi, crassius sit, ad liquidi, crassiq; medium perducitur, & succi inculpati redditur, si nutrix laboribus mediocribus de more nutricum præcipuè ante cibum exerceatur, & alimentis bonum succum facientibus utatur. Præstat etiam uomitu pituitam eijcere, id quod cum oxymelite optimè perficitur. Quod si liquidum appareat, ac serosum & nimis acre, lac rursus ad mediũ liquidi crassiq; reducat. Id qd' tũ pulchrè fiet, si nutrix multos labores fugiat, carnibus porcinis alat, & sorbitiõibus, sapam potet cum uino dulci, mammas cum omni thoraci perfricet. Nam si plus iusto fuerit crassum, rebus quibusdã aliis adhibitis tenuius reddat. Verbi causſa, fœniculo, anetho, amyso, origano, eruca, ruta, hyssopo, porro, scandice, satureia, thymo & salsamẽto uteri. Sed uiridibus illis oĩbus est utendum, & recẽtibus adhuc Arida nãq; maiorẽ habẽt acrimoniã & uehemẽtius cũq; cõueniat mensiũ meatus referãt, unde locelli fluitãt sanguine, quò nihil alienius potest lactẽti puero accidere. Quoniam menstruo sanguine exuenis erũpente, Lac ipsum necessariò deficit quẽadmodum copiosius in mamillas, mẽstruis deficiẽtibus, colligit. Cuius rei gratia à re Venerea abstinendũ est, ei quæcũq; lac præbebit, à uiri nãq; consuetudine lac odoris gratiã in deterius mutat, & liquidius efficitur, & mẽstrua eliciunt. Quin si fortè cõcipiat longè pernicioſissimũ est puello lactenti: Qua propter oportet nutrici uterũ gestanti puellum minimè cõmittere, & ad aliã quæ iudicio, delectuq; pareat, & cui lac inculpatũ sit festinare. Cognoscit aũt lac bonũ quatuor nominibus, puta colore, & constitutiõe, substantiuea odoratu & gustu Siquidẽ quod optimũ lac est, id uisui candidũ cũ nullo liuore, gustãti suaue, olfacientiq; fragrans, nõ tetri odoris apparebit. Constitutiõe uerò, neq; liquidũ, neq; crassum & caseosum. Nã eiusmodi lac in mamillis collectũ puellorũ neruos sum mopẽ cõstringit & obturat. Quo circa mulieri lac præbenti infantulo, uinũ modicè liquidũ & lympidum est offerendũ. Hoc modo, nutrice, quæ neq; grauida neq; lacte malo prædita, neque aliquo morbo affecta sit, selecta, recens natus, & adhuc sugens alendus est Nutrix uerò primum ualido exercitio, mox aũt mediocri manuum agitatione exerceatur, deinde cibum capiat. Neq; crebris identidem utatur balneis, & ubi lauare consilium fuerit, Balneum semper cibum ac potum præcedat. Neq; uini præcipuè lympidi potio balneum illico sequatur

Notæ boni lactis.

nihil

nihil em̃ alienius, magisq; pestiferũ est. Corporis item unctio & frictio usq; cibũ excipiat. Exercitatio em̃ quælibet à cibo, nõ nutricibus solum, sed cunctis etiam mortalibus plus officit, q̃ proficit. Vide & Hippocrates inquit: Labor cibum
Ritus frictiõis præcedat. Frictionis autem ratio hæc sit. Primùm à brachijs auspicandum est, secundò ad pectus & uentrem descendendum, tertiò ad coxendices. Esto aũt frictio semper ualida ut indecõtrahatur aliquis calor. Postremò partibus inducto iam robore, caput quoq; pari frictiõe aggrediatur. Periculum em̃ est ingens, ne cuncta in eam partem rapiantur, si frictio eius præcedat. Cæterùm post exercitationes & frictiones uitandus est aliquandiu aër gelidus, donec uidelicet calor
Victus. ac spiritus pedetentim, paulatimq; euaporent. Deinde ad ea quæ ex longo tem-
Panis. pore consueta sunt, redeat, & alimentis uescatur conferentibus, paneq; probè fermentato & egregiè cocto, potissimũ in fornace. Accipiat autem panis non plus quàm unciam unã seu duas, præsertim si puellus cui lac præbetur temperamẽto fuerit atribilario seu bilioso, unà cũ in percalida aqua macerato coriandro, quod comestum, humores qui ad caput deferuntur arcet, id quod summum ac præcipuum contra hunc morbum esse censetur præsidium, &, ut Græci uocant, προφυλακτικὸν, hoc est, præseruatiuum morbiq; præcautio, & sanitatis tutela.

Holera quæ competant.

Ex holeribus commendatur beta, imprimis autem si calida esui exhibeatur. Rapum item cum porris permixtum conducibile est. Condimenta uerò quibus nutrices utanť, olei perparum, & salem parca manu aspersum habeant.
Aues. Ex uolucribus autem altilibus quidem Gallinæ, feris autẽ & agrestibus phasiani non saginati utiles sunt. Ex anseribus uerò conducũt alæ, collum, caput, pedes. Et alites breuiter omnes, exceptis palustribus & uliginosis undosisq; locis degentibus, qui utiq; fugiendi sunt. Ius etiã potũ officit. Quod si cruditas, aut inflatio, aut exspiritibus qui in uentre continenť tensio adsit, nouem uel undecim
Carnes. grana piperis, uel parum anysi admiscenda sunt. Sarcophagiam omnem improbo, & certè præstat omnino carnes non attingere, suillam potissimè & bubulam. Cæterùm oblectationis gratia his qui earũ desiderio tenentur concedimus carnes sed non obesas. Conuenit autem ita habentibus ἀπόζεμα potius quàm ζέμα sumptum. Caro sinapi obiter intingenda, quin etiam ita quoq; nonnunquã interdicenda est. Daucum insuper & cepæ nullo modo mea quidem sententia manducanda sunt. Fugiendum est præterea smyrnium, quoniam caput tentat ac percutit. Vitandum cane peius & angue est apium, quoniã naturæ suæ aptitudine nocet Comitiali morbo correptis.

Pisces qui conueniant.

Ex piscibus offerri itaq; utiliter possunt, Soleæ, merulæ, turdi, scorpiones, & scauri. Crassi uerò succi ac pingues maritimiq;. Verbi caussa, scombri & pelamidæ, tanquam inutiles uitandi sunt: officiunt etenim plurimũ, quoniã pinguitudine & terreo humore corpus onerant. Qui in fluuijs perennibus degũt

pro-

prohibendi non sunt, præsertim saxatiles: Sed μηδὲν ἀγαν, frequens enim eorundem quoq; usus lædit. Præstat autem illos cum aceto mulso & exiguo pipere cõditos sumere, siquidem condimentum eiusmodi, cum pinguitudinem tum omne simul nocumentum tollit. Cochleæ porrhò ne per somnium quidem, ut aiunt, admittendæ sunt, eò quòd algentis sint naturæ & pinguetudine præ alijs madent, crassosq; relinquunt in corpore succos. Echini esum per interuallum admittere alienum nõ est. Peculiare enim quiddam obtinet quo aluum muneris sui admonere, uentriculum iuuare, lotiumq; ciere, potest. Sumendus tamen est ex calido quopiam potu, Verbi grãtia, absinthite, siue cõdito. Ita sanè quicquid nocumenti complectitur omnino exuit. Carnes quidem omne genus, sed in primis sui: illas minimè gentium unquam morbo Comitiali implicito donec probè curatus ac sanitati omnino restitutus sit, concedendas moneo. Pari quoque modo interdicenda sunt legumina, præcipuè lenticulæ. Vbi autem omnino ciceribus aut halica uesci deliderio tenentur, extenuandi ui præditum quidpiã admiscere conuenit, puta piper aut pulegium, quò legumenti emendat & profligat etiam succorum crassitudinem. Pomorum abstinentia in Comitiali affectione summopere cõmendatur. Siquando autem eiusmodi fructus manducare affectarint, non nisi parùm & obiter, neq; in prima, sed in secunda mensa debent: ita quippe haud malè sumentẽ afficient. Cauendum est etiam, modis omnibus à bellarijs quæ Græci τραγήματα uocãt, nempe nucibus & palmulis seu dactylis. Vuæ uerò & Pistacia in cibarijs secundáue mensa illiberalius conceduntur, & præsertim quæ facultatem aliquam astringendi possident. Porrhò Amygdalorum & pistaciorum nuclei, quæ à cocis myropolis præparantur: quoniam pituitosum humorẽ utcunq; expurgant, uitandi non sunt. Cæterùm si morbum consyderes solum, profectò manibus pedibusq; fugiendi, siquidem eorum usu caput tentatur & impletur, potissimè si fuerint non recentes. Atqui propter stomachum cui sanè perquàm utiles sunt, & strenuas concoctrici potentiæ suppeditas conferunt, non fuerit neq; alienum neq; absurdum illos intra modum epilepticis offerre. Potionibus in summa rarenter utendum. Neq; aliam quàm quæ ex absynthio conficitur probo. Absynthium enim ueronon uentriculo tantum seu stomacho ipsi robur indit, sed crassos etiam humores infestantes extenuat, & quicquid in eo superuacanei retrimenti retentum offenderit, probè exhaurit. Hactenus de ratione uictus quã equidem puellis & sacro morbo impeditis præscribendam censeo.

Amigdali & Pistacia.

Apozemata & catapotia, id est elixationes & globuli, in Comitialibus deglutienda.

Medicamentorum præsidia in Maiore, ut uocant, morbo ad hunc modum sunt offerenda. Vbi huic morbo obnoxius mane exporrectus membra sustulerit grabato, & aluum deiecerit, decoctum extenuatoria ui præditum incunctanter miscere congruit. In hyeme igitur extenuandi uireis obtinens decoctum quod hyssopum contineat elixũ potui dato, succurrit enim ualentissimè, & ple

rique hoc uno ſubinde apozemate à Comitiali morbo probè uindicati, priſtinæ ualitudini reſtituti ſunt: ſiquidem quoſcunque uiſcidos & tenaces, uel denſos aut craſſos humores attenuandi, & ex ſtomacho, ac pectore euacuandi potentiam obtinet. Aliud emm̃ per lotiũ, aliud per aluum euacuat egregiè. Dabis itaq; dictã elixationẽ, uel cum ſola aqua decoctã uel cũ oxymelite, puta in hyeme & maximè in Auctumno, Nam æſtate rarenter exhibere eam conuenit. Crebrius autem multò offerendum eſt, ut diximus, anetum. Quod ſi Atrebilarius fuerit laborans, decocto adijciendum eſt epithymũ, quod ob id quidem conſulo, quoniam atram bilem epithymus ſtrenuè exhaurit.

De his quibus aluus deducendus eſt in Comitiali.

Quod ſi autem puer eius ætatis fuerit, quæ purgationi ſit idonea, cathartico medicamine pituitã & atram bilem educere efficaci, purgandum eſt, quos ſanè humores pleriq; uno ore Hieram extrahere iactitant. Cæterùm in hoc morbo & ætate iuuenili non habet locum ſatis cõmodum. Iuuenum etenim ætati hieræ calor eſt nimis uehemens. Adultis nanque & mediæ ætatis ac robuſtis, melancholicisq; oportunè exhibetur hieræ potio. Præſtat uerò iuuenum humores epithymo non multo cum μίκρα hoc eſt, Amara incidere & euacuare, & ita Theodorico, deinde antidoto expurgandũ, Nam id uniuerſum ſimul corpus pulchrè expurgat. Cæterum non ſimplex id adminiſtrabis, ſed alijs adiectis, ad hunc modum: Accipe Theodorici ſcrupulos quatuor, interioris farcti colocynthidis puluerizati grana duodecim uel ſedecim, uel plus, ſcammonij præparati obulos quatuor, uel diobulos duos cum ſiliqua uel amplius, pro uiribus laborantis, ne uiolenta ſit aut ignaua purgatio. Noui equidem quàm plurimos qui ſumpto hoc medicamine purgatorio priſtinæ ſanitati ad unguem reſtituti ſunt. Si per hæc morbus finitus non fuerit, & prauí etiamdum ſucci in corpore regnarint, natæ à nobis exhibendæ ſunt pillulæ, quibus ſanè in hac affectione ualentius non cõperi cathartícũ. Eſt aũt deſcriptio eatũ huiuſmodi: Excipe ſucco braſſicæ, aloës, colocynthidos, ſcammonij, bdellij, corticis ueratri nigri, cõmeos, ſingulorum unciã dimidiam, euphorbij unciã unam, nitri unciã dimidiatam, redige in globulos quæ Græci dicũt Catapotia. Doſis eſt, ſcrupuli tres ſeu quatuor pro ægri robore. Grandioribus uerò nõ dubites porrigere interdũ denarios duos. Neq; ſi plus etiã exhibueris, delinques, quoniã nulla noxa ſectat: nã citra periculum & omnem moleſtiam hoc medicamentũ euacuat. Neq; me Hercle Comitiali ſolum morbo obnoxij, uerũ uertigine etiam (quam σκοτωμίαν uocant Græci) & Arthritide & Podagra oppreſſis ſuccurrit.

Hiera.

De Apophlegmatiſmis, hoc eſt pituitam ex capite detrahentibus uel per os, uel per nares.

Quòd autem craſſorum ac tenacium & ſpiſſorum humorũ in capite reliquiæ per palatũ exhauriantur, præmiſſa purgatiõe uniuerſali, adplicandi ſunt etiã apophlegmatiſmi. Proritant itaq; ſtrenuiſſimè paſtylli ex hyſſopo, pulegio aut pipere cõcinnati, ſi in ore mandentur. Longè autem ualentius eam prouinciam abſoluit ἀναγαργαρισμὸς (ſic emm̃ uocant quando liquore aliquo in ore retẽto crebra

crebra reuocatiõe gargareon colluit, atq; ita per ſuperna humor detrahit; qui hyſſopo conſtituit. Item qui pulegio cõſtet & origano pauco. ficubus aridis ca ricisue ſeptẽ aut nouẽ ad tertias decoctis. Exhibeto aũt in cypho defruti coclea ria elixationis huius duo ante cibũ. Gauendũ interim eſt maximè, ne poſt eiuſ modi apophlegmatiſmũ laborans lauet, plurimum enim nocebit lauacrum.

De Vomitu.

Poſtq̃ caput eiuſcemodi purgationibus iam probè noxijs humoribus exone ratũ conſpicis, uniuerſi etiã corporis moles uomitionibus utiliter exagitaẽ quoniã uomitus ſuccos infeſtantes in corpore ſingulis diebus cõgregatos ejcit, & ne deinceps coaceruentẽ, prohibet. Qui ſanè quanq̃ ante cibum profit quidẽ haud uulgariter, longè tamen plus emoluẽti poſt ſumpta cibaria confert. Ad hucuerò multò utiliſſimus eſt, qui radiculis citatur, aut eſcis obeſis ſuauibus & fermẽtoſis, quãdoq; drymyphagijs & temulentia deniq; accerſitur. Hoc pacto ut dictũ eſt ſuccurrendũ puto cũctis ſine diſcrimine morbo comitiali oppreſſis.

De Comitiali à ſtomacho proueniente.

QVando ſacer morbus à malè affecto ſtomacho originẽ trahere uidet accuratiſſimè attendendum fuerit, quis nam in eo humorũ redundet atq; negotiũ tantũ faceſſat. Nam ſibili adſcribendum cenſeas, non tam abſynthij herbæ, quã Hieræ Amaræ (quæ πικρὰ Græcè adpellatur) potione, bilioſi humoris generationem inibi pro uirili expugnes. Panis quoque aqua calida maceratus, ſiue ut uulgo loquuntur, infuſus prima hora affatim, ſe cunda uerò aut tertia minus, in hoc loco cõſtitutis offerendus eſt. Atq; ut ſum matim perſtringam. Quicunq; ſtomachum aliquo humore, maximè flaua bile grauatum habent, caputq; inde tentatur, ſaburramq; concipit, his nutricatus omnis neceſſariò temperatus ab acrimonia, pinguitudineq; uacans, & ab olco ſaleq; multò alienior, præſcribendus eſt. Sic igitur bile infeſtante agendum. Si uerò algentis naturæ humor, nempe pituitoſus, *in uentriculo congeſtus caput* afficiat, & *inde* quum morbus Herculanus, tum conuulſio oriatur, nonplusq̃ par ſit calorificis, & robur inducẽtibus ſubueniẽdum cenſeo. Aſpergines itaq; (ſic Embrochæ. eñ quæcunq; humida & liquida corpori inſpergãtur adpello) principio ſtatim ſtomacho ſunt adplicandæ. Altero aũt ſeu tertio menſe, oleum Glaucinũ, & ab ſinthite ſtyrace & maſtiche admixtis, hoc munus ſubeant: liquidẽ rigor grandi ore, his adhibitis caloreſolatur, & plus roboris partibus imbecillis inducit, & cõ coctrix deniq; facultas indeſuppetias minimè ſiculneas concipit. Qua profectò re in ſingulis, ut ſemel dicam, ægritudinibus nedum in Comitialibus nihil inueni re poteſt neq; præſtantius neq; ſalubrius.

De Comitiali ab aliqua corporis parte nato.

CAeterùm quando maiorẽ hunc morbũ liquidò conſtat, neq; à ſtomacho neq; à capite originem ſuam, trahere ab alijs ne locis ſeu partibus proue niat, fixis oculis contemplandum eſt. Quibusdam eñ à pollice, alijs à ti

bŋs,alijs ab alia corporis pãrte,cui id fortè fortuna accidit,hunc morbum sæpe oriri,deinde sentiẽte ægro ad cerebrũ usq; ascendere,conspicimus. Quod si eius modi quiddam in aliquo mẽbro deprehenderis,adhibenda est primaria dispositione affectæ parti curatio. Nouimus ipsi;& hisce oculis conspeximus quempiã iuuenẽ Comitiali morbo correptũ,qui liquidè sentiebat & indicabat affectionẽ tantam à pollice ortũ contrahere,à quo inaccessionis principio dicebat quasi frigidam quandam aurã oriri,& ad cerebrũ usq; ascendere. Quo circa sumpsimus curatiõis exordiũ à medicamẽto pituitã & atrã bilem exhauriẽte,& ab his quos supra descripsimus globulis. Paribus primitiua adflictiõe impeditis,quæ extrahendi,attenuãdi & locũ calfaciendi potestatẽ obtinẽt adplicuimus,quò per cutẽ sudore & humectatiõe exipsa parte affecta euidẽs,& ampla fieret euacuatio. Quibus actis,morbus finitus,& ualetudini exactæ restitutus est iuuenis. Cæterũ præsentaneũ illud(quod te latere nolim)quod adhibui præsidiũ,est herba alypias,quã alij Chamæleã,uulgo Mezeriõ uocant. Faciunt idem sanè id genus etiã quædam alia,sed nulla tam præsenti efficatia cŋ hæc herbula. Sequuti sunt aũt dictam curationẽ citatæ uomitiões & apophlegmatismi. Iussimus insuper exercitationes in palæstra & gestationes,præsertim ante cibum subinde fieri. Hanc porrhò prætulimus gestationem quæ non tam pedibus,quã equo perficeretur,semper à blandiore incipiendo,& pedetentim ac paulatim ad ualentiores siue uehementiores(quorũ illos Græci ἰσχνοὺς,hos uerò σφοδροὺς adpellant,deuenendo. Esto aũt exercitij & gestatiõis modus creber anhelitus. Simul eñ atq; spiritus creber aut frequẽs reddit,mittenda est gestatio. Exercitatiões,lauacrũ aquæ dulcis necessario comitatur,neque adeò frequens sed semel modò atq; iterum in septimana,idq; ieiuno adhuc corpore potius quàm cibo sumpto. Aẽr præterea ita quidem uitandus ne diutius in eo hoc morbo correptus desideat. Quin & stomachum ipsum pariter & coxendices cum urneola pluríma aqua calida perfundas,cæterùm caput urceolo calidæ permultæ nolí obruere. Et cum multa fricti one corpus uniuersum oleo liberaliter quidem,caput uerò modicè illinito.

Historia.

Quod si quando in solium descendit,neque caput idem in immergat,neq; larga aqua madefaciat,uerũ semel atq; iterum seu tertio adsummũ. Postea piscinam natabalũue petat,perfuso prius capite non multa aqua,qua utiq; parte sacris ac syndonibus crudis ac rudibus inuoluta ita quidem descendat,ne omnes uapores excitatos in se rapiat ac suscipiat. Aspergat aũt uultum quisq; ita affectus subinde suum,manibus hausta aqua. A balneo uerò abstinẽdum esse à uino potissimè non lymphato,admoneo. In Comitiali nanq; morbo merum manibus pedibusq; fugiendum est. Cauenda etiam Venus. Ad hunc quidem modum atque ordinem Epilepsiæ esto curatio,uictusq; ratio,non puerorum modò,sed & mediæ ætatis,atq; grandæuorum.

De

De Comitiali diuturno.

Quod si ἐπιλησία diu iam pennarit, & altius radicibus actis adeò cõtuma
citer curationi renitat ut mitiora medicamentorum præsidia despiciat
ad ualétiora confugiendũ est. Adhibendũ est itaq; medicamentũ uiolẽti
ore extenuãdi, attrahendi, restaurãdi, & uniuersam deniq; affectio
nẽ extirpãdi potestate præditũ Cuius farinæ qdem est qd' ex ueratro candido ad
hũc modũ componit purgandi uim obtinẽs. Accipe baccas lauri mundatas pon
do denariũm duos, & obulos quatuor, piper candidum pondo denariũm trium
alypiada pondo †denarios duos cum totidem grãmatis, euphorbij, ueratri can †Aliàs octo.
didi singulorũ denarios pondo octo, singula cõtunde & per cribrum traice & at
tamina. Exhibe aũt hanc confecturã in decocto, quæ integra colocynthide consi
citur hoc modo: Colocynthida totam excauato & intus diligenter & exactè re
purgato, ne quid uel seminis uel lanuginis relinquatur, mox defruto sappáue im
pleto, deinde super cineres calidos per uniuersam noctẽ ponito, atq; ita tum po
tui sic habentibus præbeto. Inde me Hercle præsentaneũ præsidium expectat,
uomitionẽ nanq; eximiè cõcitat, & tenaces crassosq; humores strenuè euacuat.
Quo circa nausea infestãte uomitus sorbitiõe mulsi perexigui, p mouendus est.
Vbi uerò ita nihil proficit, pennas oleo madidas ori, uomitus accersendi gratia
inserito, & aqua mulsa multò liberalius potionato, ita enim citra discrimẽ sumitur
uomitoriũ. A purgante aũt medicamine panis exiguã portiunculam œnomelite
(id est uino mulso) maceratã offerre cõuenit. Abstinendum præterea à fuerit à bal
neo per diem unũ atq; alterũ. Illud uerò scitu præcipuè dignũ est, ueratrũ candi
dũ nõ esse superiori cathartico permiscendũ in his quorũ uentriculus imbecillus
est & ualde sensilis, sed eius loco ater helleborus inseratur: Ita nanq; sumptum con
ducit plusculum, & citra molestiam expurgans & uomitionẽ minimè dirã con
citans. Cæterũ nos sæpe numero haud sanè infeliciter hierã permultis solam die
bus aliquot exhibuimus. Lapidem item Armenium. Erat aũt nobis eius lapidis
solennis datio denarius unus, & reddit me semper uoti compotẽ. Vno uerbo:
nõ reperies præsentius diutini Comitialis amuletũ luto (seu lapide dicere malis)
Armenio. Nouimus enimuerò cõplures qui nihil aliud faciẽtes, q̃s quòd Armeni
co cathartico uterent, salui euaserũt. Neq; ipse solus sed & alij quoq; (sat scio) p
multi eius rei periculũ fecêre. Vsi uerò sumus post purgantibus antidotis, rebus
instaurãtibus & humores infestantes extenuantibus. Cuius sanè ordinis est Her Hermoclymax
mocly max compositio. Sed quoniã hæc innumeris speciebus constat, & inuen
tu difficilis est, simplex parabile & facile obuium, ualentissimũq; & præsentissi
mi subsidij est usurpandum, puta Pyrethri radicẽ contritã, & per cribrum angu
stius traiectã, cumq; melle in ecligmatis formã redactam. Cuius dosis est my
strum unũ nõ continua serie usq; ad dies undecim. Hoc sanè compertũ est semp
præsentissimum in hoc morbo præsidium. Hactenus de morbo Comitiali, ea,
quæ nos & intimi nostri Apollineæ artis professores, atq; adeò ueteres medici
exploratiores sunt.

Physicæ ligaturæ quarum usus est in Comitialibus.

Siquidem plerique physicis ligaminibus adeò delectantur, ut ea circunferant, & in hoc morbo subinde utantur (quoniã sanè, mea quoq; sententia, plurimũ ea momenti conferunt) operæ preciũ me facturum putaui, si ea quoq; silentio non præterirẽ. Verũ super his duntaxat, quorum cõmoditas mihi re ipsa liquidò constaret, uel quæ ab alijs nõ semel explorata, Comitialibus suppetias ferre præsentes persuasum esset, menti onẽ facerem. Archigenis itaq; præceptum in Galeni uolumine de medicamentorum compositione κατὰ γένη ita habet: In sacro morbo post corporis agitationẽ partes singulas uincire expedit, haud aliter atque in circularibus febriũ paroxysmis, horrore & frigore infestantibus uniuersi corporis artus oleo perfundunt & illiniunt, membraq; distorta manibus in ordinem redigẽtes, & mediocriter subigimus oculos quietem cõciliantes. Moxinde uena brachiali aut supra manũ incisa sanguinẽ detrahimus. Interposita igit quiete, quantus quantus est ægrotus, largo oleo non admodũ calido illiniendus est, caputq; pannis calfaciendum. Quod si ab in soporẽ delatiõe, quæ καταφορὰ Græcis nuncupatur, trahat originem, positum in syndone aut alio panno cõmoueri præcipito. Postremò si quancunq; uidebit membri languentis partẽ ferro secaueris & sanguine excepto, laborantis, qui cõcidit, os oblinies, confestim à paroxysmo liberatus consurget.

Qui Comitialis morbus deprehendatur atq; discernatur.

Quod si Herculeó ne quis morbo correptus sit, uel an adhibita curatiõe uindicatus, certò scire laboras, pelle caprina languentẽ operi, & aqua marina asperge, si eo morbo infestat concidet illico: Vel caput eius lauato: Vel naribus suffitum ex cornu caprillo adhibe: Vel Gagaten lapidem igni admotũ naribus adplica, concidet propediem: Vel Myrrhæ parum naribus infere, & si adunguẽ curatus non sit, cadet extemplò. Appollinius facile inquit cõpertu est, mendicámne manũ admissurus sit an non, Comitiali oppressus. Nam ubi conciderit, Thymum naribus supponito, & sanè si ἀναλυτίκα, quæ Comitialis est species, fuerit, medicaminibus maximè idoneis restituetur sin minus, neutiquã curari poterit. Præterea sub epilepticorũ lingua, uirides quædam & perexiguæ uenulæ cõspiciuntur, Maioris morbi haud obscuri iudices. Theodõrus porrhò capite quinquagesimo octauo, tradit: Si Sacro morbo correptus ceciderit, & quispiam de pollicibus pedum eius sanguinem detractum labijsq; & fronti illiniat, confestim exacerbatione immunis surget. Apollo uerò sanguinem ipsum in potione exhibendum adserit. Vinum aũt ut inimicũ fugiendum est perpetuò. Habetur aũt ea de re admiratione dignũ apud Xenocratem: In pullis inquit hirundinum incisis reperiuntur calculi duo, ruffus uid elicet, & candidus, quorum hic maiore morbo correptũ si concidit uel adpositũ saltẽ subleuat, ille uerò in pelle alligatus succurrit. Cæterùm eiusmo di lapillos hirundo parens, pullo primæuo ac principi dare perhibetur, id quod à solis ἀνατομικοῖς, id est corporum incisoribus obseruatum

...m diligentissime hactenus conspicimus.

Aliud eiusdem facultatis.

Chamæleontem in oleo tãtisper dum oleum pinguitudinis animantis attrahat elixato, ossaq; decoctæ feræ à cane separatis in locum opacũ & soli minimè expositũ in pyxide depone. Inde, ubi quis Comitiali correptus humi cõciderit, pronũ locato & dorsum eius neruosis partibus ad primũ usq; spondylum perungito, & consurget ab accessione liber properè. Quod si id septies feceris, prorsus à morbo uindicabitur. A carnibus, pariter & coitu ut docuimus abstinẽdum. Illinitiones usurpandæ. Mustellæ porrho iecur dentata felle, si cum aquæ hemina dimidia laborans sumpserit ieiunus triduũ, restituetur. Fulix quoq; auis cremata & potui data Epilepticis, Archigenis & aliorum testimonio succurrit. Aliud: Canis, diebus quatuordecim inclusi, nec alijs, quàm solis ossibus pasti, candidum stercus combustum quinq; dierum spacio, singulis nempe cochlearia duo potui dato. Quũ in Tuscia degerẽ, agrestis quidam homo affirmabat se puerũ suũ Comitiali morbo impeditũ cum in rure concidisset, sola ruta sylueſtri (quæ ad manũ erat) cõtrita & naribus admota, à paroxysmo liberasse, id quod sæpius non à me solum, sed ab alijs quoq; cõprobatum est, neq; unq; mea spe frustratus sum quoties adhibui. Summũ igit & admiratione dignũ ita affectis præsidiũ ducito. Aliud, ex Theodori Musciani capite quinquagesimo octauo depromptũ, contra epilepsiam: Habet uuæ Taminæ (quæ Græcis στάφις ἀγρία appellatur) unciã unam, castorei unciã dimidiam, succi peucedani, pyrethri uniuscuiusque denariũm pondo duũm. Vuam Taminam prius contundito, & in uesicam ouis aut capræ lotio etiamdum refecto, uel quantum fortè ...sit, immittito, aridamq; factã tundito, & per cribrum trajcito, deinde alijs cõfundet, & in aqua mulsa ægroto potui pro uirtutis ratione dato.

Aliud suspiciendæ opis quod Chirteso cuidam colono acceptum refero:

Vesicam apri sylueſtris unà cum lotio in altum suspẽdito donec aruerit, inde ad fabuli quantitatem, nouem diebus in oxymelite potui dato. Aliud quod didicimus in Gallia: Sumat hoc morbo correptus in lacte & aqua sobrius aridos gallinacei testes per dies quinq; à uino usq; abstinens. Aliud: Interfecto singulari conflictu uiro, pannum sanguine imbutum tolle & in cinerem combustum septem diebus laboranti cum mero misceto, & sanitati curatus restituetur. Huius rei periculum plurimi quidem, sed maximè milites fecerunt. Orpheus præterea inquit Solani radix luna decrescente collecta, contusa, potuiq; exhibita, prima quidem die potio una, altero binæ, tertio quaternæ, & ita deinceps per quidecim dies semper conduplicata ex æquo dationẽ præroga tiuam hic habet, atque à plerisq; summis effert laudibus. Porrhò quum in Hispania essem aliquandiu uersatus, morbi Comitialis efficacissimum amuletum illud obseruaui, Asini ungulam testã mue crematam & in puluerem probè redactam & attaminatam in p...xide deposito, atq; ubi res usum postula-

bit, denarium inde unum cum aquæ hemina potui præbeto: cæterum priusquã id medicamenti offeras, sauinæ herbæ eliquatæ unciæ semissem, in aquæ hemina bis, sudo cædo, genio per biduum cibis defraudato, potandũ exhibe. Sin uerò dies serenus non sit, uerùm utrumq; nubilosus, transactis aliquot diculis asini ungulam, ut diximus, potui dato. Verùm antequàm memoratorũ quicquã administrem, caput affecti per triduum, hoc pharmaco purgabis.

Purgatorium capitis.

Pediculare herbam (quę Græci σκιλλα ἀγρία uocant) unciæ pondo dimidiatæ pyrethrum denariũ pondo duũm, salis harenarij quem ammoniacũ dicunt, denarij pondo unius conquassato, & in puluerẽ redigito, deinde dentibus mandere iubeto, & humorẽ detrahere sinito, mirũ q̃ efficax hoc sit præsidium.

Antigonis & Stanosmodi alligatio.

Alligabat epileptico Antigones, perinde atq; Asclepiades, curandi gratia quidpiã, uerbi caussa, phlon quod est aurũ purũ putũ brachio, atq; ita Comicialem abigebat. Stanosmodus uerò Medicus tradit Comitialibus prodesse coralliũ, pœoniamq; & solani radicẽ luna decrescente collectã, quæ singula syndone aut camescino inuoluta, colloq; suspensa, quã diu gestantur, Comitialis non corripit.

Quæ uitanda sacro morbo correptis.

Nunc de his quæ in Comitialibus fugere expediat memorandũ est, id quod summũ momentũ habet ad præseruandũ. Cruditas itaq; imprimis ceu grande incõmodum uitanda est. Proinde si qua cruditatis & prauæ decoctiõis fuerit suspitio, paucis admodũ ferculis æger, donec cõfecerit, contentus sit. Mala nanq; concoctio onerat & bilem concitat. Abstinendũ etiã à uino statim, ut prædiximus, à balneo, præcipuè, mero uetusto item & horno uel admodũ nouo, ac musto, austero & adstringente. Caseo insuper, & lacte, & quodcũq; in lacte constituitur. Fugienda sunt pariter & graueolentia cuncta, & quæ in fœdis locis diutinè perennauerint. Odorati præterea uaporis & incensi confectiones (quæ Græci dicunt θυμιάματα) immodicè fragrantes officiunt. Ex æditiore item loco creber, pspectus. Fugiant uestiũ nimiã molem, capitis collectionẽ, in sole, balneoq; & circa uiuentẽ focum diutinã moram. Eadẽ corporis pars neq; aqua calida diutius, neq; à cibo confestim ac potu uel quibuscũq; ferculis ante concoctionẽ lauãda est, quoniã exacerbationẽ affectionis hæc, præsertim si flaua bile stomachus infestet, concitant. Atq;, ut summatim dicã, nutricatus admodũ temperatus ita habẽtibus cõgruit, uitando semp quæ pituitam pariunt, & amplectẽdo, quæ eundẽ humorẽ extenuandi, calfaciendi, bilemue reprimendi, fremendiq; potestatẽ obtinẽt. Quæ si quis adunguẽ obseruauerit, nullo sanè præsentiore medicamentorũ egebit præsidio, neq; tormẽtis maximè ancipitibus (nihil em̃ aliud facientes cuncti salui euadent). Sunt etenim qui arterias includere, caluariam ossáue alia perforare, uel ferramẽto tonsorio inuri finunt, quæ profectò plus supplicij quàm auxilij patienti conferunt.

De mor-

De mentis alienatione atra fibrim, quam Melancholiam uulgo uocant, Caput XXII.

DEsipientiæ prætereà genus est sine febre, id quoniam ex atra bile prouenit, ἀπὸ τῆς μελαίνης χολῆς Melancholiæ nomen obtinet. Neque tamen ex una semper caussa, simpliciq; humore hoc malum proficiscitur, uerùm per multis, quarum alia in aliam subinde transit & cõmutatur. Proinde neq; paribus ita affecti infestantur symptomatis, neque eisdem omnes imagitionibus tenentur & phantasiis. Alij nanq; perpetuo risu Democritũ agunt, & porrecta fronte imaginationibus uisionũ obruuntur: Alij quẽadmodum phrenetici insaniũt: alij præluctu ingenti, summaq; mœsticia negry quidam mussitant: Quidam honores suos ac glorias iactant: Nonnulli tanq; numine afflati uaticinantur futura, quos ἐνθουσιαστικοὺς Græci uocant. Sunt qui mortis desyderio teneantur, & hanc imprecentur. Nec desunt qui eiusdem mœtu miserè torqueantur. Alios per circuitũ statis quibusdã temporibus eius mali accessio inuadit, aliqui uerò perpetuò sine interuallo adfligunt. Neq; secundũ modò pluripharias symptomatũ agitatiões, differẽtes hic morbus habet species, sed ex loco etiã affecto, aliam atq; aliã sortit speciei nomenclaturã. Adficit em̃ qñq; cerebrũ per se primario affectu, nõnunq; per cõsensum singulariũ corporis partium, interdum solo uentre & præcordijs malè adflictis, quã tertiam Melancholiæ speciẽ, flatuosam ac turgidã Hyppochondriacãq; cognominant. Apollineæ igit artis dextri professoris munus est, melancholiæ (pinde atq; aliorũ morborũ) caussas & discrimina innumerato habere, locũ item proprié affectũ, accessiones molestias ipsius morbi, pariter & symptomatũ ad unguẽ callere. Quo circa occasiones ac notas eorum adamussim & accuratè discutiamus, rimemur & explicemus, sine quibus non licet occurrere morbo. Quoniam utille ait:

Tres Melancholiæ species

Non intellecti nulla est curatio morbi.

Contrà præsentissima curatio, si quàm primum ægritudinis caussæ renitatur qua sublata, quum morbus, tum symptoma facile præcidi tur.

Indiæ Melancholiæ.

INsignorum consyderatione ægri imprimis temperatura perpendenda est. Neq; sanè fugit nos, natura hirsutos, fusco corporis colore præditos, & gracilentos hac mentis alienatione, quæ melancholia uocatur, promptius corripi, quàm glabri, candidi & obesi. Procliuius etiam hoc malo tentantur, qui sursum uersum subinde aguntur, mediæ ætatis homines, quiq; uictum tenuem & exquisitum usurpant, stomachantur facile, & angustum, quod aiunt, gestant annulum, & in mœsticia deniq; degunt. Scisitandum est insuper solennis ne euacuatio aliqua corporis, in maribus qdem hæmorrhoidũ, in fœminis uerò mensium purgatio remoretur, & an præter solitum ponderositas uniuersum corpus molestet. Contemplandus etiam laborantis uultus est. Nam si is rubore suffundatur, & uenæ refertæ turgere uideantur: iam ex sanguinis redundantia

dantia uapores ad caput deferri, indubitatum reputa. Quod si per circuitum modò phantasiis impetantur, adeò ut temporis nonnunquã intercapedine solita & necessaria sua strenuè satis, subeant munia, ad exhalationem (quam ἐναβυμίασιν Græci dicunt) sanguinei humoris, cerebrum infestantis, ortum referri, eam desipientiæ speciem, magis suspicandum est. Et cerebro affecto flagrant & rubore tinguntur lumina. Quando autem in ea affectione constitutis cum risu imaginationes quas φαντασίας Græci nuncupant, accidunt, humorem officium facientem haud magnopere uitiosum, neq; acredine neq; uellicatione præditum, uerùm multitudine duntaxat infestare, ducito.

Melancholiæ curatio.

PRoinde si melancholiã redundãtis sanguinei humoris uaporibus acceptã esse (ut dictum est) referendam olfeceris, & phantasiã à solo spiritu animali agitato cõmoueri, caue alia curatiõis ratione, excepta sanguinis detractiõe, cõferenti loco sine mora utare: nocet eñ in hac affectione constitutis non parùm quæuis procrastinatio. Nam si omissã sanguinis missione, mali caussa diutius perseuerauerit, constitutio nẽ cerebri cum affectionis dilatione alterat. Quod si cerebri ſe ſpecubus atra bilis insinuauerit, atq; ob id affectiõis caussa radicibus suis altius actis, contumaciter hæreat, tunc si iusta curatio, essentiæ cerebri alterationẽ nõ expectet, nihil delinquit, imò si cõfestim adhibeat, facilius & multò ocyus euadent. Nutricatus itaq; inculpati succi & breuiter cibi omnes temperati in primis cõueniunt. Vitare oportet carnes, maximè bubulas, atq; cerui nas, atq; ut strictim referam, quæcunq; sanguinẽ & atram bilem pariunt. Ceterũ ad eorundem humorũ euacuationẽ, rupta omni dilatiõe confugiendũ est, hic quidem, quẽadmodum in alijs quoque morbis, pro ægri uiribus sanguinẽ detrahendo: Plerunq; eñ tempestiua & una uice multa sanguinis ablatio, exhalationes caput petẽtes eruncat. At si quid copiosam semel detractionẽ prohibeat, tum non semel modò, sed iterũ atq; iterum quoties res postulare uidebit, pedetẽtim paulatimq; detrahito. Quod si neq; per ætatẽ, neq; robur ægroti sanguen è brachij uena auferri licuerit, molienda est sanguinis è naribus, seu manibus, pedibus ue seu tibijs, aut pollice manus diminutio, præsertim mulieribus quoniam menses proritat eiusmodi detractio. Quare quũ uenæ brachij fuerint abditæ, memoratis partibus eas aperi. In hac itaq; affectione sanguinis detractio nõ tam utilis est quã necessaria, quoniam omnes corporis partes cerebro cõmunicant, teste Hippocrate pleno ore affirmante: Vnã in corpore esse colligantiã & consensum unũ. Quod est una corporis particula malè affecta, reliquas omneis per consensum afficit. Quod si autem non exhalationes modò aut uapores cerebrũ infestarint, uerũ sanguineus humor eidẽ insinuatus idipsum obturãs, extẽplo omni metu depositio frontis uenã incidito. Deinde uniuersi iã corporis inanitione præmissa, ad topica medicamentorũ præsidia confugere oportunũ est. Nam si cõtrà localibus ante totius corporis euacuationem utãre auxilijs, carnificem potius quàm Medicum præstabis, materiam enim

morbi

morbi ad affectum locum trahendo plus noxiæ quàm opis inferes. Eiusmodi sanè melancholicæ affectioni adhibenda est curatio, si ad solam sanguinei humoris plenitatem seu redundantiam referat originem, morboq; indurato, nulla exerat se euidens alteratio.

Si Melancholia & Mania è bile proueniat.

QVod si in atram bilem, mordax & acer ac biliosus humor ex adustione & mala temperie migrarit, quanq; sanguinis uideat afflictio, non tamẽ cum risu imaginationes, quas φαντασίας Græci dicũt, ingruunt, sed per circuitũ cõtra grauissimis & Maniæ paribus impetunt paroxysmis. Quo circa principijs illico obstandũ est: Nam si diuturnitate radices altius egerit in deterius mutata morbi natura, nullis medicamentorũ præsidijs neq; emendari, neq; uinci aut extirpari poterit: uerũ perseuerat sui semp̃ similis, & ceu postliminio semper per interualla regredit. Neq; cm̃ Mania quicq̃ aliud est, quã μελαγχολία intensa, nisi quòd illa affecti quicquid in mentẽ uenit perpetrant, & quicquid in buccum uenit effutiunt.

Notæ melancholiæ ex acri & mordaci bile aut sanguine proueuientis.

DEprehendes porrhò Melancholiæ malum, neq; ex sanguinei, neq; ex biliosi humoris uaporibus, ad cerebrum delatis, prognatã, sed utriusq; potius bilis acrimonia & mordacitate cerebrum occupante, quoniam facillimè, ut docuimus, ita affecti stomachantur, ac furiunt. Quod si qui affligitur temperamentum sortitus sit natura calidum & aridum, uirilisq; ac mediæ fuerit ætatis, & nutricatu admodum calorifico, & acriore uictitarit, quin & aër ipse calidior, aridiorq; est, tum liquidò biliosum humorem in atram bilem alteratum, constat. Semper quippe facile humores permutant̃, & alius ex alio qualitatem promptè accipit. Cõmutantur itaq; biliosi humores diutina genij defraudatione, ieiunioue, ferculorum acrium, & salsorum frequẽti usu, longaq; ac multa sollicitudine. Sanguinem uerò pariunt crebra uini ingurgitatio, pluri mi alimenti epulæ, balnea intẽpestiua, è quibus utiq; in duobus singulis humorum nascitur accumulatio, proinde ex utrisq; humorũ quoq; proueniũt symptomata: siquidem interdum risu, nunc sæuis affluunt uerbis, efferuntur quidam & agitantur hinc inde, & rursum placantur, deinde haud aliter atq; morbus, qui ex interuallo, (quem typicum dicunt) ingruit, exacerbationes reuertuntur. Vbi enim cerebrum humore refertum, aut hoc exoneratum seu diminutum fuerit, plerunq; uel remissio uel accessio confit.

Melancholiæ ex humorum acore bileue curatio.

QVum igitur admemoratorũ indicũ significationes referendam affectionem putaueris, uel ad quamcũq; bilem, sanguini in uenis cõmixtam, officientem humorẽ cuestigio exhauri, sanguinẽ ante omnia auferendo, mox cõferenti medicamẽto purgãte. Cæterũ esculentis prius humectantibus & temperatis (concoctionis gratia) exhibitis, bilem, plíciendi & expurgãdi uiribus præditũ (quod χολαγωγον Græci quasi bilagiũ uocant) præbeto, ita namq; biliosus

humo

humor è cerebro euellitur, & purganti medicamento, præparata iam & quasi cocta materia, minore negotio, obtemperat. Veluti è diuerso medicaminum quæ extenuandi, & calfaciendi uim obtinent, auxilia, oblatis itidem ad eandem prouinciam, alimentis idoneis, conferũt, quibus gelidi & crassi, tenacesq; humores euacuandi sunt, haud difficulter enim hoc modo expelluntur. Quibus uerò bilioſus sanguis mali occasionem dat, ijs humidior (ceu mihi iam pridem dictũ est) & temperata uictus ratio congruit, deinde medicamentum purgatoria facultate præditum, Picra nempe adiecta scammonio. Sunto autem picræ denarij duo, scammonij uerò obuli quatuor, seu plus minúsue pro robore languentis. Quod si qui laborat potionem horruerit, in globulos, quæ καταπότια dicunt, undecim redigito & deglutiendum ministrato. Quod si ne id quidem hac ualitudine correptus possit, in mollium ouorum luteis celato, atq; in cocleari iniecto. Hoc enim modo ad sumendum infirmus facile inducitur. Quibus ritè peractis ad se redire plerunq; incipiunt. Lapsis uerò diebus aliquot à purgatione, denuo rationem uictus ægrotum humectantem præscribito, lauacrum maximè & quietem, ac denuo, parumper copiosiore dosi, purganti medicamine humores cucuato. Hæc sanè probatur in Melancholia è sanguine bilioso nimium calefacto & exusto proueniens curatio. Cæterũm si quis antidotis caloríficis uel eiusdem qualitatis purgationibus præsertim hiera ita habentibus subuenire molia tur, ad maiorem, quam μανίαν Græci uocant, redigãt insaniam, furias, & excandescentiam, quoniam inde aridiores & acriores redduntur. Præstat igitur simplicium purgandi (ceu prodimus) uim habẽtium remediorũ usus, à quibus neutiquam inflammãtur, & si quando fortè incendantur nimium, humectantibus escis facile in mediam temperiem reducuntur.

Victus ratio quum in Mania tum in Melancholia seruanda.

Notum est plerisq; nos bene multos sola fermè uictus ratione (paucis admodum aliorum medicaminum subsidijs admotis) ab hoc affectu uindicasse. Esto autem, ut paucis expediam, nutricatus eiusmodi. Ptisana pariter cum granulis suis quum aliâs tum maximè in matutino, hora ortus Solis secunda præsenti utilitate exhibetur. In prandio autem pisces squammosi & asperi, pulli non syluestres siue gallinæ & aliæ breuiter non palustres uolucres, pectines & echini. Ex holeribus sumatur, Lactucæ, intybum & maluæ, reliqua ad unũ omnia præsertim brassica & syluestria cuncta uitanda sunt holera. Ex fructibus pepones, cucumeres, uuæ dulces & ne infinita persequar, ut'q; summatim perstringã mala non acerba, neq; styptica. Ficus quoq; uel omnino interdicendi, uel duo tantũ aut tres non grossi ac abortiui, sed qui iam probè maturuerunt. Eiusmodi nanq; accepti nihil queunt officere. Placentæ item omnes, & quæ ex caseo fiunt minimè admittũtur. Illis enim uero singulis bilioſum quidpiam ineſt, & accumulantur inde humores adusti. Vinũ ita habentibus cõgruit flauũ & aurũ colore præferens, uerùm hoc quoq; non multum. Quod si id genus uini ad manum nõ sit, quod caput non tentet, & stypticitatis nihil obtineat, neq; austerum sit aut acre

Ptisana.

Pisces.

Holera.

Fructices.

ne

ne dum potetur capitis dolorem inferat, offerendum est. Carnibus atq; obsonijs quibusuis plenioribus, magisq; ualidis in ea affectione abstinendum est. Morbo uerò remittente & ægroto iam meliusculè habente, nutricatus tam pe detentim augere paulatim q; fortiora aggredi, expedit. Tutius enim quicquid non subitò, sed sensim offertur: Semperq; commodior est, quæ non præcipitanter fit, ad fortiora transitio. Huiusmodi esto in genere melancholicorũ & mania corum nutricatio, & si quid fortè particulatim silentio præteritum fuerit, id sanè solers & sagax Medicus suo Marte, ex uniuersalibus hisce, & quicquid ad rem conferre uidebitur, facile coniectabit & deprehendet. Cæterùm non uidetur ullum neq; salubrius neq; præsentius dulcis aquæ balneo, adminiculum, quoniam bilem id maximè digerit, exhaurit, extenuat, & aquarum qualitatibus moderat ac frenat. Vniuersum itaq; corpus calida aqua perfundere, caput uerò tepida modò, & ouorum luteis lauare, conuenit. Tantus porrhò quantus est æger hydrælæo, caput autem rosaceo illiniatur. Aura insuper balnei tepida esto, & adeò temperata ut auream mediocritatem obtineat. Solium quoq; in quo diutilè desidendum est compari modo omni excessu careat. Piscinam etiam inscendere imprimis conducit, atq; ob id quidem nolentem uolentẽ ægrum in hanc quoque ad tempus haudita breue locabimus, præsertim si iuuenis sit, & calida usq; lauetur. A balneo nõ confestim, quemadmodum antea admonuimus, merum sed calidam undam potent, atq; ita deinde, ceu demonstratũ est, cibari congruit. Prandiũ uerò sumpturo calidam rursum præbere aquulam expedit. Huiusmodi sanè commendamus in hoc sapientiæ morbo uictus rationem perpetuam, si is suam ad calidum humorem atq; adeò feruidam temperaturam referat originem. Neq; ignorandum hic est, ueteres & priscos Medicinæ artifices, in id genus desipientiæ affectionibus cucurbitulas quoq; capiti, summam cutem perterebrare studentes, adglutinasse. Neque defuerunt, quibus hirundinum usus placuit. Nos contrà eiusmod. auxilia, ne tormenta dicamus, quoniam ubi hæc humoris nihil offendunt, longè maiorem ægro intemperaturam & aridiorem inducunt cane peius & angue fugienda ducimus. Nunquam etenim id genus præsidia, nisi quum materiam infestantem, uiolentiorem & crassiorem iam cerebro impactam cognouerimus, ceu utilia probantur.

Notæ atrebilario sanguine prouenientis Melancholiæ.

Soletuerò magna ex parte huiusmodi sapientiæ morbus quem μελαγχολίαν adpellant, ex acri sanguine perassato, uaporibus inde ad caput exhalantibus animalisq; spiritu inibi permutato prouenire. Indicat autem ueluti digito, frequens præter rationem, qua subinde adficiuntur, mœsticia, animiq; desponsio tot summi diei conclamatorum inuocationes ut nullum fermè sit notum frequentius, tot etiam metus, eiusmodi mentis alienationem ex melancholici humoris fumo profectam. Prætereà quod identidem eo malo affecti temerè illacrymant, mortaliumq; commercium effugiunt, solitudines quærunt, ami-

cos atq; intimos etiam neceſſarios oderunt, eorundem cõuerſationem horrent & falſa de ijs ſuſpicantur, adeò ut non ſolum nihil ſolatij, quo illi oblectamentũ atq; leuamen machinari certatim contendunt, admittant, ſed ita calumniantur nonnunq;, ut inſidiarum eos inſimulent, perinde atq; ei eſſent, qui ſtuderẽt ipſis mortem infligere, enſeq; adacto, uenenóue exhibito uitã eripere. Hæ quidem & innumeræ eiuſdem farinæ imaginationes ac phantaſiæ melancholicum humorem cerebrum occupantem, umbræ modò comitantur. Sunt etenim in eo malo conſtituti, qui ſe teſtaceum eſſe uaſculum ſibi perſuadeant, quidam uerò coruum, nonnulli Gallum gallinaceũ, adeò ut brachijs, axillis ue ceu alis, corpore percuſſo, rauca uoce eiuſdem animantis cantũ æmulentur, aut corui inſtar crocitent. Nec deſunt quibus perſuaſum eſt, ſe cælum hoc quod ſibi uidetur incũbere, ſuis ſeu Attlanticis humeris fulcire, ſummaq; formidine tenentur, ne ſi ipſi ſe ſubduxerint, fore ut è ſublimi in terram uaſtus ruat Olympus. Isq; non ſolum
Hiſtoria. ſe, ſed uniuerſum ſimul genus mortalium opprimat. Nouimus quippe fœminã ipſi eiuſmodi phantaſia obrutam quæ pollicem tam arctiſſimè conſtringebat, ut nemo digitum facile poſſet corrigere, affirmans ſe uniuerſum orbem ſuſtinere ne decidat, aut uertatur. Nam ſi (inquit) fractus illabatur orbis, homines ferient ruinæ. Quin & alios complureis compari modo affectos cognouimus, uerũ de ſingulis mentionem facere ſuperuacaneũ ſit. Satis fuerit Pœoniæ artis haud imperitis artificibus ex eiuſmodi notis & id genus alijs, ſi uſu ueniant, hoc deſipientiæ genus ſine febre, ex nigra bile ad cerebrum exhalante citra cõtrouerſiam manare, liquidò olfacere.

Præſentanea Melancholiæ præſidia.

Habet quandoq; præter alias cauſas, id malum occaſionẽ præcedentem, animi dolorẽ, profundamq; triſticiã cum ſollicitudine coniunctã, aut quamcũq; aliam mẽtis affectionẽ. Inter huiuſmodi igitur impreſſiones & ueſtigia ſenſus, quas φαντασίας dicunt, ſtudioſè attendendum eſt, cum ratione ne, ancũ alia
Hiſtoria. occaſione ſubitanea facta ſit alteratio. Noſtratem quippe mulierem uidi, quæ melancholiæ malo repente obruta, interdormiendum anguem ſe deglutiſſe cõtendebat. Ciens tum ei uomitionem, anguem extinctum, pelui, qua uomitum excipiebat, clandeſtinè inſerendum curaui, quem ſimulatq; conſpexiſſet melancholica, euomuiſſe rata, omnem ſuſpitionem poſuit, & quoniam ex animi dolore & mœſticia in id dementiæ malum inciderat, lætitia ſuperueniente illico nil
Alia hiſtoria. aliud faciens, ſalua euaſit. Fuit item alia, quam equidem noui, egregia certè matrona, quæ quum inſano amore maritum proſequeretur, Melancholiam incurrit, quòd maritus peregrè lentus, ultra promiſſum tempus abeſſet. Quicquid enim interrogata reſpondebat, aut ipſa ex alijs uiduata ſciſcitabatur, bile mota ſratior excandeſcebat. Et ne ſingula perſequar, nihil nõ cum ſtomacho & quaſi furijs exagitata deſignabat. Ea ſanè huiuſmodi curationis modulo uindicata eſt. Auſpicatiſumus medendi rationẽ à pharmaco expurgãdi facultate prædito (quod καθαρτικὸν Græci adpellant) præſertim Hiera, id eſt, ſacra Galeni, quoniã ea diuerſi

uersi generis humores citra omnem molestiã & absq; tumultu profligit. A purgatione itaq; denuo accurate cõtemplanda languẽtis ratio est. Si mentẽ eiusiã meliusculè habere & nõnihil emendari conieceris, mœtus & tristicias animi temerarias cleuari & pulchrè temperari, planeq; ad se tandem animũ ceu postlimínio reuerti credito. Neq; transeundum statim ad aliud medicamẽ ptũ est, sed eodem denuo utendum medicamine purgatorio. Nam qui in eadem medendi ratione cõtumaciter persistunt, exactius ab hoc malo uindicantur. At si semel atq; iterum pharmaco Hieræ exhibito ne tantillum quidem profeceris, neq; affectionis molestiæ, neq; phantasmata quicquã comminuunt, tunc demũ ad potum qui ex lapide Armenio constituitur deueniendum censeo.

De lapide Armenio.

Haud itaq; nos fugit, quod prisci medicæ artis pfessores candidum modo ueratrũ in hac mentis affectione porrigebant. Neq; eũ ullo unq; alio medicamine purgãte melancholiæ mederi posse arbitrati sunt. Nobis sanè ueratrũ album cãdidis ut aiunt, equis Ἀρμένιος λίθος hoc est Armenius lapis bonitate præcedere uidet, si ex eo conficiatur, ut debet, potio. Quod utiq; præsidiũ nostra ætate, nuper admodum compertum est. qua propter à ueteribus medicis minus celebratum. Sed à nobis & alijs cõpluribus feliciter usurpatũ ueratri usum, propter discrimẽ antiquauit. Lapidem uerò Armeniũ qui uiribus & energia, sat scio helleboro nõ cedit. quoniã omni uacat periculo, & molestia caret, nõ iniuria prætulimus. Habet aũt is nõ tam per inferna q; per superna uim purgandi minimè siculneã. Ad quẽ usum etiã illotus adhiberi debet. Exhibenda aũt sunt, iusta dosi plus minus, pro robore quidem languentis, grãmata terna siue quaterna. Cæterum cõsideranda est etiã hic, sicut perpetuò, à medicis humoris negotiũ & molestiam facientis moles seu quantitas. Atqui si res ipsa euacuationẽ delinquentiũ humorũ per ægrotãtis superiora, nõ postulet, uerũ per aluũ modo inferiorem deiectionẽ efflagitet, lauandus sanè exactius ac sæpenumero uel quinquagesies usq; Armenius est. Vbi ad unguẽ hoc modo lapis Armenius fuerit præparatus, tm̃ abest ut uel tantillum cruciatus, angor isue inferat, ut citra potius omnẽ noxam & molestiã quoq; haud difficulter atram bilem tam exactè euacuet & radicitus exhauriat, ut breui melãcholicũ pristinæ sospitati restituat. Offerant aũt loti lapis una datione diobuli quinq; aut sex: uel pro renata etiã plures in aqua calida. Quod si una purgatione non satis profecisse duxeris, alteram, si uidet expedire, confidenter aggredi tor. Neq; eũ nisi uim calorificam aut nimium sicca toriam, neq; amaroris quicquã, neq; ullum deniq; iniucundum odorẽ aut alicam breuiter qualitatem, quam homines delicati medicamẽta, nescio quibus nominibus, horrentes, admittere non possint, habet. Sunt etem̃ non pauci qui medicamentum in potu sumere omnino auersantur. Plerisq; sumptum iam medicamentum, nolentes uolentes, euomunt. Proinde Medici fuerit ingenio si efficium, arte tractare homines, medicaminum præsidia inferendo, puta concinnatis ex lapide Armenio loto catapotijs (quas uulgo pilulas dicũt) admixta interim

magna Picræ hoc est Amaræ parte, aut alijs quibusdã quæ purgationẽ promouendi & opitulãdi potestatẽ obtinẽt, uerbi gratia ad hũc modũ formatæ pilulæ.

Pilulæ Hieræ.

Sumito Picræ, epithymi, agarici singulorũ obulos octo, lapidis Armenij loti unciam dimidiam, scãmonij scrupulos quatuor†, gariophyllorũ obulos duos. Cæterùm ex recentioribus quidam ita (ut eorũ monimenta testantur) eiusmodi globulos cõponunt. Accipiunt etenim Picræ, epithymi, Agarici, Armenij lapidis lauati, uniuscuiusq; diobulos quatuor, scãmonij scrupulos duos, gariophyllorum grãma unũ. Contundito singula de more, & redige in pilulas cũ mel le rosaceo (quod ἐξοσταίμελι Græci uocant) uel succo mali medici. Dosis uerò esto, ad minimũ scrupuli duo. Sciendũ uerò est quod hæc catapotia stomacho robur inducũt. Pariterq; multifarios & diuersi generis humores præcipuè terreos, atramq; bilem citra angustiã, ceu memoratũ iam pridem est, deducũt. Neq; est quod in eius lapidis usu uel in potionibus, uel in globulis, dicto modo exhibitis quicq; periculi speres, quoniã neq; strangulatũ aliquẽ, neq; animi deliquia more ueratri candidi inducit. Vacat item usus eius ea qua ob præuocationẽ uulgo angimur solicitudine, quæ hĩc loci refellere superuacuũ est. Hæc modo in præsens quæ Armenio sumpto pagenda sunt, memoratiõis gratia recẽseamus, perinde atq; in alijs magna ex parte purgãtibus medicamẽtis solennibus agere solemus, ubi uel plus satis uel minus cq; res postulet, languentes purgatorijs medicaminibus sumptis euacuũtur. Quò circa ei quẽ partius euacuatũ censes, mulsum potui dato (Est uerò id uinũ melli, ut medicorũ scolæ loquunt concorporatũ, qd Græci οἰνόμελι & μελίκρατον adpellãt) Deinde succo ptisanæ, panéue ex iure nõ ita multo oleo participãte in quo pullus columbinus, quẽ pipionẽ uocant, uel alius pullus quispiã elixus sit nutricato. Si aũt nimis larga ac supflua facta fuerit purgatio, ita qdem ut cõuulsiones quoq; superueniãt, quod sæpius quidẽ usu uenit, quũ nõ talia expurgant, qualia purgari oportet, eò q; temperaturæ sunt aridioris & neruis admodũ imbecillis. Cuius ergo in balneo magna aquarũ ui fouendi, liberaliq; hydræleo illiniendi subinde sunt. Panẽ insuper mero aut omphacomelite, aquáue gelida maceratũ reprimẽdi gratia porrige. Quod si ὀμφακόμελι sumere non detrectet patiens, multò plus cq; frigida præsidij id afferet. Congruũt insup atq; conducunt magnificè Mela, mala Punica & pira ante alias escas oblata. Accõmodati sunt item uẽtriculi pullorũ. Vbi uerò languentẽ refotũ cibo iã refeceris, quietẽ illi conciliato, & somnũ cieto & dormire iubeto. Viribus deinde corporis instauratis in balneũ necessariò inducit, aëreq; tẽperato, pcurato diutius inibi non tam in solio cq; in natatiõe piscináue morari præcipito. Postcq; aũt syndonibus crudis ac asperis absterſus atq; probè undiq; inuolutus fuerit, denuò cõfestim eidem panẽ uino aut omphacomelite maceratũ, quantũ satis est edendum præbeto. Reuersus aũt in domum quiescat facito. Solet em̃ plerunq; ita somnus hisce irrepere. Sumpto nanq; purgante medicamẽto, magna parte uiribus ac ratione magis destituunt. Robore deinutcunq; instaurato, maturè

ad

ad ea quæ ex longo tempore cõsueta sunt, & ad amicorũ consortia, hominumq; frequentiã, reuertendum. Quod si neq; aliena diceret, neq; absurda responderet liberalius ac plixius etiã cibare cõuenit, perdicibus, gallinis, phasianis, non adeò obesis & auiculis cõsimilibus. Vitandæ sunt enixæ uolucres cunctæ palustres. Pisces item exceptis squama intectis, quos uulgò dictitãt aspratiles. Iacto aũt iam ceu fundamẽto esculentis succi inculpati, utendum est post triũ aut quatuor dierum spaciũ oleribus. Verbi caussa, intybis lactucis, malua, asparagisq; ex oleo, sed ne quid nimis. Crambe uerò hoc est Brassica una cũ omnibus quæ atrã bilem & acrem humorẽ pariũt. Cuius farinæ sunt eruca, sinapi, allium, carnes bubulæ imprimis atq; ceruinæ, omnis farina, panis furfuraceus indedulijs, liquatum pingue admodũ atq; uetus uinunq; austerũ, ne per somnia qdem admittenda sunt. Adhunc itaq; modum rationẽ uictus & balnei usum uel mordicus obseruare oportet. Loci præterà seu regiones identidẽ uertendi sunt. Parentes ac cæteri propinqui, familiaresq; & amici inuisendi. Quisquis in hac affectiõe cõstitutus monstrata ratiõe, puta medicamẽtis purgantibus, frugi & innoxij succi cibarijs reliquaq; uictus ratiõe uniuersi status corporis corroboratus fuerit, melãcholiam pariter & maniã grauissimos morbos facile effugiet. Quod si quæ mali reliquiæ, medicaminibus (quæ recidiuas facere consueuerunt) inexpugnatæ relinquũtur adeò, ut inde etiãdum impediat ratio, neq; uultus emendet, Iouis expectata clemẽtia, quod est aëris temperie. Denuo ordine cuncta quæ prædiximus medicamentorũ auxilia ab ouo, quod aiunt, usq; ad mala aggredior, sensimq; adhibeto tãtisper dũ pristinæ adamussim restituat salubritati ægrotus. Cæterũ si his ritè peractis malum, per se difficilis curatiõis nõ cesserit, aut medicaminũ præsidia ne sentiat qdem, ægritudinẽ tanq; immedicabilẽ & deploratãrelinque.

De uitijs ac morbis ini, utrijsq; luminum *Caput* XXIII.

QVoniam in tribus iam olim alijs huic rei consecratis uoluminibus de oculorum ægritudinibus ac uitijs satis superq; pertractauimus, quibus uidelicet notis luminũ incommoda facile deprehendantur, quæ sint eorundem caussæ, quæq; singulorum medelæ, multifaria item collyria, rationem adhibendi debitam, & conficiendi deniq; accuratè tradidimus modum. Proinde non temerè in præsens strictim & summatim modo de his uisum est differere, quo huius uoluminis lectoribus consulam, ne sursum uersum currẽdo, coganť in alio nostro codice ægritudinũ oculorũ curationẽ, breuiter quæcũq; ad eorundẽ uitia sint accõmoda quærere. Studendũ igiť imprimis medico ut singulariũ quæ oculos infestare solent ægritudinũ notas innumerato habeat, deinde demũ qua succurrere methodo possit dispiciat. Sumamus nunc itaq; initiũ à narratiõe laborũ qui oculos solenniter afficere consueuerunt. Nulla eteñ alia corporis affectio tam intensis doloribus pacientẽ excruciat, atq; cruciatus luminũ. Pius ergo & uerus artis Apollineæ artifex, totus ante omnia in hoc est ut omnibus intẽtus neruis oculorũ cruciatui subueniat. Quo circa ubi intẽsissimis & nõ tollerãdis doloribus infestanť oculi, caueat medicus, ne multo

rum more, collyrijs statim stupore inducentibus quæ Græci dicunt καρωτικὰ uti uel in animũ sumãt. Plerique enim uerò quũ curationẽ ab illinitione, iniectiõ ue opij essent auspicati, multò uehementiores cruciatus induxerũt, ne dum dolores placauerũt. Consideranda est itaq; penitius contẽplandaq; causæ mali qualitas, & unaquæq; adamussim perpenda, singulis dolorũ speciebus singulis medẽdi rationibus, pspicere expedit. Neq; eñ una tantũ existit occasionis qualitas, sed eõplures & multiphariæ. Prouenit nanq; nonnunq; ex sola, quæ affatim obortа est, materiæ copia oculorũ cruciatus, quandoq; ex qualitate, nõ raro ex utrisq; puta qualitate & quantitate iuxtà. Quoniã interdum ingruit affectio ex solo qualitatis humoris alicuius uitio, quũ uidelicet humor prauus quidem est ualde sed minimè multus, nonnunq; ecõtrariò, quandoq; utraq; ratiõe pariter. Diligenter itaq; pspiciendum est, unde nam quod redundat, in oculos, ex soló ne capite, an ex uniuerso corpore, manet, mox per arterijsne, an per uenas, siue per utraq; hæc cõceptacula, in eum sese locũ recipiat: Deinde cuiusmodi sit illud περίττωμα hoc est superfluũ, utrum ex atro humore sanguineo an bilioso, pituitosó ue aut melancholico, natũ sit. Num flatus huc meat seu spíritus, an solus sit, qui negotiũ facessit, an comitẽ collegãq; habeat, humor. Potest eñ unicus humor oculos petens inflammationẽ (quã φλεγμονὴν uocant Græci) eiusdem partis & dolores intensissimos efficere. Duo simul copulati, nõ dolorẽ modò sed & tumorem concilant, unde causarũ díscrimẽ nascit. Quare singulis earum singula sunt medicamentorũ auxilia à medico solerte necessario adhibenda, & singillatim uniuscuiusq; adflictionis notæ & accuratius perpendendæ.

Notæ sanguinei humoris inflammationem oculorum generantis.

Aspectus itaq; inflamatiõis quæ Phlegmone Græcis dicit, liquidò & tanq; digito tibi demõstrabit, influéns ne sanguis eiusmodi abcessum qui oculos occupat, procrarit. Rufo nanq; colore omnia & sanguineo tincta sunt. Suffundit etiam uultus ipse rubore, alteq; turget, sanguinis receptacula elucent clarius atq; infarciuntur, grauitas sentitur, solitæ functiones cunctæ segnius absoluuntur. Quod si lacrymæ neq; mordaces neq; acres uidebuntur, longè id euidẽtius sanguinei humoris, phlegmonem efficientis, indicium esse iudica.

Phlegmones oculorum è sanguine ortæ curatio.

Quando tibi iam ex dictis indicijs euidenter constat phlegmonẽ oculi ex sanguineo humore scaturire, uenã capitis quã Græci κεφαλικὴν nominant affatim scalpello adacto incide. Vbi uerò bilis & acer humor sanguini confusus uidebitur, post sanguinis detractionem medicamentum etiam, purgandi uim habens adhíbe, & collyria interné quæ phlegmonen dissipandi facultatẽ habent injice. Cuius ceræ nonnullas equidem nobis κατασκευάσας, hoc est compositiões, aut confectiones, conditurásue tradam. Fons itaq; huiusmodi adplicanda sunt medicamentorum præsidia. Lac humanum admixto oui croceo, oleoq; rosarum extrinsecus illinito uel superinducito, præterea eñuero cõq; quod id dolorẽ placat ac

sedat

sedat, magnã quoq; discutiendi flagrantes, ne igneas quoq; dicam, oculorũ inflammationes, potestatẽ obtinet. Parem atq; eãdem etiã potentiã uiolæ herbæ folia, sortita sunt. Quum uerò dolor, citra grãdem phlegmonẽ, aut absq; immani tumore, infestat, optimè conducit crocus adiectis micis panium & luteis ouorum. Parem commoditatẽ palmulæ quoq; præstant. Cæterũ simul atq; fluxus prauí & noxij humoris qui oculos tentat, (sic enim ῥεύματα interpretor) exiccatus repressusq; fuerit, beneficio sertulæ Campanæ & croci. Glauciũ quoq; & ouorum lutea, elixa, oleoq; rosato pmixta si imponant cruciatus leniunt. Mitigandis porrò medendisq; doloribus & maximis oculorũ, (qui ex copiosa distillatione cum tumore, rubore, difficili motu, pungentiq; sensu fiunt) inflammationibus, quas Græci ἐπιφορὰς cognominant peraccõmoda, hæc est, confectio. Rosarum aridarum unciam dimidiatã, crocí denariũm pondo duũm, lacrymæ papaueris quã opiũ uocãt, denariũ pondo unius, defruto in quo sertula campana fuerit elixa, excipe, & quũ res poscit, utere. Nũc nobilissima collyriorũ exequar.

Collyriorum demulcentium dolores oculorum qui ex sanguine & inflammationibus oriuntur uariæ compositiones.

Aduersus ergo oculorum inflammationẽ foris eiusmodí, quæ pertractauimus, utendũ est cataplasmatis. Linimenta deinceps sunt seriatim describẽda. Inter quæ ignorandũ non est, quod doloribus cũ inflammatione conuinctis, collyria astringẽtia quæ demulcẽdí & mitigandi potestatẽ habẽt sunt necessariò imprimis admouenda. Ab hoc, placatis reprimẽtia sunt adplicanda; postremò concoctis iam humoribus malis ac noxijs, expellendi facultate prædita (quæ ἀποκρυστικὰ Græcè dicuntur) usurpare conuenit. Styptica nanq; collyria facile sustinere possunt languentes incensa remissa parum & laxata phlegmone & tyrannide ipsius è medio sublata.

Collyrium dolores leniens Trypheron quod est delicatum, his qui nullam uellicans & mordax medicamentum pati queunt, comprimisq; affectionibus, quæ nondũ per longas cõualuêre moras, utile.

Haud sanè pœnitendum oculis collyriũ præstat Cadmía cremata, lacteq; hominis extincta, lotaq;. Cæterũ multò mihi præstãtius uidet, ut neutiq; usui accommodet priusq; probè fuerit primo lauata, deinde extincta. Sumito itaq; cadmiæ lotæ, combustæ lacte muliebri extinctæ unciam unam, cerussæ (quod ψιμμύθιον Græcí dicunt) lauatæ uncias duas, crocí denarios treis, opij denariũ unum, lacrymæ tragachantæ denarios treis, aquæ cælestis quantũ satis est, inter utendum uerò ouí albore adjce. Cõfert hoc collyriũ ualde oculorum pustulis, quas φλύκταινας Græcí cognominant, & est collyriũ ἁπαλὸν, hoc est delicatum, molleq; seu tenerũ ac minime mordax. Potest tamen cadmía per se quoq; lota, cremata & lacte humano extincta, salubre collyrium præstare.

Aliud collyrium generosum.

Aliud qd nos solẽní usu & experiẽtia cõprobauimus phlegmonas admodũ incẽsa cũ intẽsissimo dolore, mirificè citra omnẽ uellicationẽ demulcere

& mitigare. Habet autem illud cadmiæ combustæ, & cum mulieris lacte extinctæ denariũ pondo quinq; cerussæ unciã dimidiã, bullæ (quæ ὠμφέλυξ Græcè uocat) uncias duas, lacrymæ papaueris unciam unã, lacrymæ tragachantæ denariũ pondo treis, aquæ pluuialis quod res postulat. Aliud collyriũ adprime utile, & simplicis cõfectionis. Constat ex amyli uncijs sex, cerussæ uncijs nouem, opij uncijs duabus, commeos quadrante, aqua cælesti sufficiente.

Collyrium Paragoricum.

Aliud collyriũ παραγωρικὸν quod est dolores demulcẽs & auxiliũ præstans oprimum & soporiferum. Cuius cõfectio hæc est: Accipe cadmiæ tostæ, & lacte asini extinctæ uncias undecim, cerussæ librã unam, glebæ asteris (quæ Græcè γαιάκτης adpellat, id est terra syderis) uncias duas, tragachantæ lacrymæ, mandragoræ, amyli hordeacij, cauliculi lactucæ, cremoris succiue commeos uniuscuiusq; uncias duas, papaueris lacrymæ cũ denarijs duobus unciã unam, quorum tenuiũ albuginum, quod satis est.

Collyrium Spongiacum ualde anodynum.

Collyriũ aliud perquã utile, cui inditũ est cognomentũ Spongia, uehementissimos dolores ocyssime leniens. Constituit id quidem ex amyli, cerussæ singulorũ uncijs quatuor, opij scrupulo dimidio, cõmeos uncijs duabus, aqua pluuiali sufficiente. Quum uti uolueris adijce lac muliebre.

Collyriũm Philonis.

Psymithij abluti cinerulæ, commeos, opij combusti cuiusq; æquales portiones, aqua uel alio liquore excipiuntur.

Collyria apocrustica, id est, reprimendi, & repercutiendi uim habentia, quæ à Græcis, etiã à remorementa (quod est uno die dolorẽ sedantia) dicuntur.

Collyria quidẽ discutiendi pariter & reprimẽdi facultate prædita, quæ maturè citra morsum, oculorũ cruciatus etiã illitũ abscindere possunt multipharia existunt. Quædam em̃ illita uel aliâs superinducta statim auxilo sunt. Cuius rei gratia nõ adeò robustis, sed siculneis, ut ita loquar, uiribus præditis, inunguntur talia crebriusq; in lucis oculorũ pturbationibus quas Græci γλαυκωφελμὶς & γλαυκώματα nuncupãt. (Sũt aũt ea oculorũ uitia crystallinũ humorẽ in glaucũ & aquosum colorẽ uertentia) tenellas item natura & molles carnes fortitis (quos eadem gens ἀπολοσαρκοὺς nominat) maximè uerò fœminis. Sunt aũt eius classis collyria, medicamentũ quod uocat Lycium, & quæ ex croco, & glaucio constituunt (quod glaucinũ adpellãt) collyria, quorũ descriptiones deinceps bona fide tradã. Ceterũ ijs qui ualido ac robusto sunt corpore, & in affectionibus longis, (quas χρονικὰς Græci, id est diu pseuerantes dicũt) in oculis itẽ firmioribus & nõ imbecillis & breuiter in cũctis dura carne natura p̃ditis uehemẽtiora adhibere dat collyria, uerbi caussa δι' οἴνου hoc est ex uino cõdita metallicon, aromaticon, quæ desiccãtis & calfactoriæ naturæ sunt. Eiusmodi igit sunt collyriorũ discrimina. Nos quidẽ in p̃sens primo sup his quæ mediocrẽ reprimẽdi potestatẽ hñt, uerba faciemus. Secũdo uerò loco de illis quæ maiore

obturandi

obturandi, stypticandiq; facultate prædita uehementius reprimunt.

Collyrium expellendi & repercutiendi uim obtinens mediocrem.

Monemeron (quoniam uno die dolores mitigat) nec non & τὸ μονήμερον & diarhodon quoq; cognominatum. Illitum nanq; aut superinductum cum oui albore mixtum & elotum extẽplo reprimit. Confert insuper tumoribus oculorum ex destillatione cum inflammatione factis, quas ἐπιφορὰς Græci dicunt. Acutis item & noxijs fluxibus, qui ab eadem gente ῥυμματισμοὶ appellantur succurrit, & cicatrices ueteres expungit, quas sanè mundat & expolit. Redacto autem eo in puluerem, collyrioq; inde cum ouis concinnato, uti solenniter consucuimus ipsi. Accipit autẽ Sarcocollæ, glaucij, croci, lacrymæ tragachantæ cuiuslibet & denarij pondo unius, aquæ pluuiæ quantum satis est.

Collyrium Diarhodon, hoc est ex rosis, ad eadem ipsa perquàm accommodum, & sæpius exploratum.

Rosarum uiridum (molliumue) denarium pondo quindecim, croci denarium pondo duodeuiginti, lacrymæ tragachantæ denarium pondo septẽ, opij inculpati neque adulterati denarium pondo duorum, spicæ nardi tantundem, commeos denarium pondo septem, aqua cælesti sufficiente excipiunt.

Collyrium myrrhaticum, & hieraticum effectus admirandi.

Hoc quoq; collyrium potentia cum superioribus fermè cõuenit, nisi quòd efficatius est illis, quoniã noxiorum humorum fluctiones ualentius reprimit. Constat aũt illud ex amyli denarijs uiginti uno, glaucí uncia una, sarcocollæ uncia dimidia, croci denarijs duobus, gummi denarijs tribus, myrrhæ denario uno, aqua pluuiali sufficiente.

Collyrium Polydeucon.

Est à me experientia sæpe comprobatum collyrium Polydeucon, quod habet succi rosarum quod satis est, croci denarium unum, sacrocollæ denarios duos, glaucí unciam dimidiam, commeos denarium unum, opij uncíam dimidiatam, lacrymæ tragachantæ denarium unius. Hæc omnia conduntur & cribantur: cæterùm primo immitte glaucium, mox sarcocollam, ab hoc oppium & lacrymam tragachantæ in succo rosarum dilue, & insuper insere cætera.

Collyrium Mediacum longè optimum, quod simul atq; illitum est pingue egregiè reprimit.

Glaucí denariũm pondo octo, sarcocollæ denarium pondo quatuor, lacrymæ tragachantæ denarium pondo octo, croci denariũm pondo duorũ, opij denarium pondo dimidij, aqua pluuiali sufficiente excipito. Collyrium profectò illud præ omnibus alijs dolores sedat illitum, quod eadem sæpe sepius experientia comprobaui.

Collyrium

Collyrium ex croco confectum, ocyssimè dolores placans oculis illitum.

Collyrium Dia crocu. Habet glauci, aloës, glutini carnis, sarcocollæ uue, cuiuslibet denarios octo. Quo etiam tuendæ sospitatis oculorum gratia utendum est. Expellit etenim ac repercutit facile quascunq; luminũ perturbationes illitũ, præmemoratis itaq; diebus utere. Neq; longo admodum tempore in eo persistendũ. Nam nisi quis tempestiuè ab eius usu desistat, scabredinem palpebrarũ inducit. Iam uerò collyria μονήμερα adpellata in medium promamus, quæ ualentioris sunt q̃; dicta potentiæ, & maiore obturandi facultate citius reprimunt. Proinde aduersus eas oculorũ distillationes, & inflammationes quæ exulcerationibus uacant, sunt potissimè illinienda id genus collyria. Habet aũt in hunc modum confectio.

Collyrium ex uino confectum inter monemera primas tenens.

Aeris combusti, opij croci, myrrhæ, singulorum denariũm pondo octo, cõmeos denariũm pondo quadraginta, uini quantum necessitas requirit.

Collyrium Tephrion Cyrrhaicónue quo ipsi sumus sæpenumero fœliciter usi.

Habet cadmiæ uncias duas cum dimidia, æris combusti uncias duas, papaueris lacrymæ, croci uniuscuiusq; unciam unam, acatiæ succi uncias treis, gummi tantundem.

Collyrium Theophilum ad eadem utile.

Cadmiæ denariũ pondo sedecim, croci denariũ pondo sex, myrrhæ denariũ pondo quatuor, spicæ nigræ tantundem, acatiæ denariũm pondo duodeuiginti, æris cremati denariũm pondo sedecim, lacrymæ papaueris denariũ pondo septem, quibus aquæ pluuialis quãtum satis est adijcitur, tãtisper dum fiant unciæ duodecim cum dimidia.

Collyrium aliud nobile Teuastaticon cognominatum.

Conficitur ex cadmiæ acatiæ succi, commeos cuiusq; uncijs duabus, æris cremati, myrrhæ, singulorum uncia dimidia, quæ æquè aqua pluuiali sufficiente coteruntur.

Collyrium Apocrusticon & Monemeron (hoc est quũ reprimendi tum uno tantũ die cruciatus uehementes sedandi uires obtineris) admodum sanè frugiferum.

Stibij (quod Græci στίμμι uocãt & στίβι) loti, cadmiæ curatæ, cuiuslibet pondo denariũm pondo octo, æris cremati & abluti denariũm pondo quatuor, seu octo, aloës denariũm pondo trium, myrrhæ tantundem, succi acatiæ languidi roboris denariũm pondo duodecim, papaueris lacrymæ (sic enim subinde ὀπίου interpretor) denariũm pondo unius. Quo collyrio medendis oculorum inflammationibus quas ἐπιφορὰς Græci dicunt, ex distillatione noxij humoris prognatis, adhibita uniuersi corporis obseruatione, confidenter utitor.

Collyrium Hermolai, cognomento Magnum.

Prodest etiam id quod habet cadmiæ unciam unam, æris combusti tantundem, spicæ nardi sesquidenarium, croci unciæ dimidium, aloës unciã unam

Lycij

Lycij Indici denarios duos, succi acaciæ, comm eos uniuscuiusq; uncias duas & dimidiam, papaueris lacrymæ unciam dimidiam. Quæ omnia ex aqua pluuiali sufficiente contrita, in collyrij formam rediguntur.

Collyrium aliud Hermolai Dialoës, hoc est, ex aloë concinnatum.

Cadmiæ denariũm pondo sex, æris cremati tantundem, myrrhæ denarij dimidiam, aloës sesquidenarium, lacrymæ papaueris denariũ dimidiatũ, croci denariũm unum, acaciæ libra una, commeos tantundem, olei (quo cõpingitur) denariũ pondo quatuor, quibus aquæ cælestis quod satis est adijcitur.

Collyrium manua præstans uicariæ manus.

Suppetias quasi præsentissimas illud suppeditat omnibus noxij humoris destillatoribus, Chemosi, puncturis, oculorum maculis, lippis, uuæ, quod uitium est in pupilla, acino uuæ simile, quod Græci dicunt σταφύλωμα, Bothrio hulceri, Myoscephalo, uitio muscæ capiti simili, crustulis, ἰοχάραις dictos, & ne quæ sunt infinita singulatim persequar, utq; summatim dicam omnibus oculorum uicijs subuenit, experiẽtia ualde cognitum. Est uerò eiusmodi eius compositio:

Aëris cremati denarij quindecim, cadmiæ unciæ duæ cũ dimidia, commeos unciæ quatuor, medicaminis subscripti unciæ duæ aqua pluuiali ad præparationem sufficiente excipiũtur. Præparatur aũt hoc de quo agimus & quod inferendum collyrio censemus pondo unciarum duũm, in hunc modum. Succi centaurij denariũm pondo duũm, defruti Cretici pars una in aula super igne ex ligno uitis ad mellis usque crassitudinem decoquuntur. Inde memoratum iam pridem pondus collyrij condituræ infere. Et ubi usus necessitas est, illis qui stypticitatem nequeunt ferre, admixto ouo illinito. Nonnunquã etiã cum aqua conducit. Et principio quidem semper aqueum esto dum inungitur.

Collyrium Fellarium.

Constat illud ex cadmiæ combustæ & elotæ uncijs duabus, succi acaciæ rigidi, myrrhæ singulorum uncijs tribus, æris cremati, loti papaueris lacrymæ uniuscuiusq; uncijs duabus, cerussæ quincũce amyli, tragacanthæ, commeos, cuiuslibet uncijs duodecim. Quibus aquæ cælestis quãtum satis est adijcitur. Præstãtissimum illud est, quum ob hoc quòd pinguiter illitum ualde repellit, tum quòd dolores demulcet ac sedat.

Notæ dolorum oculorum qui ex bile, acutoq; humore proueniunt.

Plurima insuper habentur inditia, quæ tibi tanquã in speculo dolores oculorum è bilioso, acriq; humore prognatos ostendũt. Præcipuum quidẽ illud quod tum hominis uniuersa corporea moles, nõ tam furta cũ prauis succis saburrata uidet. Proximũ uerò lacrymæ defluẽtes nõ solũ hirquosqui Græce τραγώδεις dicunt, misere uellicãt, sed genas etiã & breuiter quascũq; destillãdo partes attingũt, tanta mordacitate exurere consueuerũt, ut languẽtes ferre uix possint. Neq; tñ hisce tantũmodo notis bilioſos oculorum cruciatus licet deprehẽdere, sed ex his quoq; quæ morbũ antecesserũt quæ Græci uocãt προηγούμενα,

Verbi

Verbi cauſſa mœroribus quāplurimis, curis immodicis, ſolis ardoribus, iugíq; inſania, & iis etiam, quæ proceſſerunt, dapibus acrimoniam habentibus. Quibus ſanè quamprimùm offeres medicamentorum præſidia, & cōfidenter: fieri nanq; poterit, ut illico citra collyrium ita habenti ſuccuras.

Oculorum Bilioſo, acriq; humore dolentium medela.

Nam quum uniuerſum laborantis corpus bilioſo humore redundare conſpexeris, medicamento bilem proliciente atq; educente (χολαγωγὸν uocāt Græci, tanquam dicas Bilagia) totum corpus euacuato. At ſi bilioſus humor oculos duntaxat & nō omneis corporis parteis plus ſatis occupauerit, ita quidē ut acrimonia quadam infeſtantur lumina, ſolum ex aqua dulci conferente lauacrum, languentem ab omni dolore uindicare facile poterit, modò medici præceptis obtemperet, & edulijs ueſcatur minimè acribus, & mordacitate uacantibus: ſumat autem blandiores ac mitiores, quæq; ſuccos emendat, & humores pinguiores reddat. Cuius generis ſunt piſces orphoidæ quæ & acerinæ dicunt̄, & alij piſces durioribus carnibus præditi, carnes ſuillæ aut inde eſculenta conferta quæ Græci dicunt ὑσίτια. Exholeribus uerò probant̄ intybum, & malua. Ex pomis autem mela, melones, uuæ dulces quæ ſingula ita affectis conueniunt. A ficubus autem in oculorū doloribus ſumm opere mo quidem conſilio abſtinēdum eſt: agitandi nanq; nōnullam uim obtinent. Mali autem Perſici caro potius quàm cortex, unà cum aqua calida expedit. Quod ſi uinum potare omnino contendant, aurei coloris præbeto, uel dulce Bithinienſe, aut quæcūq; alia quæ acres humores reddere craſſiores & obtundere ualeant. Quod ſi autē dicto audientes eſſe nō uoluerint, & præcepta medici floccipendere, quod plæriq; omnes faciunt homines, ſed omniū præcipuè Barbari tum ad collyria quæ mordicatione careant & refringendi atq; expellendi bilioſos, acresq; humores uim obtineant, neceſſariò deueniendum eſt, è quorum numero eſt, quod proximè ſequitur:

ὑσίτια

Collyrium diapompholygos, id eſt ex bulla conſtum:

Pompholygis (quam in metallicis Rhomani Ballā dicunt) eloti unciæ tres & denarius unus, plumbi cremati & ablutí, amyli ſingulorū denariūm pondo uiginti quinq;, commeos quinque, aqua pluuiali ſufficiente exaprunt̄. Sūt autē pompholyx & plumbum ubi cremata fuerint lauanda tantiſper dum ſpiſſitudinem exuant, & aqua lympida cernatur. Deinde in mortario contuſa & ſubacta arefiant, poſtea miſceantur per dies aliquot multos, atq; ita admiſce amylum & gummi quo alligātur accoëant. Nam ſi principio ſtatim amylum inſeras & udum fuerit aliquādiu ocyus acceſcit. Profectò collyrium illud longè optimum cenſeri debet quum in oculorum afflictionibus, tum in alijs quoque ægritudinibus non tam alijs nominibus, quàm & obid quidem maximè, quòd ne tantillum quidem medicaminis quod ſtuporem ullum inducat, Græci νεκρωτικὸ dicunt, contineat: more aliorum plerorunq; collyriorū, uerbi gratia neque ſuccū mandragoræ, neq; papaueris lacrymam uel id genus alia, quæ à re

ipſa

ipsa dicũtur narcotica, hoc est stupefactiua. Quorum solennis usus semper plus detrimenti adfert humano corpori (nisi quum iactura morti præferenda est) cũ emolumenti. Quod si diutilè iam durauerit affectio uel alioqui diutina, quæ Græcis χρονικὴ adpellatur, medicaminis aliquid uel reprimendi facultate, uel bilem placandi potentia præditum principio adhibendum est, & tum demum diligenti scrutatione consyderandum quæ infestanti morbo potissimè conueniant & præsentaneum præsidium polliceantur. Aliud autem alij adhibitum mensuram docebit.

De obturatione quæ fit quandoq; in oculis & primitus quæ sint eius multi inditia.

Porrhò humores quãdoq; in oculis obstructi (quod mali ἔμφραξις Græcis, Latinis opilatio adpellatur) his signis promptè deprehenditur. Venæ quippe oculorũ turgescunt & altius sese eleuant, adeò quidem ut sanguineo humore referræ uideatur omnino. Quin & tensio quædam oculos infestat. Quæ utiq; signa certissimè arguunt crassissimos humores oculis obstructionẽ induxisse.

Obturationis oculorum curatio.

Si quando citra πλεθωρίαν, hoc est corporis plenitatem inflammatio cum obstructione crassi & pituitosi sanguinis orta uideat, non confestim uena incisa scapello sanguinem detrahere, neq; medicamento purgante euacuare expedit. Verùm quorum uirtus ad caput deferri, & obturata ceu obiice loca reserare, & partibus debilitatis eiusmodi robur indere naturæ suæ aptitudine possint, ne deinceps ea quæ negotium facessunt ac lædunt, suscipiant, eis utendum est cũprimum & quamplurimũ. Præsentaneum autem præsidium ita habentibus absq; corporis plenitudine, ceu diximus, fuerit si ante omnia temperato calfaciente & meatus relaxante balneo lauetur ægrotus, & deinde uinum potui detur. Vini nanq; potus quum aliàs, tum ita exhibitus, ad singulas quidem corporis partes maximè uerò ad caput promptissimè defertur, neq; calore modò reficiũt eas, sed extemplò etiam agitat humores meatus constipantes extenuando & profligando, unaq; opera, locis uiribus destitutis eiusmodi robur inserit, ut facile loca obstructa aperiat & quicquid obstiterit è medio extirpet. Verũ semper dicto modo cõsyderandum num lauacrum expediat nec ne. Si religio sit uti balneo uiniq; potu, foueatur ægrotus antea aqua calida. Incisa nanq; uena scalpello, neq; quicquã defluxerit rheumatis post lauacrum, certum est nullam subesse corpori plenitatem. Foribus itaq; & calceis & uini potionibus indulgẽdum. Quod si fomẽtatione facta, noxij humoris fluxus fluerit acris, doloriq; increuerit, operæ precium fuerit & necessarium corpus uel sanguinis detractione per uenam, uel pharmaco purgante euacuare. si corpus assidua fuerit satietate obesum uel alioquin farctum, quod Græcè dicunt πλεθορικὸν uenam secare. Si uitiosis succis plenum, quod uocant κακόχυμον, purgante medicamento ciborum onera tollere expedit. Mulso præterea aqueo eosdem perlinire conuenit, atq; id quidem imprimis cũ lippitudo ingruit & excruciãtur lumina. Neq; eñuero quicquam est aliud, quod

potentiorẽ habeãt ſubtiliandi & profligendi lippitudinem, quã aqua mulſa. Poſtremò probatur etiã uſus infuſorũ clyſteriũmue, quæ inflammatiões poſſunt per halitum diſcutere & diſſipare, in quem uſum poſſunt etiã glandes confici.

Mulſi uires in meatibus obſtructis.

Eſt uerò ea uis atq; natura mulſi, ut denſitatem quæ meatus quandoque obturat, illitũ diſſecet, & mirabile dictu quàm pulchrè ac breui dolores cõpeſcat, humores prauos inhærentes, aut flatus diſſipando, & euaporando. Verũ ſpiritus diſcenſionẽ faciens dolorẽ inferre, præclarè demonſtrat, ex eo quod neq; inflammatio, neq; lancinatio mordicitásue, ſed dolor duntaxat, diſtẽtioq; adeò uehemens ut oculus diſſilire, rumpiq; uideat, præſto eſt. Nos quidẽ huic malo affecto ſolo mulſo, nihil aliud facientes, neq; ullo alio anodyno adhibito ſuccurrimus, planeq; priſtinæ ſanitati reſtituimus. Sunt porrhò nõnulli qui cõſtipatis meatibus, detractione ſanguinis inciſa uena indigent, quidam purgante medicamẽto, nec deſunt ope qui egent utriusq;, balneo item & fomẽtis uiniſq; potu, ſup quibus nunc tribus, quod aiunt uerbis, haud negligenter utiq; diſſeram.

Notæ quæ uel uenam ſecandam, uel pharmaco purgante euacuandum perdocent.

Proinde ſi ex redundanti ſanguine oriatur oculorum phlegmone cum diſtenſione inflammatur locus cum tumore grandi, & præter naturã rubicundo. Produnt etiã humorem infeſtantẽ lacrymæ, Lacrymãtur etiam plurimũ, & lippi redduntur. Si aũt uehementius ſit malum, diſtenduntur in profundo intolerabili dolore oculi, ut ſimul exprimi atq; erumpere uideantur, percuſſuq; ſæpius attollunt palpebræ, peruertuntur, & ægrè cõmouent, candidumq; oculi nigrò altius ſubleuat. Quibus ſanè protinus uena incidenda eſt. Quũ uerò pituitoſus aut atrebilarius humor mali fuerit occaſio, adpoſito medicamine expurgandus eſt. Quod quidem ex his notis haud obſcurè deprehendes. Si ſanguini pituita cõmixta inflãmatio naſcatur, huiuſmodi comitant ſymptomata: Colore pariter candorẽ & ruborẽ præferũt: ex æquo emm pituitæ ſanguis & mixtus, paroxyſmúsque ueſpere crebrius ſingulis diebus impetit. Quũ uerò bilioſus ſubeſt humor intenſus admodum tactu ſentitur ardor, & mordax eſt ut plurimũ, lacrymæ lan guidè rubent, & modicè flaueſcunt, & tertio quoq; die fit exacerbatio. Si bilis atra fuerit, quarto die ſolenniter paroxyſmi ingruunt. Cæterũ quibus poſſint indicijs cognoſci capite de miſerabili pedũ cruciatu κατ' ἐξοχὴν uel liquidè docuimus.

De exhulcerationibus oculorum cum inflammatione coniunctis.

Quando hulcus oculũ pariter cum inflammatiõe infeſtat, mixta quoq; curãdi ratiõe utendum eſt. Inflammatio nanq; acopa & mitigatiua deſyderat medicaminum auxilia. Verbi cauſſa Limana & Cygnaria collyria, & quæcunq; condituræ ex amylo, ceruſſa, terraq; aſtere concinnant. Quod ſi depaſcentes fuerint exhulcerationes ex diſtillationis acredine atq; caliditate, illinito collyrium cui nomen inſcriptum eſt Cygnus. Cuius hæc eſt compoſitio.

Collyrium

Collyrium Cygnos.

Cadmiæ unciæ quinq;, lacrymæ trachacantæ unciæ duæ, ceruſſæ lotæ denariũm pondo quindecim, bullæ cinerulæ (quod Græci ἀποβλαπομφόλυγα dicunt) terræ aſteris, plumbi cremati & eloti ſingulorum pondo unciæ unius, cõmeos denariũ pondo trium, lacrymæ papaueris (ut quibusdam placet) denariũ pondo duũm, albuginis ouorum uiginti, aquæ quantũ ſatis eſt. Nobile illud eſt collyrium & admiratione dignũ. Succurrit enĩ maximè oculorũ puſtulis, quas Græci φλυκτίνας dicunt, & exhulcerationibus ſordidis & aduſtis, quas comitantur ſæpius oculi humorũ omniũ effluxiones, Græci uocãt ἐπιπάυματα. Eruptiõi præterea uenæ ue ſciſſuræ quã eadem gens ῥήξιν adpellat, & ſugillatis, ſuppurationi uecirca maiorẽ hirquũ Græci ὑπόπυον nuncupant & inflãmationi oculorũ quæ utræq; palpebræ peruertunt, & oculos malè uelãt, χήμωσιν gens eadem nominat, Albugines, maculasq; oculorũ extergit, cõprimis aũt hulceribus inflãmatis remedio eſt. Eiusdem planè cum illo facultatis eſt collyrium διὰ λιβάνου, hoc eſt, ex thure confectum præcipuè ocellorum chemoſi immodicè conducens, cuius hæc eſt deſcriptio.

Collyrium Dia Libanu, quod eſt ex thure.

Cadmiæ, thuris ſingulorũ denariũm pondo uiginti, ceruſſæ denariũm pondo quadraginta, lacrymæ papaueris denariũm pondo ſex, aqua pluuiali ſuffiente excipiuntur.

Collyrium Vranion, id eſt cæleſte.

Collyriũ quod uraniũ inſcribit nõ eſt ſupra modũ caloriſicũ, quoniã fluidũ. Confert aũt id potiſſimũ inflatiõibus palpebrarũ ῥήξι, hulceri rhagoidis tunicæ, quã πρόπτωσιν Græci dicũt, & Staphylomatis, ſugillatis quæ ὑπόπυα ὑπώπιάue, diabroſi itẽ & depaſcentibus hulceribus νόμας adpellatis & carbunculis denique, antiquis uſue. Eſt aũt huiuſmodi eius cõpoſitio: Terræ Samiæ toſtæ *aliàs aſteris.* unciæ tres, Pomphylígis uncia una, Cadmiæ crematæ & elotæ, ſtibis lauati, uniuscuiusq; unciæ duæ, ſquamæ æris ablutæ unciæ quatuor, lacrymæ papaueris denarij ſex, cõmeos unciæ quatuor, quibus omnibus aquæ pluuialis quantũ ſatis eſt adijcit. Quod ſi hulceri inflãmatio iuncta ſit, lacrymæq; cõplures deſtillent, collyria lancinatiõe uacãtia utcũq; reprimẽtia admiſceto. Si acritudo fuerit collyriũ διὰ ῥόδων cõfundito, ſi id caloris nõ habeat ſatis Hermolai collyrij parũ adijcito, uel modicum hydarij, uel monemerõ, uel Acharistum quorum deſcriptiones partim tradidimus, partim deinceps memorabimus.

Collyrium cicatribus, albugini bus ue exterendis.

Omnia quæ abſterſoriã uirtutem habent ſimplicia, eadem cicatrices ſpacioſas calloſasq;, quos τύλους Græci adpellant, & albugines oculi craſſiores quas nunc οὐλὰς eadem gens nunc νεφέλια indigitat, tollere dicunt. Habent uerò huius poteſtatis ſpecies innumeræ, è quarũ claſſe ſunt, Orcitunicæ tam ſylueſtris, q; cultis in locis proueniẽtis ſuccus (uocant aũt eam herbam Græci ἀνημόνην) oculorũ ulas diſcutit. Pari modo minoris cẽtauri ſuccus melle adiecto cicatri-

ces exterit. Cedrinus uerò liquor eas quæ longiore temporis ſpatio durauerũt cicatrices emendat. Durities itẽ nonſenſiles, qui Græce σκίῤῥοι dicuntur, & quæ altius radices egerũt, λευκώματα adpellata cedria extenuat. Aes quoq; per ſe aqua eliquatum, & ad collyrij inſtar leuigatum, & alia σμηκτικὰ κολλύρια, uerbi gratia, Rhinarion, Hecatombe, & id genus alia quin & nitrũ oleo perantiquo acu ratè tritum & ſcitè illitum Leucomata expungit. Idem ſepiæ oſſa cõbuſta melle contrita & liquefacta mirificè præſtat. Inter collyria uerò egregiè quidẽ ſed clementer interim cicatrices exterit διὰ μάμιρα, cuius talis eſt compoſitio.

Collyrium dia mamira, hoc eſt ex hyrundinaria confectum.

Collyrium διὰ χελιδονίου, quod Dia mamira inſcriptum eſt, ualde exiſtis nobile cicatrices exedẽdo. Habet illud Hirũdinariæ herbæ maioris (ſic enim mamira interpretor) fimi crocodylorum uniuſcuiusq; unciam unam, gutta ammoniaci, thymiamatis uncias duas, myrrhæ troglotitidos uncias quatuor redige in collyrium cum aqua, & ubi uſus neceſſitas eſt, uterè ſæpius hoc experimento cognitum eſt.

Collyrium diazicu

Collyrium quoq; illud permultis admodum malis ſubuenit, potiſſimè uerò hulceribus uetuſtis & malignis, οὐλὰς tollit, ingẽtes cicatrices exterit. Hulcuſculis, rhagoidis tunicæ quæ quoniam muſcæ caput referunt μυοκέφαλα dicuntur, auxilio eſt, & ad alia plurima efficaciter conducit, magnamq; meretur laudem. Habet autem Cadmiæ combuſtæ & eloti uncias treis cum denarijs duobus, ſtibij denarios quinq;, ſpicæ nardi, picis atræ croci ſingulorum unciam dimidiam, caſtorei denarios duos, ſquamæ æris denarios treis, uiolarum unciam dimidiam, æris cremati denarios quinq;, piperis, ceruſſæ, lycij, ſucci ficus ſyluestris, papaueris lachyrmæ, thuris, ſucci balſami, caſſiæ, myrrhæ uniuſcuiuſq; denarios duos, aluminis ſciſſi denarios quatuor, atramenti ſutorij denariũ unũ, commeos uncias duas, & dimidiam ſuccí fœniculi denarios quatuor, uini diluti & bulliti ſiue factiui quod ſatis eſt.

Aliud Collyrium commendatione dignum.

Facit hoc ad cicatrices incarnatas, tenues ægreq; comparentes, quibuſcunque adplicatur. Accipit plumbi combuſti atq; eloti denarios quatuor, croci denarium unum, commeos denarios duos, ſpodij eloti unciam dimidiam, ſquamæ ceris cremati & abluti denarios duos, aquæ pluuiali quantum ſufficit.

Collyrium Cyanon.

Ceruſſæ, ſalis armoniaci, ſingulorum denarij pondo unius, guttæ ammoniacæ Thymiamatis unciæ tres, oſſis ſepiæ ſeſquidenarium. Hoc reuera ſtupendæ uirtutis, & ſæpenumero exploratum.

Collyrium Nardinum.

Lapidis hæmatitæ combuſti & eloti ceruſſæ crematæ lotæq; æris deuſti ſingulorum denariũm pondo octo, ſpicæ nardi denariũm pondo trium, folij

denariũm

denariũ pondo duũm, croci denariũ pondo triũ, papaueris lacrymæ, quod opiũ dicũt, denariũ pondo duũ, myrrhæ tantundẽ, cadmiæ crematæ & lauatæ denariũm pondo octo, lycij denariũm põdo sex, cõmeos denariũ pondo uiginti. Quibus adijcitur aquæ pluuialis quantũ conditura postulat. Medet hoc collyriũ cunctis hulceribus ualidis & altius radices iã firmantibus. Cicatrices attenuat, & ingruẽtem humorũ superfluitatem reijcit. Cæterùm qui lancinationẽ morsus instar ferre non possunt, eorum gratia cum hoc mitius collyrium & demulcendi uim habens commiscere oportet, atq; ita quidem, neq; angorem neq; molestiam infert ullam, & redditur omnis noxæ expers collyrij eius usurpatio.

Collyria lancinantia & mordemia oculorum nebulas siue caliginem.

Collyrium Hydarum.

Succurrit sugillatis hypopijs ue & palpebrarum ex uehementi inflammatione peruersionibus quas Græci σχημάσεις adpellant, & ficationibus quæ ab ijsdem συκώσεις dicunt, & distillationibus deniq; multis, Hydarum inscriptũ collyrium. Est autem eius hæc descriptio: Cadmiæ denariũm pondo uiginti, unius, æris usti, lapidis Armenij seu Indici, aloës, nardi Gallici singulorum + denariũm pondo octo, aqua pluuiali sufficiente excipiuntur. Haud scio equidem, ullum hoc collyrio aduersus hypopyas, chemoses, epiphoras & rheumatismos deniq; aliud præstantius. Cæterùm ubi usus necessitas incumbit reddat, aquosum. Quumq; quieuerint & oculos etiamdum infestet acritudo aliqua cũ multo angore, uini aliquid, & mitioris collyrij alicuius ab initio quidem parum confundito. Pusillo uerò temporis spacio interposito, amplius. Eoq; solo salutis recuperandæ gratia utere.

Hypopyon in cornea oculi mẽbrana fit., cum inibi cõit pyon id est ius.

Hypopion sub eculo luor est.

Aliás unciæ 8

Collyrium Elones.

Bene hoc sanè medendis hulceribus facit, & cicatrices quibuscunq; illinitur, pertenues maximè & usum propemodum effugientes exterit. Habet id autem, Plumbi cremati atq; abluti uncias treis, croci uncias duas, commeos unciam unam, squamæ æris elotæ, cinerulæ, quod Græci σποδίτιν uocant, lotæ singulorum unciam unam, aquæ pluuialis quantum satis est. Hactenus de his quæ cicatricibus ulisue & affectionibus uetustis succurrere consueuerunt. Referenda sunt insuper & ὀξυδερκικὰ, hoc est quæ oculorum speciem exacuunt, caliginemq; discutiunt, & quod maius est ætate confectis uisorios spiritus deficientes instaurant, & oculorum aciem obtusam ceu renouatione reparant, suffusionesq; luminum (quas ὑποχύσεις Græci & ὑπεχύματα dixerunt) incipientibus utilissimè illiniuntur. Cuius generis est, quod appellatur Canopicum, cuius hæc est compositio.

Collyrium Canopicum.

Conficit illud ex æris cremati uncijs quatuor, piperis uncijs duabus, cadmiæ uncia una, papaueris lacrymæ tantundem, myrrhæ uncia dimdia, comme

meos uncijs tribus cum uno denario. Quibus omnibus aquæ pluuialis quantũ satis est adijcitur.

De liquidis & aridis collyrijs contra oculorum caligynem.

Liquidum collyrium.

Ὑγροκολλύριον oculorum hebetudini, quam ἀμβλυωπίαν Græci nominant, pulchrè medetur, & alijs compluribus uitijs præsentaneum est remedium. Habetaũt id, Pompholygio illoti cochlearia sex, succi balsamini cochleariũ unum, mellis cochlearia duo, uini ueteris & candidi quantum satis est. Inferenda uerò ante omnia πομφόλυξ est, friata, admiscendum inde ὀποβάλσαμον, ab hoc mel, postremò uinum. Mixtione uerò iam scitè peracta, per triduum acuratè terendum est, tum deniq; uasculo æneo, pyxidéue alia aut uitro deponatur. Quando autem usus necessitas est, uel rudicula uel quod satius est uniuersum uasculum agitato tantisper dum inter sese probè commisceatur totum collyrium. Deinde oculis illinito. Factáque digestione oculos aqua calida lauato.

Aridum Collyrium.

Ξηροκολλούριον, hoc est siccum & in puluerís forma collyrium, quo si quis utatur, lumen solis citra noxam aspiciat. Habetaũt Spinæ regiæ, lapidis magnetis, uini colore ad aurũ sapphyrumq; inclinati, achatæ, hæmathitæ, chamæmeli, lapidis candido atroq; colore maculosi, quẽ hierapõpholyga dicunt, bullæ inculpatæ, quæ pompholyx est, lapidis Iocaphyli, omnia æquis partibus misceto, & in puluerem redigito, atq; ubi usus necessitas est, inungito.

Aliud aridum Collyrium.

Puluis Seueriani. Xerocollyrium cui nomẽ puluis Seueriani aciem oculorũ acuens, & scabredinem eorum quã Psorophthalmiam dicunt, tollens. Cadmiæ unciæ duæ salis Armoniaci sesquiuncia, folij denarij tres, piperis denarij sex, rediganť in puluerem & inungantur oculi affecti.

Xerocollyrium cognomento Phôs, hoc est lumen.

φῶς. Puluis qui nomen obtinet φῶς medeť oculis hebetibus, & dentiũ doloribus ac destillationibus quæ ῥεύματα Græci uocant. Constat aũt ex Cadmiæ uncia una, salis Armoniaci uncia dimidia, croci, piperis, singulorum denarijs duobus, folij denario uno, auripigmenti sesquidenario.

Aliud Xerocollyrium.

Aliud collyriũ aridum perutile oculis scabris, pruriginosis, caliginosisq;, asperis palpebris, & destillationibus antiquis, albuginibus item & unguibus quæ Græci πτερύγια dicunt. Cuius equidem sæpe numero periculum feci. Cadmiæ latioris combustæ in pane denariũm pondo quatuor, salis Armoniaci denariũm pondo unum, croci denariũm pondo octo, piperis denariũm pondo duũm, arsenici loti tantundem. Redige in puluerem corneæ membranæ oculi quã Græci κερατοειδῆ dicunt, illinito. Porrhò medendis hebetibus oculis, & suffusioni-

sionibus incipientibus: Baccarum laurí mundatarum grana uiginti terantur in urina impubis & nondũ in Venerẽ congressi pueri, & cõmeos denarijs duobus. Atq; his quidem qbus cataracta defluit, cũ lotio: cæteris uerò cũ aqua illinito.

Aliud Collyrium.

Fel Hyenæ, cicutæq; succum, unà cum melle illinito, & mirificum uidebis effectum.

Aliud Collyrium.

Benefacit etiam oculorũ iniurijs & affectionibus collyrium factũ ex felle perdicum, & succo fœniculi cũ melle, si illiniatur. Summopere etiam prodest collyrium Calesaron, neque ad amblyopiam solum, & incipientem oculorum suffusionem, quæ Græcis ὑπόχυμα dicitur, uerùm ad tyllosin etiam id est in callum indurata crassitiem discutit, & ueteres albugines exterit.

Aliud ex felle Aquilæ.

Succurrit etiam eiusmodi oculorum affectionibus collyrium ex felle aquilæ si per se friatum, cum melle illiniatur.

Aliud Aridum collyrium.

Est insuper alius quoq; puluis contra auspicantem oculorũ suffusionẽ factũ, qui constat ex uetatri candidi uncijs duabus, piperis uncia dimidia, guttæ ammoniaci thymiamatis hemidrachmio, succi raphani quantũ satis est. Quæ omnia simul conteruntur acuratè, & exiccantur, atq; tum denuo in leuorem friantur. Vsu illud omnium efficacissimum & imprimis suspiciendum conspicit.

Luscitosis medendis collyria

Est prætereà oculorum uitium quod Græci ψελάφωσιν, quasi acrem uespertinam dicas, cognominant. Latini eo malo affectos Nuscitiosos pariter & Luscitiosos adpellant. Cui medetur sal nitrum cum aqua ueteri leuigatum & adhibitum. Fel hircinum cum melle illitum. Fimus prætereà crocodyli tritus cum melle & illitus, nocturna hac cæcitudine paucis diebus liberat Succurrit etiam recur hircinum, si ex eo dum assatur ichora colligas, & inde lumina perungas: facit idem hepar ipsum commanducatum. Quin & uapor decocti iocinoris apertis oculis haustus nyctalopem sanat.

Albugnibus tingendis & Leucomatis.

Tincturæ Albuginum & Leucomatum conducit nepetæ, spinæ nigræ Aegyptiæ gallæ Asiaticæ uniuscuiusq; uncia dimidia cum aqua liquata atq; adhibita.

Collyrium Trachomatum eminentes palpebrarum carnes attenuans.

Accipe Cadmiæ uncias duas, lapidis hæmatitæ. aluminis scissilis singulorũ quincuncẽ, æris usti uncias duas & dimidiam, floris æris unciam unam, papaueris lacrymæ denarios treis, seminis papaueris uncias duas, commeos Ara-

bici uncias quatuor. Terito autem semen papaueris, & succo expresso redige in collyrium & utere. Cæterùm qui nam modus utendi sit in palpebrarum scabricitate, quod τράχωμα Græci uocant, obserua. Quod si oculi hulceribus, & palpebræ trachomatis infestentur, præstat palpebras uersas chirurgico instrumẽto spathamela, siciue foliis perfricari & radi. Nõnulli testa sepiæ, aut locusta asperiore tondere malunt. Sunt qui collyrio de contrito pumice concinnato atterant & subradant, & in ordinem redigant palpebras scabriciemq; extenuat. Quod si memorato collyrio thus & ψιλοθάνε confectionem, aut Vranium admisceas, hulceribus quoq; medebitur. Quod si humores affatim defluant, eorum aliquid quod reprimendi uim obtineat admisceto. Si nihil humoris effundatur Theodoricũ. Id enim cum ratione adhibitum, hulcera sine rheumate curat, & ocyus cicatricem contrahit. Cuius hæc uirtus & descriptio.

Collyrium Theodoricum nobile aduersus dolores & affectiones ueteres & ptilosim antiquam, Tylosimq; exterit, & Myocephalon curat.

Habet id, Cadmiæ, papaueris, lacrymæ opijue, chalcitidis crematæ, crocí, aloës hepaticæ, castorei, malobathri, thuris singulorum denarios duos, stibij, acaciæ cuiusq; denarios quinq;, æris combusti, myrrhæ troglodyticæ, spicæ nardi cuiuslibet unciã dimidiam, cerussæ denarios treis, commeos uncias quinq; & dimidiam. Quibus aquæ pluuialis quantum satis est adijcitur. Sunt uerò qui uino excipiant & in collyrium redigant.

Collyrium Etston.

Est quidem collyrium istud remedio, cicatricibus oculorum & incipientibus eorundem suffusionibus crassissimis. Græci ὑποχύσεις dicũt, & nimijs dilatationibus pupillæ, quæ gens eadem πλατυκορίας & μυδριάσεις cognominant. Facit præterea bene ad caliginem, & furfurationem, quam πιτυρίασιν Græci uocant, & decurrentes demum lacrymas subtiles, abstergit, attenuat, purgat ac repellit. Cadmiæ combustæ & lauatæ denariũm pondo nouem, æris cremati & eloti tantundem, stibij deusti, acaciæ fuluæ, commeos singulorum denariũm pondo sex, aloës, gallæ uiridis, succi brassicæ, castorei, lycij, spicæ nardi, crocí, opij, myrrhæ, cerussæ, ligni chalcitidis, uniuscuiusq; denarij pondo unius, rosarum hemidrachmium, aquæ quantum satis fore credideris. Et hoc quidem collyrium egregiũ est, & cunctis quæ diximus malis amuletum præsentaneum.

Xerocollyrium, & Hydrocollyrium succurrentia ficationi, & hulcerum putredinibus, hypopijs fugillatisue & myocephalis.

In puluerís forma sequens Aridum collyrium ficationem curat, hulcerumq; putrefactiones, & carnium præter naturam excrescentias. Gaudet id cadmiæ denarijs decem, chalcitidos uncijs duabus & dimidia, piperis obolis duobus cum granis totidem, Spicæ Gallicæ denario uno. Cadmiã friato, & chalcitida in uino, deinde Nardum Gallicam cum pipere injice & redige in puluerẽ tenuissimum, & repostulante, utere.

Hydrocollyrium

Hydrocollyrium, hoc est liquidum oculorum medicamen sugillatis, & foedidis hulceribus myocephalisq; mirificè subueniens.

Atramenti sutorij (quod χάλκανθον Græci uocant) crocí singulorũ sumuntur unciæ duæ, myrrhæ unciæ tres, mellis præstantissimi libra una, succi senecionis quantum tibi satis fore uidetur. Conuenit autem primo loco atramentum sutoriũ: secundo crocum: tertio myrrham, postremò herbulæ liquorem. Atqui nos uino Ascalamo nonnunquam excepimus.

De Melicrato, hoc est Aqua mulsa.

Μελίκρατον quod & ὑδρόμελι Græcorum apellãt medici, Romani Aquã mulsam & Aquam dulcem. (Nam id quod uinum cum melle habet, illi οἰνόμελι, hi uerò mulsum simpliciter) uocant. De quo hic etiam loci mentionẽ fecero neq; superuacuum, neq; rem absurdam, mea quidem sentẽtia committam. Quoniam si ex multis iam sæculis comprobatas uireis eius rimeris adunguem, mirum deprehendes medicinæ subsidium. Hulceribus nanq; sordidis, dolosisq; & extremè malignis (quæ Græci κακοηθῆ ἕλκη nominant) nec non & alijs pustulosis exhulcerationibus præsentissimè, sat scio, succurrit. Sanieipuríq; in altis corporis hulceribus abditis, intẽsissimisq; & intollerabilibus doloribus scitè medetur. Humores insuper compactos, uiscidos & crassos discutit. Haud equidem scio an à quopiam sit ullum tantæ opis excogitatũ aliud præsidium. Arcet porrò strenuissimè oculorum lenias & lippitudinem. Quoniam expurgat magnificè admodum, & extrahit ocyssimè, idq; citra omnem dolorem efficit, neq; modò, ut dixímus, profligit dictam afflictionem, uerùm neq; aliam succedere sinit. Atqui si spongiam adhibeas, & hinc inde agitando eam palpebras perfricabis, exacerbabis & cruciatum induces minimè leuem. Vidi etenim ophthalmiæ quendam specie quæ lippidine inducta, collyrium nullum sustinebat, adplicato autem melicrato unicè demulcebantur affecti, atq; deinde eũ usq; ad absolutam curationem utebantur collyrio. Cæterùm quis modus mulsæ confectionis, & quæ utendi sit ratio solennis hicquoq; commemorabo. Conficitur itaq; Dulcis aqua hydromel uocatum, duabus cælestis aquæ ueteris, ad unam mellis partem additis, & insolatis. Curandum uerò est sedulo ne mellis nimium habeat, neque pinguitudinis plurimum. Sapore acrimoniæ parum cum suauitate conũctam præterat, & sensu quoque dulcorem præstet potissimè ubi nõ Hulcus modò, sed phlegmone quoq; infestat. Neque uerò rudiculatantum, quod spathomeli chirurgici dicunt, oculis inferẽda, uel collyrij modo illinienda: uerùm capaci uasculo exigui oris aqua mulsa referto infundere præstat. Quo nanq; copiosior, ac crebrior eius fuerit usus, tanto plus etiam præsentis præstat auxilij. Quicquid enim in oculorum membranis, quas tunicas uocant, undiq; hæserit siue Lema siue aliud excrementũ quodcũq;, siue quid mordax, hoc aqua mulsa infusa nolit uelit abigitur & ueluti ex oculis eliminatur. Proinde quantum plus periculi incumbit, tanto ocyus mellicratum utendum est. Porrhò stypticitate careat, ne densitatẽ aliquam, ac scabritudinem

oculis

oculis conciliat. Frigidoq; destituatur, ne stuporem sensibus inducat, & materiam infestantem obstruat, uenæ rupturam quam Græci ῥῆξιν aut διάβρωσιν, hoc est eiusdem partis corrosionem inducat, uel quamcunq; aliam duriciē, aut qualitatem acutam. Quo circa quotiēscunq; quispiam cuiuscunq; generis collyrio utendum duxerit, oculos antea melicrato lauasse operæ precium putet. Lotisq; iam eo luminibus singulis adfectionibus suum adhibeat collyriū. Postquam enim aqua mulsa quispiam usus est, nihil oculis pericli ex humoris redundantia accidere potest. Sunt uerò & alia quædā quæ de bonitate huius dicere possem innumera fermè, experiētia comprobata, de quibus agendum hic erat: cæterum ne animus à curru decidisse dicatur, de mulsa receptui canam. Nam qui uires melicrati animo altius repetit, facile uarias eius ac dissidentes non medendis oculis solum, sed alijs quoq; singularum corporis partium quum morbis, cum utijsq;, facultates deprehendet.

De uua in oculo quod staphyloma Græci uocant.

Insurgit porrhò in altum cum inflammatione & cruciatu oculi pupilla instar uuæ acini, cui malo succurrit collyrium, ex chalcitidis uncia una, mellis denarijs quinq;, croci denario uno confectum.

Collyrium Maximiani contra staphylomata, & alios oculorum dolores.

Habet Conocollyrij portiones duas, Collyrij Hermolai maioris, & Hermolai minoris (duo enim sunt maius scilicet & minus Hermolai collijria) partem unam. Rediguntur in collyrij formam hoc modo. Hæc tria contunduntur, & subtilissimo incerniculo cribrantur, & aqua excipiuntur, & in collyrium formantur. Quo sanè in oculorū cruciatibus, sed non statim ab initio utendum est, sed in augmento & summo uigore affectus, somnum conciliat. & dolorem confestim sedat. & staphylomatis, sugillatisq; & myocephalis, cum liquore quocunq; candido illitum, succurrit. Maioris tamen est efficatiæ si non cum digitis sed penna illiniatur. Attendendū uerò, ut scabricies si iussu abstergatur. Quod si myocephalon aut hypopion oculos excruciat, facta illinitione oculos linteolo aqua gelida irrigato uincire expedit, aut spongiam pari aqua malefactam adhibere, & linteas breuiter fascias perpetim, ne oculus æger incalescat humectare.

Vngui, & ficationi oculum medendo, quorum illam pterygion, hanc sycosin Græci adpellant.

Atramenti sutorij, salis Armoniaci singulorum partes æqualis in aceto eliquato, & in collyrium redigito, & contra dictas affectiones illinito. Aliud ad idem: Oculis ungui aut ficatione affectis remedio est succus populi arboris, cum duplici parte mellis illitus, subuenit. Aliud: Sepiæ testa cremata, & in puluerem admodum tenuem friata, cum sale Armoniaco in sartagine frixo exhulceratas oculorum carnes discutit, resoluit & unguibus medetur.

Ad con-

Ad consumptionem caruunculæ maioris hirqui, quæ à Græcis Rhyas nuncupatur.

Ῥυὰς dicitur quando maioris oculi canthi caruncula, uel incisione, uel super excrescentia carnis in hirquo oculi diminuitur. Verum quum exincisione sanies in uenis nascitur, immedicabile malũ est. Vniuersum itaq; hominis corpus contemplandum & perpendendum. Quod si prauis id humoribus refertũ conspicitur, euacuabis id principio. Deinde quæ modicam habent cõstypandi potentiam, usurpa. Mox his confundantur quæ carnem adaugent. Cuiusmodi censetur Διὰ μύρου, id est ex meo confecta collyria, dia ex glauco & croco cõstitutis ammixtis collyriis. Prodest præterea ad idem malum puluis qui cognominatur diacrocion. Vtilis etiam puluis est solius aloës, cæterùm uino prius rhyada lauare conuenit: deinde puluis paulatim immittendus.

Aliud collyrium rhyada curans.

Herbæ Apollinaris folia uirida uino elixa, trita & superinducta oculi dolenti hirquo rhyadibus succurrit. Vinum quoq; nullo alio adiecto per se benefacit, si spongia eo madidata & identem mutata imponat. Verùm si quæ astringendi uim habent, uino commisceas & simul decoquas efficacius erit, & uehementiorem acquirit quum exiccandi, tum repellendi potentiam.

Ad Aegilopas.

Insurgit etiam inter nares & grandiorem oculi hirquum absceſſus quẽ Græci Αἰγίλωπα dicunt. Cui à principio statim medicamentis minimè mordacibus, & siccificis succurrendum est. Mordicantia namq; & acria medicaminum auxilia molestiam inferunt, & periculi metum incutiunt. Aduersus uerò hoc maligenus incipiens conducit glaucium, & crocus, unà cum succo perdiciadis leuigata & illita, iugiter autem permutari hoc remedium expedit. Nos etenim eo medicamenti subsidio usi adhuc inchoante ægilope & nondum in suppurationem conuersa, non solum puris generationem impediui, sed integræ sanitati restitui. Aliud: Halica (ita enim ἅλιξ interpretor) in aceto elixa & scitè contrita & imposita, non primùm auspicãtibus modò, sed in ueteratis etiam & suppuratis mirificè subuenit. Quod si id pus deprehenderit, rumpit, & ad os usq; descendit. Neq; aliud ualidius medicamentũ est. Quo si quis utatur, non Aegilopas solũ, sed Anchilopas etiam (sic enim uocatus absceſſus ille, antequã disruptus exulceretur) curabit. Aliud: Ruta satiua cum lixiuio quo saponarij utuntur, leuigata & imposita egregiè huic malo medetur. Mordax quidem inter initia, sed ocyssimè mitescit, & usq; ad os descendit. Atq; illud admirandum quod uel nullam planè uel non turpem aut euidentem cicatricem post se relinquit. Aliud:

Cocleæ cum testis tritæ & impositæ
Aegilopibus succurrunt.

De aurium morbis, utilijs & curationibus Caput XXIIII.

Cauſſæ

MOrtalium auditus multipharijs admodum iniurijs, uitijs & ægritudinibus obnoxius eſt. Sæpe etenim ſæpius morbis ex gelida intemperie & ex calidiore nonnunquã obruitur. Quandoq; etiam tenacis ac uiſcidi, craſſiq; humoris obturatio, ariditas item & ſpirituum quum flatus tum inflatio, audiendi facultatem impediunt & afficiunt. Phlegmone quoq; interna ſæpenumero, externaq; auditorum meatum decurrentis ſanguinis, bilioſiue humoris ocupãs non leue faceſſit negociũ. Pluresq; occaſiones aliæ quibus de ſingulis, à dolore auſpicando, differendum ſtatui.

Notæ, dolores ex obturatione aut ſanguine natos, prodentes.

Quando flatuum ſpiritus increaſcunt, & humores uiſcoſis ac craſſis exhalandi & euaporandi oppilant meatus, obſtructiones quas ἐμφράξεις Græci nominant, & dolores ingruunt. Animum aduertere igitur ſtudioſè oportet, quod dolores ad ἔμφραξιν pinguium & glutinoſorum humorum referunt originem, ſi grauedo quædam capitis ægrum infeſtat, & eſculenta, poculentaq; frigorificæ admodum & humectantis naturæ, quæ egelidos peperêre humores, præceſſerunt. Si flatulentus uerò ſpiritus cõſtipationis dolorem effecerit, non grauedo, ſed diſtenſio ueluti capitis uel aurem ipſam excruciat. Neq; enim latere poteſt quenquã, quòd ubi uentoſæ inflationi, & denſis ac craſſiq; ſpiritui præcluditur exitus, neceſſariò comitantur dolores. Quod ſi diſtentio pariter & calor, pulſatoriusq; dolor moleſtat, phlegmonem, hoc eſt, inflammationem ex redundanti ſanguine calfacto natam, portendit. Cui utiq; malo medendo, ſanguen primùm ex brachij uena inciſa detrahendum eſt. Mox inde ad ea quæ inflammationẽ demulcent, & dolores mitigant medicamentorum præſidia confugiendum eſt. Lippis ſanè, conſoribusq; ut aiunt, notum eſt, quod præter ſanguinem, in alijs quoq; humoribus idem agendum eſt, ſpectandumq;, ex qualitate ne, quantitateue male afficiant, & ſi facietas quædam aut plenitudo dolorem conciliauerit, præſcribenda eſt pro renata uictus ratio. Verbi cauſſa ſi bilis redundat, lactucæ, intybum, medullæ cucumerum, & melonum, mela, maluæ, piſces durioris carnis, quiq; bilem frenant, & calorem temperant, maximè expediunt. Pari modo ubi pituita infeſtant, edulia calidæ facultatis & extenuantis naturæ, remediaq; eiuſdem poteſtatis ſunt adhibenda. Atq; ad hunc modum facientibus nobis, humores nimium redundantes, purgantibus medicamentis euacuare congruit.

Curatio.

Dolorum aurium ſiue ex oppilatione, ſiue humoribus, ſiue ex flatibus de nq; uentoſis, prouenientium curatio.

Proinde quum aurium dolores ex conſtipatione emphraxiue naſcuntur, utendum ijs medicamẽtibus quæ obturationes interſecant & attenuandi uim obtinent. Cuius farinæ eſt ἀφρόνιτρον, id eſt nitri ſpuma cum aceto, melleq; permixtum. Fel quoq; ouillum oleo communi, uel quod ſatius eſt, cum amygdalino

lino confusum & auribus instillatum, succurrit. Aliud: Cremorē porri tepidum auribus ita adflictis instillato. Vel: Succum ceparum melli permixtum guttatim insere. Vel: Linimentum facito ex Origano cum melle lacteq; humano eliquato. Aliud: Si ex uchementiore frigiditate summa infestarit oppilatio, bilem caprillam unà cum succo porri instillato. Horum sanè perutilis admodum usus est, & id genus similium. Plurima nanq; simplicia & mixta medicamētorum auxilia contra ἐμφραξιν ex humoribus seu spiritu uentoso flatibus natam, prisci memoria pdiderunt. E quorū numero iam enumerata plandiora sunt, & absq; omni tyrannide summē cōducunt. Cæterū danda perpetim est opera ne dū subuenire laborantibus molimur, plus calamitatis inferamus, q̄s subsidij. Quā ob rem hīc quoq; enixè studendum, uti, his utamur medicaminū praesidijs, quæ citra molestiā conferūt, attenuant, & clementer etiā expurgant. Vitemus canem pius & angue, ut dicit, quæ nimiū lancinant, & acrimonia mordent, potissimū si dolorem ingentē & uix tollerandum conspexerimus. Acria etem̄ & uellicantia medicamenta sæpenumero destillationis (quod ῥεῦμα dicunt) maiorē promouēt causam, & uchementiorē paroxysmum, cruciatūq; prouocant & proritant. At qui si quos non admodū immanis cruciatus & diutina, ut uidet infestat affectio & δυσκοΐα (hoc est audiendi difficultas) urget, ijs non absurdè, neq; temerè medicamenta maiore quū uellicandi mordendiq;, tum expurgandi facultate prædita administrantur. Verbi gratia: Herbæ dracunculi liquor & ari, & Brioniæ & huius farinæ, cætera. Pastillus item is, qui ἐμφράξεως dolore euacantes medetur. Cuius modi ex his in hunc modum conficitur: Accipe ueratri candidi denariū pondo duum, nitri denarium pondo quindecim, Croci denarium pondo trium, redige in pastillos & quum usus requirit necessitas, dilue cum aceto & utere. Aliud pro illis qui citra dolorem δυσκοΐας, id est surditate uexantur, remedium: Veratri nigri radicem in aceto, melleq; eliquatam, auribus immitte. Illud uerò liquidò constat, nihil omnino egelidum auribus esse inferendum, sed cuncta priusquàm indantur, esse calfacienda, præcipuè ubi aliqua fuerit obturationis uel densitatis suspitio. Succurrit etiam ita habentibus Stataria herba, quæ Græcè πυκλάμινος dicitur, & papaueris lacryma cum oleo irino, amygdalinōue adhibita. Betæ quoq; liquor felli taurino probè commixtus auribus hoc pacto adflictis utiliter instillatur. Bubulo item felle lana imbuta in aurem mittatur. Vel eiusdem animantis fel adiecta oue auri inferetur. Locium insuper caprillum auribus in hunc usum non sine commoditate cum illinitione infunditur.

Aliud remedium compositum, medendis his, qui cum dolore instrumenti surdastri sunt: Myrrhæ, spumæ nitri, singulorum denarij pondo unius, thuris croci uniuscuiusq; denarium pondo quatuor, papaueris lacrymæ denariū pondo trium, amygdalarum amararum & mundatarum numero triginta, galbani denarium pondo duum. Galbanum & amygdalæ sigillatim terantur, & in acetum imponantur, cùmque reliquis contrita, in pastillos redigantur. Qui-

bus repoſtulante utere: in doloribus quidem cum oleo roſarum, inſurditate uerò admixto aceto. Aliud πολύχρηστον, id eſt multis affectibus utile remedium, præcipuè uerò diutinis hulceribus & nomis, ſerpendo depaſcentibus, & exflatulentis ſpiritibus uiſcidiſq; ac tenacibus humoribus ſurdis, nec non ad aurium tinnitus atq; ἀνεσιγγίας peraccommodus eſt liquor cedrinus aceto exceptus. Si cũ Spathamela immittatur, uel lintheolo, uel ſtupa, lanáue cedrino liquore cum aceto tincta, aut quacunq; ratione uiſum, fuerit auribus infundatur.

Ad Langores aurium ex frigore.

SI ex gelida cauſſa aurium dolor proueniat, ſiue ex frigido quod præceſſit anni tempore, uentóue gelido, ſiue lauacro quo uſus eſt, frigorifico, ſiue uictus ratione, caloríficis neceſſariò curabitur medicamentorum auxiliis. Compluria nanq; habentur remedia incompoſita quæ frigidos dolores calfaciendo ſedant & è medio tollunt. Cuius ſortis eſt Oleum nardinum bonum, aut rutaceum, rutáue in oleo elixa. Contra uerò ingentes & intensè frigidos affectus exhibetur utiliter píper tritum cum oleo, aut euphorbium pari modo communi oleo exceptum & auribus inditum. Oleum item in quo elixum ſit allium ac cepa. Et folia lauri, & ſtyrax, & caſſia, & calamus odoratus, & opobalſamum, & oleum irinũ, amaracinum, laurinum, foliatũ, aut ſpicatum, aut ungentum cognomento Commagenum: Quæ ſingula auribus ex frigida intemperie languentibus ſuccurrunt.

Medendis Aurium doloribus ex aëris ardore & aquo humore.

DOloribus aurium ex æſtu quoquomodo profectis, aut ex quapiam humorum acrimonia, contrarijs ſubueniendum eſt medicamentorũ præſidijs, habita ſemper ratiõe amplitudinis qualitatis cauſſæ. Mediocri nanq; ardore aurium dolorẽ excitante, oui albugo colliquata & auri dolenti perinde atq; de oculis docuímus, tepida pedetentim inſtillata præſentaneo eſt remedio. Lac item muliebre, cũ aliquo collyriorum anodynorũ. Quin & uitraginis perdiciadiſue ſuccus quum per ſe, tũ adiecto aceto roſaceo, aut alio aceto modico. Atq; ipſum quoq; roſaceũ. Compari modo ſuccus ſolani, aut coriandri, aut albuci (quod uocant ἀσφόδηλον Græci) uel oleum in quo γῆς ἔντερα, id eſt terræ inteſtina in hydria elixa ſunt, aut oleum deniq; amygdalinum magnificè proſunt.

De Plegmone quæ aurem internam occupat.

QVando in meatu auditili, uel alia quapiam auris parte interna inflammatio ſurgit, præceps frequenter & non leue diſcrimen & certè hominis mortem nonnunq; adducit. Auditorio nanq; neruo, cuius officio audiendi facultas à cerebro largitur, læſo, ſenſu quo præditus eſt immodico tam intenſiſſimos dolores excitat, ut cerebrũ quoq; per conſenſum afficiat. Quin & graues quoq; inducit febres, & quandoq; dementiã, adeò ut etiã iuuenem diem nõ raro obeat, uel ob intenſiſſimos qui eos excruciãt dolores, uel mẽtis uacillationẽ, nimiàmue, quam induxit, febriculam. Cæterũ natu grandiores

ores natu & senio confecti febriētes haud ita promptè conuulsione, aut mētis alienatione corripiunt. Quoniā humor in senibus adauctus ob insitā frigiditatē & densitatē non nisi bene multò tempore interposito suppuratᵉ, & per se iam,

Viribus e ˙ceta est cana senectꝰ suis,

corporisq; robore sensim imbecillius factam ante concoctionē animū expirāt. Nam in iuuenibus quoq; humores ægerrimè, & cunctanter temporis spacio in pus cōuertuntur, nedum in decrepitis. Sed phlegmone interdū in his suppuratur, à qua suppuratione dolores extemplo ita remitūtur, ut sospitas atque incolumitas succedat languido.

Inflammationis aurium curatio.

Si inflammationes aurium intra modum ardent, oleum modò rosarū, facto inde cū exiguo aceto linimento sufficit. Compari modo conducit glaucium cum pauculo aceti tepidi incoctum cum cochleare tritū & auribus inditū. Expediunt etiā cuncta quæ è glaucio constituunt quo pacto diximus collyria. Hæc quippe singula mediocribus aurium inflammationibus (quas φλεγμονὰς Græci dicunt) succurrunt. Erysipelatosas uerò auriū inflammationes (uocant aūt Græci ἐρυσιπέλατα ignitas rubedines cum inflammationes quas horror sæpe ac rigor comitantur, Latini sacros ignes dicunt) solus rameti cucurbitæ succus cum oleo rosarum confusus & illitus curat. Lycium quoq; pari pondere admixtum & papaueris lacryma cum lacte humano, auribus immissum ignitas aurium phlegmonas sanitati restituit. Quin & castorium itidem cum papaueris lacryma defruto exceptum, & temperatè auribus inditum intensissimos dolores mitigat ac amputat planè. Esto autem papaueris lacryma (quod opium dicunt) uetus non recens, propter immodicam eius νάρκωσιν, hoc est torpedinem. Summum enim torporem inducit, neq; aliud quicpiam est magis ναρκωτικὸν. Vidi ipse nanq; hominem qui sola papaueris lacryma identidem sumpta, stupidus ac torpidus planè euasit. Cui exhibito euphorbio, neque succo deinceps balsami, neque quacumque alia re calorifica auribus indita, pristinam recuperauit sanitatem. Quo circa si quando intensissimi dolores hominem excruciantes, ad opij uel ad cuiuscunque alterius narcotici, usum impellunt, semel uel denuo ad summum, adhibito narcotico, castorium confestim oleo mixtum auriculæ tepidum inferatur. Foris uerò lanam nardino oleo non frigido imbutam, anseris seuo adlineatur. Præstat autem bonitate si anseris seuum, aut phasiani admisceas. Sunt enim medicamentorum præsidia haud aliter quàm Galenus docuit adplicanda: Nos, inquit, his qui uehementissimo aurium dolore excruciantur,

neque ullum medicamentum inijcimus, neque lanula detergimus, experientia ita expedire edocti. Satius nanq; fuerit in doloris spacio auditilem meatum nunquam manu attingere, sed spathamela tantummodo lanula inuoluta partem affectam fouere. Soleo autem auribus medicamentum in hunc modum inijcere, reddo tepidum, quoniam sic utilius fore laborãti iudico, & sensim gutta timq; pusillũ infundo. Quod si calidius tepidos sustinere languidus poterit, fotu tantisper calfaciendum est, ne ægrotanti officiat, aut quoquomodo offendat. Præparata itaque ad unguem medela, summam auricularis specilli extremitatem imbue, quò in profundum auditilis meatus promptissimè defluat. Atque id ipsum identidem, nihil spacij omittens, repete. Liquebit enim meatum tum esse denicq; medicina refertũ dum foras refluet. Vbi uerò impletius fuerit is modicè, auris nullo modo, & quatenus fieri potest, nunquã attrectet. Nam si manus de more dolentiũ, (ubi em̃ dolet ibi manum habemus) admoueat, & clem̃ti interdum tractatione aures perturbantur, febre immaniore tentant. Vbi igitur medicamentũ, dicto modo auriculæ adflictæ adhibueris, lanulam extrinsecus molliorem orificio auditorij meatus, deinde uniuersæ etiam auri superimpone. Quunq; incaluerit lanam superinductam suspensis, ut aiunt, manibus detrahe, atq; ad eundem modum cuncta denuo peragens, caue alia auris particula tactum sentiat. Hæc nimirum Galenus ita tradidit, uti nos functionis nostræ in quouis inflammationis genere admoneret. Nos uerò minoribus natu, iuuenibusq; & intemperie calidioribus, & ignea inflammatione affectis, comitante interdum febre, utendi medicaminis rationem præscripsimus, potissimum uerò docuimus. Aestatis tempore & in regione calida, si urgeat necessitas, missione sanguinis scalpello secta uena utendũ, spongia cõuenienti liquore immersa & ualidè expressa affectis auriũ partibus imposita: uapor etem̃ hoc modo suauius demulcet. Haud sanè minus cõmodè haurire uaporem licet, per harundinem peruiam, in hunc modum instructam. Harundinis quidem altera pars testudineæ concauitati auris adamussim concinnetur. Altera aulæ per operculum arctissimo foramine pertusum inseratur, unde uaporem sursum ad aurem exhalantem auditilis meatus hauriat. Declinet autem languidus ceruicem & adflictam capitis partem super ollam. Foris uerò auris circunquaque lana stupetur. Cauendumq; modis omnibus ne quid circa aurem comburatur. Quod si œdemata tumoresue forinsecus oriantur, cataplasmatis modò imponatur ἀμὴ λύσις, hoc est, farina hordeacea, uel farina tritici, de fruto aut dulci mero, aut sterõue elixa. Conueniunt uerò cataplasmata & fotus potissimè his, in quibus periculum est ne plures aut uehementiores ingruant tumores. Postquàm autem iam superuenerint, farina triticea, & tetrapharmaco & διὰ ὀυγείου, hoc est unguine emplastróque ex populo confecto (quod uulgò populeon dicunt, utere, cui ceratum διὰ στεάτων, id est, ex seuis adipibúsue compositum atque permixtum admiscendum est. Danda est igitur opera ut tempestiua & celeri curatione, suppurationem præueniendo inflammationibus succurratur.

Ad

Ad quod scilicet munus ea quæ subscribuntur medicamenta potissimè probamus, quæ quàm possum breuiter perstringam.

Contra aurium dolores nobile anodynum (quod Latini uocant Indolorium) quod sedulò illitum, eiusdem partis inflammationibus distentionibus, & maximis cruciatibus præsentaneum est remedium.

Habet id seuí anserini, siue, si id desit, pullí denariûm pondo sex, lachrymæ papaueris, myrrhæ, croci uniuscuiusq; denariûm pondo duûm. Quo sanè securus utere, nam ualde eximium est.

Aliud medendis inflammationibus non admodum flagrantibus.

Butyrum & hyssopus & mel æquis portionibus temperata, hoc est tepida auribus modicè inflammatis utiliter immittuntur. Idem exulcerationibus sordidis & inflammatis subuenit. Aliud παρεγωρικὸν, hoc est, demulcens dolores ex inflammatione prouenientes, & qui ad suppurationem contendunt: Spumæ argenti (quam ἀφρὸν ἀργύρου Græci uocant) cerussæ cuiusque denariûm pondo quatuor, thuris, íridis, resinæ terebinthinæ, cuiuslibet unciæ quatuor, colophoniæ tantundem, cæræ, olei singulorum libra una, seuí suillí libræ duæ, succi seminis lini quantum satis est. Facit hoc medicamentum etiam contra diuturnos pedum dolores, hoc est annosas podagras. Aliud his quibus inflammationes ex iniuria aliqua, nempe percussu, ui, & destillatione proueniunt, utile: Butyrum nouellum eliquato & auribus inducito. Aliud prorsus idem: Lac muliebre unà cum cerato subige, & foris circunline, præsertim quũ phlegmone rubet. Quum uerò inflammationem dolores comitãtur prolachryma papaueris admixta, illinitione remittes. Aliud: Seuũ anseris lacte humano subactum, & auribus ita affectis instillatum eximiè subuenit. Aliud: Subuenitur præterea in hac affectione constitutis auribus, si spumam argenti & glaucium & crocum aqua simul excepta & eliquata, uel defruto leuigata inunxeris. Aliud ualde nobile: Herba pulicaris (quam ψύλλιον Græci nuncupant) leuigatur, uel sesamum cum aqua pariter diluuntur, & cataplasmatis modo superinducuntur. Aliud: Lenticula elixa instar cataplasmatis cum mica panis illita eos qui uulnere pariter & inflammatione aurium infestantur, egregiè adiuuat. Facit itidem cerussa adiecto coriandri liquore, aut succo solani si illiniatur. Aliter. Mala Punica (quas Græci ῥόας dicunt) uino cum panis mica elixa more cataplasmatis impinguntur. Hactenus de his satis quæ inflammationibus absque hulcere succurrunt. Reprimendum uerò citius semper, ne uulnus ingruat. Quod si id superuenerit, uel iam pridem inflictum fuerit, curationem eius ex his quæ dinceps sequuntur, machinator.

Hulcerum, uel abſceſſuum, quæ aures occupant, curatio.

Aurium hulcuſculis, ſiue abſceſſionibus quæ uocant Græci ἀποσήματα medetur Lycium & ſuccus papaueris quod μήκωνος ὀπὸς gens eadem adpellat ſiue papauer candidum æquis portionibus melle exceptum & auribus inditum. Sunt eadem præſenti admodum remedio hulceribus cum aurium inflammatione quadam coniunctis.

Aliud ad eadem:

Inueteratis aurium hulceribus medendis ad miraculum uſq; conducit Cedrinus liquor cum melle mixtus & hulceratis auribus infuſus. Aliud: Quibus ſanies acpus effluit expediens, Miſy torrefacito in aula, tritumq; in leuorem ac puluerem purulentis auribus cum flatu indito Emundat porrhò ſimiliter hulcera ſanioſa Abſynthium leuigatum & cum melle adhibitum. Aliud: Aloën & crocum cum defruto excipito, & utere. Nam id carnem quoque parturit. Aliud: Cinerula (quam Græci σποδίτιον uocant) in puluerem teritur & ita in aurem inflatur. Cæterùm aqua prius mulſa locum affectum, uel lentium decocto, uel elixatione roſarum in uino coctarum lauato, cum melle aut oliuæ foliis læuigatis, ſuccoq; expreſſo. Quando utendum eſt cum melle adhibe maximè conuenit.

Aliud contra hulcera ſordida & Nomas.

Locium pueri Venerē non experti & impubis melli confuſum, admiſce etiã uinum & auribus infunde. Pari modo & ſandaracha cum melle teritur, & magno emolumento auribus, quum ſordidis tum ſerpendo depaſcentibus inditur. Vel cum lycinio confectam probè illinito, ſiue inſtillato, ſtrenuam enim habet quum expurgandi, tum arefaciendi, tum cicatricem contrahendi, & dolorē deniq; amputandi potẽtiam. Et præſtat ſanè præſentaneum, ſi utare præſidiũ.

Aliud compoſitum: Emplaſtri, cognomento Cloaxen pars una, paſtilli διὰ κασσορίου hoc eſt ex fibri teſtibus confecti partes duæ, olei roſati quantum conditura exigit, commiſcentur. Verùm antequam hac utare medicina cum aqua mulſa prius lauato.

Aliud hulceribus unde pus profluit & ſordidis ſalutare, uel in quibus creuerit caro.

Aeris cremati, aſuminis cuiusq; denarij pondo unius, aceti hemina una, thuris denarij pondo unius, mellis heminæ duæ ad mellis usq; craſſitudinem decoquuntur, & dum uſus poſtulat eliquatur, & liquidum auribus inferat. Vel Lycinium per unctionem auri, ſi ex hulceribus eius ſanies profluit immitte. Quod ſi ſuper hulcera caro increuerit, præteriam dictũ, aqua tepida eluí debet tum id quod è thure, rubigine, aceto, & melle conſtat, infundi. Aliud eidem malo ualde accõmodum: Alumen ſciſſum (Græci σχίσον dicunt) teritur cum aceto tantiſper dum mellis ſpiſſitudinẽ induat, lanulaq; tenera magno fructu mittitur in aurẽ, ubi uerò infrigidatum id fuerit, denuo tepefactum impone. Aliud eiusdem

dem facultatis Gypsi diobuli quatuor, spumæ nitri, obuli quatuor, Collyrij διαξόσμου diobuli quinq; Lycij Indici diobuli quatuor uino excipiunt, & auribus imponuntur. Possunt etiã cum succo perdiciadis (quã paritariam quidam uertunt) assumi. Succurrit aũt hoc medicamentũ sumopere, multumq; arefacit citra periculum atq; dolorẽ. Prodest itidem herba perdiciadis succus si unà cum melle tepefacias, crassiusculum reddas & cum lycinio auri uiciatæ immittas, ita quidem ut isticlycinium consistat. Fuerit præsenti quoq; remedio si liquorẽ auri infundas. Profluuio etiam sanguinis ex aure id medicamentum suppetias adfert longè præstantissimas.

Aliud lulæribus aurium diuturnis & antiquis conducibile.

Myrrhæ, thuris, Croci, cremoris (sic enim interdum ὄπος interpretor) mar rubij uniusuniusque denariũm pondo quatuor, Nitri Alexandrini unciæ duodecim, aluminis scissilis denariũm pondo duũm, locij porcelli sylueſtris denariũm pondo uiginti, liquaminis Pontici, chamæmeli uniuscuiusque denariũm pondo uiginti, fibri testiculi, quem castoreum dicunt, papaueris lachrymæ (quod est ὄπιον) cuiuslibet denariũm pondo quatuor, amygdalæ, numero duodeuiginti oxyrhodino, hoc est aceto rosaceo excipiuntur, oleoque amygdalino & pauxillulo aceti conformantur. Dum usus postulat, utere.

Ad aurium iniurias ruina illatas, puta rupturas & oppressiones Caput XXV.

VBi uerò ex iniurijs contunduntur aures, medullam (sic ἔντερον, id est intestinum reddo) panis feruidi cum melle exiguo leuigatam super inducito. Aliud: Rectè etiam myrrha (quam στακτὴν cognominant) uino in leuorem trita assumitur, & illinitur. Cochleæ quoque mundæ contritæ & cum media myrrhæ portione commixtæ, laborantibus ex iniuria eiusmodi auribus auxilio, superimposito medicamine, sunt. Manna insuper thuris (sic enim micas elisæ thuris ex concursu ueteres uocant, quemadmodum & pollinem) trita & auribus insperſa summè proficiunt. Quod si quando auris ita affecta, & distorta ac disecta fuerit, ut ligamentis ac uinculis egeat, cauendum sedulò ne impiè uiolentis utamur ligaminibus, & quæ super inducta sunt medicamenta subinde incunctanter permutemus. Præter enim quàm quod laborantem auriculam longiore morula lædunt, distillationis quoq; occasionem pariunt.

De sonoribus ac sibilis aurium intra se ipsas, quos Græci Ichos & Syrismos nominant Caput XXVI.

Causa. ALiud quoque aurium uitiũ genus est, ubi tinnitus quidam aut sonores exuentoso spiritu & dẽsitate prognati sonant, ex ἐμφράξει eũ hoc est obturatione humorũ, pueniunt, atq; hoc etiã fit, ne sonũ externũ accipiãt. Malũ hoc ex pariũ quoq; imbecillitate proficiscit, ubi ex morbis iam conualescẽtibus incidit, humore uidelicet neruorũ auris cõsumpto. Nascitur etiã eiusmodi murmurillũ, auris ex multa sensus acrimonia et subtilitate. *Signa.* Quin & ex febrium decretoriis. Quod leuissimũ est, & manu auxiliari nõ eget, quoniã per se magna ex parte finitur breui. Quo circa ubi murmura siue tinnitus auriũ superuenerint, & per interuallum cessauerint, quieuerintue (κάυσος enim in Græco est) reuertunturq; postliminio, & laborantẽ excruciant, euidentissimum argumentum est, quod flatulentus spiritus obseptus & interclusus est, qui prosilire magno nixu contendens, edit sonitum. Præsertim ubi cibaria quæ inflandi uim habent, præcesserint, & cruditate laborarint frequentius. Si uerò huiusmodi aurium sonores non repentini semel ingruunt, sed pedetentim, sensimq; irrepunt atque increscunt, & grauedo quædam ponderis instar sentitur, & cruditates & balnea temeraria, & alia deniq; quæ crudos humores gignunt, tum eos, uiscidis, tenacibusq; & crassis humoribus adscribendos iudicato tinnitus, quos Græci ἤχους καὶ συρισμοὺς cognominant.

Curatio sonitus aurium.

DIutinis et inueteratis aurium sibilis atque tinnitus pulchrè quidẽ quum aceto, tum nitro, tum melle succurritur, si his eluantur. Pastilli quoque profligandis aurium sonitibus, clangoribúsque accommodi censentur, in quibus sunt: Fibri testiculi denariũm pondo quatuor, ueratri candidi denariũm pondo duũm, nitri denariũm pondo sedecim, croci denariũm pondo †quatuor. Redigantur in orbiculos, quos Græci adpellant τροχίσκους, quibus quum res postulat aceto dilutis, utere. *†Aliàs triũ, Acgineta.* Aliud contra diuturnos aurium tinnitus ac sibilos. Euphorbium quoque cum oleo Cyperino liquatum, nunc tepidum, nunc calidum in aurẽ iniectum, præstantissimum & reipsa sæpius exploratum est præsidium. Aliud, his qui per magnum consensum (quam συνάισθησιν Græci dicunt) uaporum ex infernis partibus caput pedetentim, & multorum flatuum, hoc malo uexantur, conducibile. Fibri testiculus, (quod castorium cognominant) & semen cicutæ aceto diluuntur, tepidaq; auri magna utilitate iniiciuntur. Porrhò si ex morbo, uel capitis dolore tinnitus proueniat, cum Absynthij decocto aurem prius foueris, acetum & oleum rosarum in eandem infundito. Dandus etiam in aurem succus radiculæ cum succo oleóue rosarũ, uel cum succo radicis excucumere syluestri. Veratrũ quoq; nigrum cum aceto conteritẽ, & in aurẽ demittitẽ. Dari etiã in aurẽ debet

collyrium

collyrium ex helleboro, aceto contrito, & deinde melle despumato excepto, confectum. Plusculum uerò proficiunt cibi extenuantes, atq; diæta.

Auribus sorde scatentibus curandis medelæ Caput XXVII.

SI uerò sordibus alicuius aures scatere cœperint, injcere auri oportet nitrum tostum & friatum, mox superinfundendũ est acetum, & auris hydrælæo, hoc est aqua & oleo eluenda. Discutit etia sordium coitus admodum compactos, acetum unà cum paululo nitri instillatum. Rectè etiam miscentur in hoc Cardamomum & cum eo nitri paululum, adiectis ficubus aridis caricisue absq; seminibus. Quæ omnia in collyrium redacta auri injciendum est ubi consistat per triduum, & expurgabit uim sordium, leuabitq; grauitatem. Aduersus etiam carnes quæ auribus innascantur, satis proficit.

Ad ea quæ in aurem inciderunt extrahenda Caput XXVIII.

SOlet nonnunquam in aurem aliquid incidere, quod cõfestim protrahendum est. Si calculus seu fabulum, seu aliquod animal, aut quiduis eius generis intus est, sperillum oricularium (quod μηλωτίδα Græci uocant) lanula inuolutum in rhesina quàm glutinosissimam, maximeq; terebinthinam demittendum, idq; in aurem injciendum, inibiq; uerendum est, tacto enim eo quod intus est, comprahendet. & eximet. Quod si renitatur hamulo quoque retuso, paulumq; recuruato utendum. Quin & sternutamentis admotis, meatus auris, spiritus cõcussione mouentur & reserantur, atque ita commodè id quod incidit, elicitur. Si ex crúditate & indigestione inflãmatio oboriatur, conuulsiones frequenter comitantur, adeò quidem ut inde periculum sit interitus. Oleum itaq; temperatum in aurem affatim conjecisse abundè est, eo namq; modo locus tumore nacabit, & liquato eo quod inerat haud grauatim ejcitur. Aquaporrò nulla lauare expedit, quum praui humores in auribus creuerint. Clystere quoque oricularjo, cannáue in aurem missa suggendo euellitur. Cæterùm oleum ut diximus, tepidum prius intra compellere, sternutamenta admouere & mulsa aurem colluere conuenit. In hunc modum nobis agentibus cum oricularjo sperillo, id quod in profundo hæret si uidetur, nullo negocio eliditur.

Aduersus aurium uermes Caput XXIX.

IN auribus uerò ubi uermes orti fuerint, Medicamentis necandi sunt. Verbi gratia Oxyælæo, hoc est cõditura ex aceto et oleo in aurẽ instillato, & capparis succo, & nepitæ succo, quo nõ est aliud præstãtius Dolores enim lenit & amputat, si auri uermiculãti uel alicuius particulæ in qua uermes pgnati sunt, injciat. Proficit & candidũ ueratrũ uino exceptũ, acinditũ pari modo et absynthiũ cũ uino elixũ, et marrubiũ aut liquor drimnus, uel centauriũ, uel scammonia aceto liquata, uel succo absynthij in aurẽ immissa

immissa, uermes enecant, & eximo in summam auris partem, unde facillimè educi possunt, prouocant.

De Aurium doloribus ex destillatione, καταῤῥόου,

Caput XXX.

SCitu prætereà omnino dignum est, quod ex destillatione (quam κατάῤῥοον Græci uocant) aurium dolores quidem interdum, sed rarenter admodum proueniunt. Vbi uerò superuenerint, extemplo succurrentia admouenda sunt remedia. Quibus si nihil proficiatur, fluxusq; magis atq; magis ingruat, pituitas capitis per os ducere & expurgare (quod ἀποφλεγματίζειν Græci uno uerbo felicissimè exprimunt) competit. Cucurbitulæ itidem occipicio applicandæ sunt, præsertim si grauitate immodica caput prematur, & uultu sit rubicundo laborãs, & mero plurimũ utatur. Quod si eiusmodi notarum nulla se penitus exerat, & fuerit corpore arido, ac tenui, succorumq; acrimonia decurrat, uictus ratio quæ conspissandi & temperandi uim habeat, otium item & summa tranquillitas, balnearumq; usus, & quæ somnum asciscunt, maiorem in modum proficiunt. In quarum sorte omnium facile principatum obtinet medicamentum διὰ κωδείων hoc est ex papauerum capitibus confectum (Latini quoq; Diacodium adpellant) quoniam dolores lenit, somnũ conciliat, concoquit, humores condensat, & acutiem temperat ac retundit præcunctis alijs. Ad hæc amplius abstergit & expurgat noxium, atque imprimis infestantem humorem.

Diacodium.

De Sanguinis profluuio ex auribus,

Caput XXXI.

VBi uerò aures sanguinẽ fundunt, adeò ut laboranti discrimen & eximbecillitate inducta uitæ periculum inducat, ꝯprimùm fieri potest languenti succurrendum est, & copiosior sanguinis fluxus necessariò compescendus. Verùm si morbi decretorium ægrotanti sanguinis ex auribus profluuium effecerit, (Accidit autem id potissimè quum in pleriscq; alijs tum maximè in capitis ægritudinibus ut effundatur materia, nunc ex naribus, quod imprimis maximè secundum naturam est, nunc ex alijs atque alijs subinde partibus) non protinus supprimendum est, quoniam ad pori salubritatem manant fluores decretorij, & fieri potest, imò solet, ut, si reprimatur sanguis, grauius inducatur periculum. Veruntamen si ex nimio fluore uires deficiantur, & mortis discrimen ingruat, tum res ipsa, profluuij suppressionem, postulat. Habentur autem eius facultatis innumera, præsertim aurium hæmorrhagiam sistentia. Verbi gratia. Mora, Vaticana, quos βάτους Græci, rubos Rhomani siue sentas adpellant, Galla Asiana cum omphacitis tum matura leuisq; aceto elixa. Si decoctũ, Græci ἀπόζεμα uocant, eorũ auribus immittat. Succus itidẽ pdicia distepidus in aures infusus strenuè sistit & cõducit. Ne aũt sanguis in auribus in exigua fragmẽta, quasiq; in pusillos globulos den-

densetur & concrescat (uocant id Græcorum Medici αἱματος βρόμβος, id est grumos & fusta sanguinis concreit) porri liquor aceto permixtus rectissimè auribus instillatur. Vel mala Punica, quæ Granata dicuntur, aceto elixa & colata subinde auribus utiliter induntur.

De Surditate & graui auditu Caput XXXII.

POstquàm autem afflicta aure non grauius solum, sed omnino aliquis nihil audire cœpit, quod aliis quidem citra febrim, aliis uerò comitante febre usu uenire cõsueuit, Græci eam affectionem κώφωσιν, id est surditatẽ nominant. Quæ si exprimo statim hominis ortu cœpit, & quæ à cunabulis auspicans diutilè perseuerauit, uetustateq; radices altius egit, uel omnino incurabilis, uel difficillimæ curationis est. Sed quando bilioſi humores ad caput delati surditatẽ inducunt, haud admodum difficulter succurritur, modò uenter medicamẽtis quæ bilem eliciunt & deducũt (quæ Græci χολαγωγα uocant) sedulò euacuetur. Nonnullis uerò hoc mali ex crassis & crudis humoribus oritur. Quibus utiq; eiusmodi ferè, cuiusmodi uertigino sis, & in delatione in somnũ, quam Græci καταφορὰν uocant, & in diutino dolore capitis quæ κιφαλέαι uocatur, atq; id genus aliis affectionibus euenire consueuerunt. Qui sanè omnes egerrimè curantur, & pleriq; uita excedere malint, quàm surdi in uiuis agere nisi medicamentorũ præsidijs subuenias. Proinde medendis eiusmodi ualentiora aggrediunda sunt medicaminũ auxilia, fortiusq; resistendum affectioni. Principio itaq; statim medicamento expurgãte euacuandum. Verbi caussa Oxymelite quod refertur ad Iulianum, uel hiera & hac quidẽ frequentius, uel eò quòd cõstat ex euphorbio, ea nempe confectura, quæ à nobis crebro componitur, quæ licet abiecta & contemptibilis fortasse uideatur ac simplex, uiribus tamẽ & bonitate aliis nihil concedit, plerisq; etiã aliis præsentissimum remedium, experientia comprobatum. In ea sunt confectione, salis Ammoniaci denariũm põdo duũm, piperis denarij pondo unius, euphorbij tantundẽ, administrato pro cuiusq; languẽtis uiribus scrupulos nunquatuor, nunc sex, in ouo sorbili seu defruto uel in aliquo holerum, aut in quocunq; liquore aliáue re, uidebitur. Medetur idem pulcherrimè his quibus tenebricosæ lucis obscuritates oculis obuersant, (quos Græci σκοτωματικοὺς, Latini Vertiginosos uocant) & Comitialibus, & quibus detinentur hulcera, quoniam deducit strenuè. Purgatione uerò egregiè facta, utendũ est apophlegmatismis, qui Græcis sunt medicamenta singula, quibus per os capitis pituita purgatur, & crinis, quæ humores exhauriant. & πταρμικοῖς omnibus, hoc est quibus sternutamenta proliciuntur. Conficiantur autem in surditate ex spissis & crudis humoribus proueniente utiliter apophlegmatismi ex passa uua siluestri, (quã Græci ἀγρίαν σταφίδα dicunt. Rhomani Vuam Taminiam adpellãt & herbam pedicularem, mastiche, & sinapi. Deinde per humorem ore retentũ languẽtes gargareonem colluant. Quod medicaminis genus Græci uocãt γαργαρισμα. Ptarmica

Apophlegmatismi.

Ptarmica.

Gargarismi.

Ptarmica. Ptarmica uerò quorũ hic usus probatur fiant ex pipere, herba lanaria, quod στρούθιον Græcè nominãt, & Veratro candido, & raminculo herba batrachióue æquis portionibus in puluerem redactis, insere naribus. ἔρινον uerò adpositum capitis purgatorium fuerit, succus prædictorum cum pari mellis parte permixtus. Aliud Erinum in forma pulueris: Habet rapi siue umbelici terræ (quem κυκλάμινον Græci uocãt) aridi uncias duas cum dimidia, iridis unciã dimidiatam, nitri rubei denariũ unum, succi cucumeris asinini (quod ἐλατήριον dicitur) tantundem Cõtero studiosè, & naribus flatu per arundinem seu cannam puluerem insere, exonerat enim egregiè caput humoribus grauatũ, auditusq; mirificè succurrit. Alia medela naribus immittenda: Elixationem centaurij, colocynthidis & ueratri naribus instilla, & expurgabit haud instrenuè. Profuit sæpe sanguinis secta uena detractio.

Ad surdastros & surdos. Caput XXXIII.

Δυσηκοΐαν id est grauem auditum & κωφώσεις hoc est surditatem medetur, quæ subiecta sunt. Veratri nigri denarij põdo unius, testiculi fibrini tantundem si aceto excipiantur, & in aureis mittantur præsenti sunt auxilio. Prodest pariter hederæ succus cum nitro mixtus. Succurrunt etiam uno uerbo, cuncta quæ iam pridem fusius in curatione δυσηκοΐας & ἐμφράξεως descripsimus. Cuius sortis habẽtur liquor hederæ cum nitro, & κεδρία, id est liquor cedrinus. Summã uerò uirtutem habet hic succus chamæleonis, qui multorũ testimonio, littori, lapidiq;, ut aiunt, surdioribus, succurrit. Si his peractis parum profeceris perseuerante affectione, uomitũ cito cũ ueratro candido, qui plus opis grauiter audientibus quàm reliqua cõfert. Adhibe quæ caput per nareis expurgant subsidia, ἔρινα, à Græcis adpellata, item topica, neq; omittendæ sunt equirationes, gestationesq; præcipuè quæ perficiuntur curriculo sine rheda quadriga. Humerorum prætereà exercitationes obire, lauacrisq; calidis ex aqua dulci factis indulgere, conuenit. Verùm si marina ad manum sit, eadem lauandi sunt. Iuuat porrò caput subinde tondere, leniter pfricare, præsertim quũ id grauari, & succis infarciri quis sensu percipiat. Quin & hirudinibus, & sinapismis (sic enim exhulcerationes, impositio alicui corporis particulæ sinapi inductam adpellant) uti expedit. Cutis quoque ceruicis, & arteria occipitij utiliter scalpello inciduntur. Sunt uerò qui harundine aut canna summo auriũ meatui adaptata noxium humorem exugunt. Alij alia cõsideratione, & iudicio q; utuntur, neq; quidpiam certi in hac affectione statuunt, neq; præsentanea eius curationis præsidia.

De abscessibus secundum aut post aures quæ Græci Parotides dicuntur. Caput XXXIIII.

SOlent uerò subtus, uel circa aureis παρώτιδες oriri, de quibus consentaneum uidetur priusquã digrediamur ab aurium affectionibus aliquid indicare. Imprimis itaq; nos latere nõ debet complura & diuersa parotidum esse genera. Nam quædã secunda ualitudine ibi

ibi phlegmone orta, emergunt. Quædam post morbos, maximè febres, illuc impetu morbi, per decretoriũ conuerso, & facta digestione euidenti, quæ sanè exitiales non sunt, imò promptissimè curantur, securitatemq; portendunt, Charibdeq; ac Scylla, ut ita dicam, sæpe eripiunt. Quædam ex humorum redundantia proficiscuntur cum grauedine naturam irritantes, parotides, feruntur q; in pericula haud leuia, nisi maturè suppurentur & digerantur. Summo itaque nisu, exactissimaq; trutina materiæ decurrentis & παρώτιδος procreantis perpendenda est, non tam qualitas quàm ipsa quoque quantitas. Parotidum igitur aliæ originem ad copiosum atque calidius sanguen referunt. Aliæ è diuerso ad tenuem, calidum, & bilioſum humorem. Aliæ ad egelidum crassumq; succum. Quæ porrhò feruẽtis humoris plenitati adscribuntur, dolores intensissimos pariunt. Quæ uerò tenui subtiliq; humori, erysipelaceas inflammationes, hoc est sacros igneis referunt, & nulla neque grauitate, neque angore locum excruciant. Quæ uerò atra bile scaturiunt, ne modicè quidem subrubent, neque uehemẽti dolore excruciãt, sed duriusculæ sunt, & duricies, quæ Græci σκληρώματα dicũtur, frequentius ingerunt. Quæ uerò pituitã sortiuntur parẽtem, fastigiatæ in tumorem sunt. Oportet igitur accuratè, ut diximus, quum qualitatis, tum quantitatis parotidum causſæ discrimina ad amussim examinare, ac tum denique conferentibus & destinatis cuilibet causſæ medicaminum præsidijs commodissimè nauiterq; occurrere.

Parotidum ex sanguine redundanti curatio.

Auspicabimur itaque parotidum curationem ab ijs quarum parens est plenitudo sanguinis. Quo circa, si sanguineus humor plus iustò naturæ modum excedat, spatiosusq; humor cum rubore perfusus conspicitur, extremosq; dolores cum uitæ periculo coniunctos infert, à sanguinis detractione confestim aſijs posthabitis inchoanda est curatio. Quod si quis emplastrum, siue cataplasma uel aliud quodcunq; ad discutiendum factum medicamen, uerbi causſa, ex fermento, & althæa siue hebisco concinnatum, antequàm euacuetur adhibeat, procul dubio languentem iugulabit. Proinde quum ex sanguinis copia, abscessus sub auribus uel circa oriuntur, protinus scalpello aperienda uena est, si id per uires laborantis liceat. Deinde alacris cataplasmatis modò medicamenta superinducito. Quapropter si inflammatio ingenti cruciatu uexauerit, cataplasma ex hordeacea farina, (quæ ὠμὴ λύσις à Græcis uocatur) & semine lini effingito. Vbi uerò Scleroma hoc est duricies molestauerit, dirigito in cataplasma ficus siccatas (quas Carycas Latini uocant) seuum porcinũ radices rumicis cum decocto fœno Græci, chamæmeli herbæ, althææ radicũ, & siccatarum ficuũ & utere. Atqui ubi ter usus fueris cataplasmatis, ad emplastrum Mnasæi cõfugiendum est. Nam id dolorem sedat, diaphoresim hoc est digestionem euaporationémue scirrhosis affectibus cõciliat, & duricies satis strenuè emollit, cuius hæc est compositio.

Emplastrum Mnasei.

Ceræ, axungiæ suillæ singulorum libra una, rhesinæ colophoniæ (qui Latinorum quidam picem Græcã cognominant) unciæ sex, spumæ argenti unciæ duæ, uini boni †hemina una excipiuntur, & quum opus est usui adhibentur.

Aliás libræ 4

Aliud quod ad eundem fermè modum confici assolet: Rhesinæ terebinthinæ, thuris uniuscuiusq; uncia una, mastyches unciæ duæ, ceræ unciæ tres, olei glaucini & myrthei quantum ad confecturam satis est, aqua marina diluuntur. Summam bonitatis & utilitatis æstimationem in ita affectis habet confectio διὰ μελιλώτου, id est, ex sertula Campana, quum per se, tum adiecto septenno uel Ariobarzanio. Pari etiam modo conducit Liuidus, medendis quibusque summa cute, & ex sanguine natis parotidibus. Si uerò in alto latent, & cutis quam obsident non est rara, materiáque compacta & spissior, paululum nitri & colubræ, dracunculiue herbæ radices, præscripto cataplasmati inijce, & longè præstantius efficies medicamentum diaphoreticum. Veluti si guttam ammoniacam adijcias. Cæterùm si duricies fuerit grandis, admiscenda sunt præliquida, adeps taurina, uel hircilla, uel uitulina, uel medulla cerui, aut bdellium, aut deniq; styrax, quoniam hæc singula ad dissipandum, digerendum, & emolliendum facta sunt.

Parotidum cum scirrhoso tumore curatio.

Vbi uerò perquàm durus & scirrhosus affuerit tumor, peculiari curatione opus est, quam nunc subijciam. Nam quum euaporationem (quam Græci διαφόρησιν dicunt) machinamur, uel curationem per ea quæ uocare μαλακτικὰ id est emollientia, medici solent, molimur, tumori succurrimus. Cæterùm si scleromata (hoc est duricies) abcessuum sub auribus ex frigido humore prouenião, oleum admiscendum erit cataplasmati, uel irinum, uel cucumerinum. Quemadmodum in his qui calidioribus nascuntur succis, oleum rosaceum, seu chamæmelinũ. Liquidò uerò constat quod omnibus medicaminum caloreficorũ præsidia diutinis affectionibus longè commodius adhibentur. Verbi caussa, Ariorzanion uel διὰ στρουθίου, id est ex lanaria herba confectum. Quorum equidem confectiones subijciam, quò uos quærendi in aliorum commentarijs labore leuem.

Emplastrum Ariobarzanium faciens affectus scirrhosos.

Habet spumæ argenti libras treis cum uncia una & dimidia, cerussæ libram unam & quincuncem, aquæ marinæ uncias uiginti quinque, olei antiqui libram unam cum †dimidia, cineris buccinorum, (qui Græcis κήρυκες dicuntur) uncias septem & dimidiatã, ceræ crematæ suluæ ue, πυρρῆς Græcè, uncias †quatuor, rhesinæ terebinthinæ uncias sex, thuris uncias treis & diobuli †quatuor cũ obulo uno. Redige in emplastrum, & quum opus est, utere.

†Vncijs quatuor & dimidia
†Ahásnouem
†Aliás treis

Emplastrum

Emplastrum dia struthiu, id est ex herba lanaria, dictæ affectioni expediens.

Constat διὰ στρουθίου emplastrum, ex guttæ ammoniaci thymiamatis uncijs octo, thesinæ pineæ libra una, herbæ lanariæ quam στρουθίῳ Græci dicunt, uncia una, spumæ argenti quincunce, mali terræ, quam ἀριστολοχίαν uocant, quadrante, thuris, uncijs quatuor, ceræ libra una, olei uetusti quadrante, aceti scyliticiuncijs octo. Oleum cum spuma argenti tantisper elixato, dum exuta omni uiscositate digitis non adhæreat, neq; eosdem cõtaminet. Id enim est Græcorum ὡς μήτε ἀμόλυντον. Depositoq; ab igne cacabo, lanariam, quam & radiculam uocant, & guttam ammoniacam & squamam æris & Galbanum deniq; rudicula agitato, mannaq; thuris, & malum terræ immittito. Decoque donec in unũ simul inspissentur, sublatoq; tum ab igne aheno ollãue, rudicula dum induretur moueto. Sunt qui acetum postremõ infundant. Confert hoc medicamentum durissimis parotidibus & scirrhosis, rimis & condylomatis, perforatis item, inchoantibus circa genitalia uel axillas glandulis. Succurrit præterea tensis quasiq; suspensis uisceribus, & abscessibus uentriculi, uel eiusdem hostioli quẽ stomachon adpellant. Lapidosas deniq; duricies quos Latini Tofos Græci τόφους indigitant, uehemẽtius discutit. In summa miranda & multa sunt ipsius opera, multisq; congruũt affectibus, quod Græci dicunt πολύχρηστον.

Notæ quibus deprehenditur parotidas suppurari, & earundem curatio.

Quum uerò eiusce modi remediorum usu hulcus exaruerit & uomica detumuerit, ad alia deueniendum est medicamentorum præsidia. Si dolores sedati non sint, confugiendum ad ea quæ suppurationem inducunt, admouenda quæ materiam discutiant ac digerant. Cuius sortis habentur: Farina tritici cum radice rumicis in hydrelæo, id est, aqua & oleo mixto elixa. Opitulatur & cataplasmatis more superinducta axungia porcina. Neque sanè quenquam istiusmodi latere inditia possunt. Nam si materia suppuretur, & iam transmutata in pus conuertatur, dolores, & cum uigore tremores, & ipsæ quoque febres pusillulum increscunt. Tum cataplasmatis instar simplicia adhibenda sunt medicamenta. Sunt autem hæc commodissima & ueluti huic rei destinata simplicia auxilia: Aqua calida, qua sæpius fouendus est languens. Defrutum quoque pus promouet & farina triticea, item halica elixa præsertim si tumores sint humidi. Adiuuat & panis purus, & pix liquida oleo diluta, seuõue uitulino, aut adipe suilla non salsa. Nam illa quæ salem habet, his quæ digestionem & euaporationem promouent commodius miscentur. Habentur uerò pleræque ad hucaliæ species incompositæ usu à nobis & re ipsa sæpius compertæ & ad pus faciendum comparatæ, quarum usus imprimis, deinde compositorum probatur. Sunt uerò compluria quæ ex tritícea conficiuntur farina cataplasmata. Verùm illud quo ipse solenniter usus sum, bonitate palmam facile cæteris præripuerit, quod habet, axungiæ libram unam, oua anserina numero quatuor, defruti uncias quatuor, farinæ tritici

unciam unam. Hæc diluantur & eliquantur probè, & panno superinducta adplicentur, & subinde mutata proficiunt. Nos uerò farinam cum defruto & axungia elixare consueuimus, & postremò oua injicere, atq; ita sanè semper effecimus quod dolores demulceret atq; leniret præsidiũ, quod Græci παραγωγικὸν nuncupant. Si his actis non dum uictor extiteris, ad emplastrum διὰ ζύμης, id est, ex fermento confectum, tanquam ad ancoram confugito, quoniam ocyssimè materiam in pus conuertit, crudos & indigestos humores concoquit, & discutit, compactosq; tumores dissipãdo profligit, pus euellit, & lapidosis deniq; duricietibus, tofisue tenuibus & imbecillis remedio est, dolores placat, qm̃ ἀνώδυνον est, & cicatrices tandẽ cõtrahit, sed adeò tenues ac parũ euidẽtes ut uisum tm̃ nõ effugiãt. In eo aũt sunt, fermẽti libra una, salis cõmunis unciæ quatuor, ceræ unciæ octo, apij unciæ quatuor, galbani uncia una, floris salis, piperis, singulorũ uncia una, saponis Celtici uncias sex, picis piceæ libram unam, adipis taurinæ unciasquatuor. Neque profectò hoc medicamentum medendis parotidibus tantum, sed singulis etiam hulceribus uulneribusq;, quibus uidebitur conducere conficiendum & admouendum est. Nam quod iam suppuratum & in pus planè mutatum incidit, & exhaurit. Quod uerò in duriciem ac scirrhum concreuit, nec dum suppurauit, maturat, digerit, & ad salubritatem perducit.

Est insuper etiam aliud eiusdem facultatis & energiæ emplastrum, quod constat cycymino & polenta, farináue hordeacea, quam Græci (ut nunc crebro diximus) ἀλφὸν λύσιν nuncupant. Est uerò ipsius descriptio eiusmodi: Polinis polentæ, id est farinæ hordeaceæ tenuissimè tritæ unciæ uigintiquatuor, salis cõmunis & armoniaci denariũ pondo quinque, picis denarij pondo unius, ceræ unciæ nouem, nitri, cymini fricti & contusi singulorum quincunx, olei ueteris ũnciæ octo, ptisanæ quincunx cum liquoris de semine lini libra una assumãtur. Aridis prius uino contritis & læuigatis cætera injicito. Succum uerò seminis lini & ptisanam gnauiter ne adurantur decoquito. Dirige in emplastrum, quo securius, ubi res exigit, quum in abscessuum circa aurem, ubi prærogatiuam habet, tum in aliorum abscessionum curatione, utere. Vim etenim habet maturandi & euaporationes, quam diaphoresin Græcè uocant, effectricem, duricies item emoliendi ocyus & conglutinandi dolores deniq; mitigandi, & ut semel dicam imprimis est conducibile.

Aliud ad idem neutiquam ignobile:

In hoc continentur seui porcini quincunx, ceræ unciæ duæ, albores ouorum duo, mellis quantum albuginis ouorum, polinis tritici, farinæ triticeæ quàm tenuissimæ quantum satis est: Cera ante omnia cum sepo suillo eliquanda est, deinde alborem ouorum tepefactum paulatim infunde & mel. Mox pilæ cuncta immittens probè contunde, ab hoc farinam triticeam sensim & pedetentim tantisper dum modicam induat emplastri constitutionem, injice. His accedat studiosa contritio. Postea quum opus est, utere. Habet enim facultatem

discutiendi

discutiendi, digerendi, & leniendi. Postremò dissecat, ad unguem expurgat & sanitatem restituit. Nec minus conducit & Anginæ. Aliud contra easdem affectiones & caussas mirificè expediens διὰ σηρίκου, hoc est ex serico (quæ nobilis in frondibus arborum apud Seres lanugo est) confectum medicamentum.

Dià Serici descriptio:

Habet id serici libram unam, olei uerò heminam unam. Ea commiscentur, & donec digitos non amplius inquinet, neque eis ob tenacitatem adhæreat confectio, simul decoquuntur. Hoc quicquid est medicamenti nihil alijs minus apud te ponderis habeat, quod è duobus modò constituitur, egregijs nanqueuiribus præditum est, & multis malis eximiè succurrit. Pari modo & ἔμπλαστρος διὰ μηλιλώτου hoc est ex sertula Campana confecta, si cũ διὰ σηρίκου cõponas ita quidem ut ad unam partem διὰ σηρίκου duæ adijciantur διὰ μηλιλώτου, dij boni quanta efficacia. Quin & per se, nullo adiecto, sæpius plurimum proficit, id quod non semel in aliquot multis experimento comprobatum est. Est uerò eius compositio huiusmodi.

Emplastrum dià Melilotu, id est sertæ Campanicæ:

Lixiuij saponarijorum, (quod primam guttam nonnulli capitelli uocant) unciæ sex, auellanarum nucum, quæ Græcis λεπτοκάρυα hoc est nuces minores & Ponticæ uocantur) unciæ duæ, Saponis Gallici unciæ quatuor, spumæ nitri candidæ unciæ sex, albugines ouorum numero quinque, mellis sertulæ regiæ singulorum quadrans, olei antiqui libra una, ceræ unciæ decem, rhesinæ terebinthinæ unciæ septem. Conficiuntur in emplastrum siue malagma. Quod medicamentum, tofos discutit, calculos, ossaq; & spinas euellit, & ut paucis expediam pluribus hoc præsentissimum fuit auxilium. Cæterùm eo neque in ipsa inflammatione, neq; in doloribus leuiusculis, neq; in ardoribus intensis, sed quum tumores rumpendi sunt, utendum est.

De Parotidum ex bile prouenientium signis & curatione.

Abscessus porrhò secundum aures ad præsubtilem, & flagrantem bilio sum sanguinem suam referre originem his notis facile deprehendes. Vomica redditur multò rubicundior, & inflammata ignitáue, & sacris ignibus compar, adeò ut languenti pars affecta deuri uideatur, & tactui euidentem exerat subesse ardorem. Ad hunc modum affectos febricitantium more, de ouis, oleo chamæmeli, & defruto, sapáue solemus medicamenta promptissima adhibere. Vtendum etiam Ceroto Zopyrico quod Ambrosia nominatum constat, cui insunt ut infra patet.

Cerotum Ambrosia:

Croci grammata quatuor, spumæ argenti uncia una, olei rosati unciæ tres, ceræ unciæ quatuor, adipis suillæ unciæ duæ, mellis uncia una, succi semi,

nis lini quantum satis est ad superiora diluenda. Quod sanè cerotum affectionis calidioribus non frigidè subuenit. Eiusdem sortis aliud: Accipit hoc ceræ quincũcem cum uncia dimidiata, olei chamæmelini & rosacei singulorũ unci as duas & dimidiam, lutea ouorum numero septem, farinæ fabaceæ denariũm pondo quatuor, pange cerotũ, & cum res poscit adhibe. Aliud aduersus idem malum admirandum præstans auxilium. Herba Apollinaris quam ὀνοκλεμον dicunt, & rumex, teruntur cum axungia, & cataplasmatis instar summa commoditate per biduum aut triduum superimponuntur. Aliud eiusdem facultatis medendo eiusceмodi parotidibus: Constat ex ceræ uncijs sex, colophoniæ, foliorum perdiciadis uniuscuiusque uncijs sex, olei uncijs quatuor, redigantur de more in emplastrum, quo ubi res postulat, utere. Pulicularis itidem herba quam Græci ψύλλιον adpellant, admixtis ouis cataplasmatis modo impacta, plurimum opis confert. Quin & alius cognomento διὰ χυλῶν quod succos recipiat compar est utilitas, in quo sunt.

Diá chylon.

Spumæ argenti tritæ libræ quatuor, olei communis libræ septem, ceræ libra una, rhesina piceæ unciæ sex, succi pulicaris herbæ libræ tres. Facito autem succum herbæ pulicaris, (uel mucilaginem si mauis more uulgi adpellare) in hunc modum.

Apparatus Mucilaginis (sic enim uulgò nominant) Psyllij.

In aquæ fontis xestas sex immittantur trití psyllij unciæ tres & per diem macerentur. Postero die, deinde clementi Vulcano ad crassitudinem usq; strenuè decoquantur. Postea ocyssimè colato: nam simul atque gelidum fit, indurescit, atque sic denuo mittes in cacabum, & ea facito, rursumq; colato. Esto autem mensura pro re nata libræ tres. Tum denique Spumam argenti subtilissimè tritam ad manum habens, cum eo infere cacabo in quo cremor pulicaris herbæ continetur, & continuè agitando lento igne donec digitis uiscositate non adhæreat, neque uel tantillum eos inquinet, elixato. Sublatoq; ab igne aheno seu cacabo, injiciatur cum cera rhesina. Et ubi non contaminabit digitulos, pilæ infundito, rudiculaq; mollificato, pelli inducito, & ubi res poscet, utere. Præstant præterea utilissima cataplasmata palmulæ, mica panis, crocea ouorum, glaucium, crocus, & polenta id est farina hordeacea, si inde fiat compositio. Habent enim uires digerendi, placandi, mollificandi, & rumpendi denique abscessus quum ardentes, tum duricie præditos. Neque uerò desunt qui medicamenti loco solanum adhibuerint & coriandrum. Verùm nos usum eorum damnamus perinde atque aluminis, & omnium quæ stypationi occasionem suggerunt, quoniam materiam officientẽ in altum semper, non citra magnum a grotantis discrimen deprimere consueuerunt.

Parotidum

Parotidum ex pituita curatio.

LOcus me & tempus nec non & res ipsa hortantur, ut de his, circa aureis abscessibus differam, quæ è pituita proueniunt. In quibus nullus fermè dolor laborantem excruciat uomica nihil prementi renititur, sed mollior existens sub digito cedit. Quibus succurrit præcipuè creta Cimolia eliquata & cataplasmatis modò imposita. Vel atramentum sutorium comparimodo inductum, cæterùm locus antea butyro perungendus est. Calx præterea ἄπυρος hoc est ignem non experta, quæ uiua uulgo dicitur, dum lota illinitur opem fert maximam, inflatasq; uomicas dissicere solet & per euaporationem discutit. Eruum porrhò, (quod Græcè ὄροβος uocatur) facto ex eius farina cataplasmate, uel cum aqua mulsa illitum maximam arcessendi & euaporādi uim obtinet.

Quæ uictus ratio Parotidibus affectis expediat.

NUtricatus admodum congruus & expediens pro ratione caussæ seminarij affectionis, præ cæteris omnibus, his qui parotide affecti sunt, utilis & necessarius est. Quo circa si ad bilem referuntur Parotides, fercula mediæ temperaturæ, & magis etiam frigorifica conueniunt. Verbi caussa succus & qui dem comprimis, ptisanæ, halicæ, citri, aqua rosacea & cætera huius sortis probè cocta. Lutea item ouorum his ualde salutaria sunt. Malua quoque & brassica & uiolæ, atque ut uno uerbo expediam, quæ bilem cõpescunt omnia. Quum autem remittitur inflammatio, pisces competunt etiam squamosi, & pipiones *Pipiones.* id est columbarum pulli, extimæq; pullorum familiarium partes. Ad eundem etiam modum semper pro diuersitate caussæ parotidarum laborantes uictum uariant. Quod si febris nulla affuerit, à principio statim piscium esus & esculenta acria & pipiones nihil officiunt.

De nariũm morbis & curationibus Caput XXXV.

NAres quoque uitijs ac morbis impetuntur sæpius. Crescit enim in eis tuberculum præter naturam, modò album, modò subrubrum, quod Græcè nuncupatur πολύπους. Oriuntur & circa nareis hulcera fœda, quas Græcorum Medici ὀζαίνας cognominant Quum uerò præter naturam sanguinis fluoribus nares infestantur, ueluti in febribus, aut dies erit iudicatorius κριτὴρ adpellat gens eadem, uel plenitate, uel eruptione uenæ proficiscitur sanguinis profluuium. Sumemus itaque curationis principium ab ozænis, quæ carriosa ac putrida sunt hulcuscula ex acerrimis & putrescentibus, qui ad nareis commeant humoribus superfluis, & sua acredine exedentibus nata. Si ea ex sola acredine sunt, crustasq; & odorem fœdum habeant, sciri quidem debet, uix ei malo posse succurri. Est uerò cõmunis & eadem utrisq; tum ozænis tum Polypis curādi ratio, & una iudicatio Exiccare, & capiti robur indere, quoniam, ut liquidò constat, utræquæ ex redundantibus & prauis admodum pessimisque humoribus, qui ex capite in nareis deferri solent, subinde proueniunt. Koborandum itaque sumopere censeo caput uni-

Polypus.

Ozene.

uersum, quò succos redundantes retineat, & cõficiat, neq; in nareis quicquam aut alias parteis inferiores se recipiat. Et quemadmodum aliâs nõ semel admonuimus Methodum curationis esse, topicis non nisi totius corporis euacuatione præmissa, uti. Ita & hîc loci non nisi toto capite ut diximus, roborato naribus adplicanda sunt medicamenta localia. Robur uerò capiti ad hunc modum inducendum est. Tondere oportet caput primò. Deinde confestim emplastrum διὰ ἰτέων dictum quòd salices contineat, imponere, uel Barbarum aliquod ἄσφαλτον, id est bitumen continens & picem, id quod sæpenumero quũ à Galeno ipso, tum à me quoque reuera experimento comprobatũ, & διὰνεμώνης huicrei destinatũ. Item aliud ad hoc peculiariter factum medicamen quod è cochleis in hunc modum effingitur.

Dià Cochlion medicamentum.

Sumuntur myrrhæ, thuris, uniuscuiusq; uncia una, uiscera cochlearum integrarum saxis adhærentium numero ducenta, quæ cera sufficiente & duobus albis ouorum excipiuntur. Quod absolutum medicamen linteolo impactum, capiti perpetuos nouem dies imponito. Quod si detracto praui humores adhæreãt, ter mutato medicamine adhibeas. Tum deniq; topicis utendum est medicamentorum auxilijs. Punicorum siue Granatorum malorum, quæ ῥόα Græcè dicuntur, tria habentur genera. Dulcia enim sunt, & acida, & austera quæ gustu astringunt, ob id συπτικὰ adpellata, è quibus singulis recentia & matura contundantur, & trita ualidè exprimatur & conijciatur ἀπόθλιμμα, id est succus ille expressus in cacabum stagneum, post hæc usq; dum satis uideatur liquidum decoquatur. Magma uerò unde expressus liquor est, et malicoria in pilam conjecta quantum fieri potest gnauiter conterantur. Vbi uerò probè id tritum fuerit denuo in pila cum succo diluantur. atq; ita compingant inde eiusmodi collyria, quæ in laborantiũ nares appositè possint demitti. Ea naribus polypo inhærente, in narem demittenda sunt: quoniam citra uellicationẽ & omnem oblæsionem sua acrimonia polypum curant, et interposito longiore tempusculo eradicant. Quum uerò ὠολύπους humidior ac mollior apparet, mala Punica potius styptica immittito. Sindurior idem cõspiciatur, acida parcius. Cæterùm quoniam egerrimè collyria susc̃ipiunt, quo ad tempus quiescere possint, interim, collyrijs depositis, succum expressum indito. Si aliam partem occupet, eandem perungito. Indere autẽ potes Punici succũ per id foramen quo spiritus à naribus ad fauces deferuntur, idq; uel penna imbuta, uel speciolana inuoluto, uel penicillo pineo. Nouimus autem & puluerem aduersus hoc mali efficacissimum, nempe Diphrygen leuigatum, is enim & citra mordicationem succurrit.

Tres species malorum Punicorum.

Puluis Diphrygis.

Conficit autẽ ex quatuor metalli speciebus, auripigmẽto uidelicet, (quod Græci ἀρσενικὸν uocãt) & lapide chalcitide, & ære cremato & eo q̃d Rhomani pariter Græcis Misy adpellãt. Quæ primo sigillatim aceto excipiuntur.

Secundo

Secundo promiscuè omnia in unum confunduntur, simulq; cum uino tantí/sper diluuntur, dum mellis crassitudinem cõtrahat, & glutinum referat. Post/ea in nouam testam conjectum medicamen operculo probè operitur, argil/láque passim oblinitur, ab hoc clybano fornaciue imponito usq; dum redeat in carbones. Vbi uerò extractum fuerit, uino leuigatum & in puluerẽ redactum imponito, & quando res poscit, utitor. Consumit uerò hic puluis & amputat etiam polypodes ualde diutinos. Collyrium etiã quod ex malis Pumicis fieri docuimus, redactum in puluerem tenuissimum & angustiore in cerniculo tra/iectum si flatu naribus indatur simílis est, ut ipse depræhendi efficaciæ, uel si specillo admoueatur. Fiat autem id creberrimè, ne unquam pars affecta dessi/tuatur medicamine. Idem etenim hic præstat auxílium, quod in oculorũ mor/bis iugis illinitio. Díluatur uerò, ut demonstratum est, succo, uinóue. Si uerò laborans quis corpore tenello & delicato, ueluti eunuchus, aut fœmina, huius medicamina non tolleret, uel magis irritetur, aridas rosas uel contere uel con/tunde, & per cribrum tenuissimum secernito, & hic quoque puluis non minus efficaciter uel ad miraculum usque absq; morsu operabitur. Sunt autem ista medicamentorũ subsídia sine requie admouenda. Lotío quoque ex eodem uel laborioſa prodest. Si inde nares exhulcerentur, pastillis utendum est: nempe Andronio, uel Passiano, uel Polyidæ, uel Bytínio, uel eo quem ipsi cõfecimus quãdoq; ex solo uino dulci. Interdũ cũ styptico & austero, & nonnunq; cũ me/dió utriusq; saporis: aliquando autem cum antíquo, pròque symptomatis sem per ipsius morbi usus sum remedio. Quod si locuples quíspiam odoratum & stagans medicamentum affectauerit, non citra iudícium, aliquod ozænis con/ducens præstíti quod pariter succurreret & odoris suauitate gratius esset, quẽ usum mihi exhibuit egregiè unguẽtum Hedychroum dilutum uino phalerno ueter. Ad cuius equidem effectum semper cum magna admiratione obstupui. Habetur autem ungenti Hedychroi laudatíssima, ex Magno, præparatio & quæ indantur descriptio apud Galenum in libro de Theriaca antidoto ad Pí/sonem. Emplastrum porrhò διὰ τῶν πεπέρεων λευκῶν hoc ex píperibus candidís, oleo rosaceo líquatum & in nareis illítũ omne genus hulceribus mírificè subue nit. Illud uerò lippis ac tõsoribus (ut sic dixerim) maximè líquere arbitror, quod in eíusmodi nariũ affectiõibus, ppensa est, cuiuslibet hominis natura, nisi quid prohibeat, sanguinẽ detrahere & medicamentũ purgandi ui præditũ exhibere, uictus ratiõẽ conferentem præscribere, caput tondere, medicamínibus are/facere, & apophlegmatísmis deníq; uti expedit, & necessarium est.

De Hæmorrhagiæ narium & ejus curatione Caput XXXVI.

ACcídit interdũ prægrandis, & quæ ægrè cõpescitur sanguinis ex na/ribus eruptio. Cui hunc in modum occurrendũ censeo. ξηραίνειν hoc est pílulas Platani arboris in umbra ficcato, et in aspero cilício, perfricatoq;

perfricatoq; ad cilicium baccas exuccas, sinid minus, inqualicunque cilicio semen earum porrice. Pilularum uerò lanuginem collectam nouo uasefiglino repone. Vbi uerò utendum est harundinem hac lanugine impleto nodulisq;, si quos habet detractis, laboranti supino naribus insere, uel cum spiritu insufflа, & mirum dictu quàm eximiè sanguinis sistat profluuium. Aliud: Atramentum quoque sutorium in farinam gnauiter contritum in hunc usum obEmmon. serua, & quum opus est, filatim discerpta liniamenta, quæ Græci ἐμπλάστους uocant, hoc medicamine intincta naribus indantur. Aliud: Eandem facultatem præstat spongia noua pice liquida imbuta, & cremata, si linteolum in cuneolum retortum, eadem inuolutum naribus immittatur. Vel in pulueris testarum ouorum portiones duas cum pulueris Gallæ Asianæ unà linteolum integrum aqua madidum inuolue, & nasi foraminibus insere compescet enim sanguinis fluorem eximiè. Alius ad eadem compositus puluis quo auspicatoipse sum sæpissimè usus: Contere Chalcitidis cremati denariûm pondo centum, atramenti sutorij denariûm pondo quinquaginta, misyos cremati denariûm pondo triginta, æris combusti denarium pondo septem cum dimidio. Vtere. Alius eadem ratione confectus: Myrrhæ, Mysios Cyprij singulorum denariûm pondo nouem, atramenti sutorij denariûm pondo septem, corticis pini, squamæ æris, uniuscuiusque denariûm pondo quatuor, mannæ, polinisue thuris denariûm pondo quatuor, æris cremati, Chalcitidis cuiuslibet denariûm pondo quidecim, calcis aquæ non restinctæ, (quæ Græcis ἄσβεστος dicitur) denariûm pondo nouem, gypsi cremati denariûm pondo quatuor. Rediganturin pulueremet adhibeatur, nam sanguinis profluuia strenuècompescit.

Aduersus narium graueis fœtores Caput XXXVII.

Dysodia. SI quando autem nares tetrum, fœdissimumq; odorem spirant, quod uicium Græci δυσωδίαν nuncupant, hunc in modum eidem quoque uicio occurrendum: Sumito myrrhæ, acaciæ, amomi, uel ut alijs placet stibij unius uiusque denarij pondo unius. Conterito singula, & per incerniculum angustius trajecito, & melle despumato excipe. Quo medicamento summas narium graueolentium oras, conglutinato, uel cartilagineũ interseptum, potissimè deploratis, quo teterrimus odor obturetur. Aliud: Amomum, myrrha, rosæ aridæ æquis portionibus ungento nardino excepta, & illita graueolentiæ narium medentur.

De uicijs quæ uultui accidunt Caput XXXVIII.

Sugillata. Hypopia. Phaci. Ephelis. IAcici solet etiam interdum aliquid uicij incidere, ut liuores & lentigines & aspera & discolor, ceu à sole cutis. Quorum prius illud sugillata Latini, Græci ὑπώπια. Alterum eadem gens φακὸς, postremum ἐφηλὶς nuncupat.

Curatio

Curatio Liuoris in facie.

Liuoribus uultus qui percussionũ uestigia referunt, inter initia statim elixatione fœnu Græci, mox sertulæ Campanæ (quæ μελίλωτος Græcè uocatur) fomentationibus, uel utriusq; decocto pariter fouendo, medemur. A fotu autem διὰ ξόσλων collyrio aqua intincto & illito. Ab hoc διὰ σμύρνης id est cõfectura ex myrrhis. Recentes uerò liuores exterit farina fabacea cum melle cataplasmatis modò inducta. Quod si liuores commitetur inflammatio, aqua calida foueto. Lenticulas elixas instar cataplasmatis imponito.

Curatio Lentignum & Ephelidum.

Repurgat Lenticulas & asperã ceuq; ab æstiuo sole discolorem cutem, medicamentum in quo sunt Cretæ Cimoliæ fractæ, æreolus semis, spumæ nitri tosti denariũm pondo octo, farinæ erui denariũ pondo quatuor, fellis tauri uncia una. Conteruntur omnia.

De dentium dolore & curatione Caput XXXIX.

GAlenus de afflictionibus dentium inquit: In dentiũ doloribus quædam, uelut & in alijs affectionibus cunctis euidentissimè apparẽt: uel enim eroduntur, uel nigricant, uel hebescunt & retunduntur, uel neq; calidum neq; gelidum perferunt, uerùm ex utroq; excessu, uel ex altero solo affliguntur. Quandoq; uerò abditæ sunt dentium affectiones. Quemadmodũ quum isquí dentium cruciatu infestatur, dolorem imo dente concitatũ contendit. Contrà respondent alij dens os est, & obid doloris expers, os enim non sentit, uel alius occasionis gratia, quibus illis est occurrendum. In præsentia uerò citra logicam aut physicam ostentationem, eorum opinionem qui dentem affici negant refellere instituí. Siquidem id ipsum magno meo malo quum dentibus laborarẽ acuratius obseruans, acceperim nanq; medicorum & aliorum diuersas super eas res sententias & contentiones, re ipsa comperi & sensi, dentes non modò malè affici, sed etiam constringí & circũdari, pariter & inflammationibus tentarí. Ductus itaq; sum in magnam admirationẽ, huiusmodí ne affectio quam Græci φλεγμονὴν uocant, dentes posset occupare saxeam & duram sortitos essentiam. Alio deinde tempore dentis excruciatus doore, liquidè & sensu percepi dolorem in gingiuis inflammatis non in dente exístere. Proinde uehementiore partes distentione anguntur. Nam quum instationes persistũt, oppressione affici necessum est. Verùm in his quorũ dentes cuneatim inculcantur, idq; durius, cruciatus magis atq; magis extenditˇ, atq; ex oppressione torquentur, & utrinq; sensus in periculo sunt: alius enim gingiuas, alius uerò dentis substantiam infestat. Equidem in eorum sententiam manibus & pedibus eo, (nam re ipsa cognouí) quí dentes dolore nõ affici asseruntur. Quoniam dum in neruo quí in dentium radicibus surgit & circumligatur, & in membranis quæ ambiunt, oritur inflatio, dolores multò molestant uehementius & increscunt. Verùm ut tanq; in speculo uídeas nõ dentem

Dens ne doleat.

modò

modò, sed ipsum quoq; neruum & membranã qua intoluitur excruciari, exem pto namq; affecto, dolor minuitur quidem, atqui non ob id quod sublatus est è medio dens, sed quoniam exoneratur locus phlegmone, id est inflammatio obsidebat, qua propter oppressione iam uacuus & libertate quasi donatus, am putatur dolor.

Phlegmones gingiuæ medela.

Cæterùm gingiuis ob inflammationem affectis, præsentaneo fuerit reme dio oleum cucumerinum, in ore retentum, & hinc inde uolutũ. Esto au tem oleum recens, quoniam nihil proficit antiquum. Sed ubi eo uti uolue ris in duplici uase calfacito, & utitor. Nam id præsentissimũ est, ut dixi, inflam mationibus gingiuarum præsidium: bene facit ipsum quoque oleum lentissi num temperatum. Adhibeantur præterea medicaminum auxilia austera & constringentia, quæ reprimendi uel certè disijciendi uim obtineant.

Cruciatus dentium curatio.

In dentium autem dolore, qui maximis tormentis annumeratur, Galla Asia tica aceto elixa & ore retenta præsentes fert suppetias. Idem facit tedea pin guis aceto decocta. Nec non & sertulæ Campanæ, quod μελίλωτον Græcè di cunt, radix in mero donec media pars relinquat elixa, ore, parte quæ dolet con tenta, succurrit. Huius rei quoque gratia Alterci radix in posca aut oxymeli te coquitur, & ei parti oris ubi dolor est, adponitur. Illud uerò momento le uat dolorem dentium. Alij nuclei siue spicæ, quas Græci ἄγκλιδας nominant, numero quinq;, thuris scrupuli duo, & rami detractis foliis articuli duo accipi untur, singillatim q; teruntur, & deinde omnia simul commiscẽtur, mixtim q; in aululam nouam cum aceti cotyla una iniecta ad tertias decoquunt, rudicula tedea inter buliendum usq; agitando. Quo medicamine temperato utendum. Continendus autem est huius medicamenti liquor ea parte continuo ubi do lor infestat per plurimas horas, hoc est usq; dum humor consumitur. Cæte rùm in uehementissimis dentium cruciatibus mirum quàm præsentis auxilij sit serpentis senectus, hoc est exuuiæ: si hunc in modum præpares: Collectam senectutem primùm cremato, oleoq; excipito, ita quidem ut mellis spissitudi nem referat, purgatoq; prius à sordibus dente, eidem dictum medicamen im pone, perungẽdo undiq; dentem. Quod si exesus fuerit, cauitati idem insere & ad sanitatem rediget. Aliud: Origanus præterea dentium dolorem lenit & protinus tollit, si redactus in puluerem cum nitro gingiuis inspargatur.

Aliud: Liquor papaueris, quod opium uocant, & piper pari pondere cum galbano denti imposita dolorem sedant.

Anodynum medicamentum ad dentes exesos, & contra tussim expediens.

Lachrymæ papaueris, myrrhæ uniuscuiusq; denariũm pondo duũm & se minis styracis, denariũ pondo triũ, piperis candidi triti & per angustum incerniculum cribrati, galbani cuiuslibet denarij pondo unius, defruti quantũ

ad

ad diluendum omnia satis. Conterantur simul & conformentur pastilli pro foramine dentis exesi, cui indatur rotula, & reliquo medicamine dentem inuolue. Sic dens qui afficitur molaris sit, in hora quiescet dolor. Aliud: Piperis, pyrethri, succi sertulæ Campaniæ uniuscuiusq; denarij pondo unius contundito, commixto q; galbano, dentis concauitati insere. Aliud: Medendis dentibus comesis, prosunt lachryma papaueris, laserpicium, uel eius radices, & galbanum cum pipere iniecta. Vel papaueris liquor, hoc est opium pariter cum galbano, seu opopanacum, si immittantur & inuoluantur erosis dentibus opitulantur. Facit ad idem bene confectura quæ hunc in modum confit.

Confectio nobilis ad dentes.

Accipe myricæ, quam & Tamaricen uocant, aluminis fissi singulorum semunciam, opopanacis scrupulum unum & dimidium, piperis albi denarium pondo duum contere, & aquæ denarijs duobus gummi excipe, & ad omnium pondus duplum ceræ in aqua calida eliquatæ admisceto, conformato & utere. Pastillus contra dolorem dentium utilis ex his constituitur: Aluminis scissi denarium pondo quatuor, piperis denarium pondo trium, pyrethri denarium pondo duum, liquoris alterci, quod ὑοσκύαμον uocant, denarium pondo quatuor excipiantur aceto, & conformentur rotulæ, quæ in ore contentæ, plurimum opis conferunt.

De dentibus luxatis, & corrosis, gingiuisq; comesis Caput XL.

DEntibus quassatis & labefactatis, exesis q; gingiuis prodest, si loca digito, sequenti puluere imbuto attrectes. Accipe Salis Ammoniaci, aluminis rotundi cuiuslibet denarium pondo duum, myrrhæ denarij pondo unius, effinge in puluerem tenuissimum & cum eius usus postulabit, utere.

Ad dentes corrosos & comesos.

Erosionibus, comestionibusue dentium succurres, si cornu ceruini cremati, Salis Ammoniaci singulorum libram unam, masticches, σχοίνου ἄνθος, id est floris iuncí rotundi odorati, uniuscuiusq; denarium pondo duum, myrrhæ denarij pondo unius, rediges in puluerem & adhibeas.

Aliud, ut dentem digitis uellas, efficiens.

Quòd porrhò dentem molestantem, uel digito adprehensum eximas, probè antea purgatum hoc medicamine circumlinito. Cuius utique confectura ad hunc modum egregiè confit: Rosas, Gallas Asianas, uuam Taminiam, pituitariámue (Græci κάφιδα ἀγρίαν uocant) alumen fissile, sulphur igne intactum hoc est uiuum, piper longum conterito, & rediges in puluerem, deinde cedrini in fundo liquoris libras quatuor, & dilue, ceram insuper adde, & strenuè mollificato, & dentem, ut dixi, perungito.

Ad luxatos siue commotos dentes, Galeni confectio, & Dentifritium.

Galenus in libro de compositionibus medicamentorum κατὰ τόπους ad dentes cõmotos, usus est hac quæ subijcietur illico confectura, quæ & à nobis nõ semel est præparata. Sunt autem de eadem in hanc sententiã eiusdem Pergameni uerba. Aduersus hominis dentes atterentes, & quasi comedentes seipsos experimento cognitum est, eximiè ualere Dentifritiũ cuius descriptionem memoratu non indignum arbumo. Qui præcipuè frigidis dentiũ affectionibus succurrit, siue ex egelidæ aquæ potu immoderato, siue ex adpositu niuis, siue è frigorificis fructibus uel alijs dapibus aut potionibus gelidæ facultatis, sese humores à capite in dentes recipiant. Præstat autem eiusmodi curationes cum humor subest frigidus à medicaminibus pituita è capite elicientibus & educentibus, quos apophlegmatismos dicunt, auspicari, deinde ad hoc, de quo agimus, medicamentum confugere. Nam ubi frigiditas humore destituitur, solo hoc, quod subijciam, medicamen ad pristinam sanitatem rediget. Cæterũ & tum quoq; post apophlegmatismũ eius usus eximiè proficit, quoniã nõ is modò qui negotium facessit humor, sed uniuersa affectio illataq; omnis ab eo iniuria tollitur. Confit aũt ipsius medicamenti confectura in hunc modum: Sumito gemmas herbas, Perdicia dem uidelicet & † sideritim nuncupatas, quas domi, non sub dio sensim, ne Phœbus, ut ita dicam, deurat, exiccato, ita quidem ut medium ad unguem teneant locum inter udum & aridum & eousq; ut conteri & cribro secerni commodè possint. Nimia enim, quàm par sit, tostura uireis amittunt, & corrũpuntur. In alio uerò cacabo, aulàue salem frictũ & alumen fissum cremato, melle Attico cõmixto. Deinde conterãtur denuò: & angustiore incerniculo traiecta rursum gnauiter in mortario cõtere. Nam quo tenuius redditur eò fuerit præstantius & magis salutare. Quo sanè, ficubi incidat usus, tantũ dentes fricando, non adiacentes gingiuas solertim utendum est. Verũ si fuerint humidæ & laxæ admodum gingiuæ ut præsentissimũ ita & summum erit ipsarũ remedium quod arefaciendi uim obtinet, & quo maiore solertia fuerit friatũ tanto cõmodius, utiliusq; gingiuis humectis, contrariæ facultatis aridis. Radices uerò dentiũ quæ post gingiuas incumbunt, perinde atq; ipsi dentes, cum eadem medela perfricandæ sunt. Cæterũ mensura simpliciũ quæ huic cõpositioni indũtur ad hunc modum esto: Duũm herbarũ concrematarum sunto quidem denariũ pondo sedecim, salis uerò fricti cum alumine scisso denariũ pondo undecim. Atq; herbarũ portio siue pondus dum miscentur ante exustionẽ compar esto, salis uerò fricti quadruplum ad alumen, hoc est ad unã aluminis partem, quatuor salis deusti, cæteræ uerò quæ ingrediuntur species comburendæ nõ sunt, sed aridarũ farina subiecto pondere ad unguem seruato. Cymatũ sum mitatũ ue origani denariũ pondo duũ, piperis denariũm pondo triũ, pyrethri denariũ pondo duũm costi, seminis apij cuiuslibet denariũ pondo triũm, Iridis Illyricæ denariũm

† *Alids Merarialem.*

pondo

pondo quinq;, mentæ aridæ, ſeſeleos, hyſſopi, cornu ceruini, uel caprini combuſti cuiusq; denariũ pondo duũm. Quod ſi regi hoc pharmacũ præparare uolueris redde odoratũ cum cinamomi denarijs duobus uel caſſiæ ligneæ uel amomi tãtundem admiſce ad conciliandam fragrantiã. Ipſe uerò luxatis dentibus hac medela & dextrè quidẽ adfui, in qua continẽtur, æris cremati, comarũ, cincinnalis herbæ (quã Græcorũ medici alij ἀδιάντου, alij καλλίτριχον alij πολύτριχον. Romani nunc terræ capillum, nunc ſupercilũ terræ indigitãt) uniuscuiusq; uncia una, aluminis fiſſilis unciæ tres, mali terræ rotundi, (quam ἀριστολοχίαν στρογγύλην Græcè nominãt) unciæ tres, ſpicæ nardi unciæ duæ, malabathri hoc eſt, folij piperis ſingulorũ uncia una, pyrethri quincunx. Rediganturaũt omnia in farinã, quæ gingiuis ad radices uſq; dentium infricetur.

De Angina faucium morbo, *Caput* XLI.

A Dentibus ad fauceis tranſitus eſt, quas interdũ Angina peſtiferũ acutũq; malum præoccupat, & obturata gula, hominẽ omnino ſuffocat. Proinde apud Græcos συνάγχην, quidem (ἀπὸ τοῦ συνάγχειν hoc eſt, à ſuffocando) non iniuria adpellationem obtinet, quoniam grande & acutiſſimum, ut dixi malum ſtrangulatu præſentaneum uitæ diſcrimen inferre adſolet. Quo circa extemplò ei malo medicamentorum præſidijs neceſſariò occurrendum eſt. Verùm quoniam id fieri commodè nequit niſi exactiſſimè morbi cognita occaſione, res cognitionem eſſentiæ eiusdem ægritudinis efflagitat, cauſſas item & ſingulas earundem differentias, aut ſi mauis adpellare ſpecies. Priſci olim Medici pleriq; quãcunq; ſecundum gulam inflãmationem ſiue intrinſecus ſiue foris contractam, Græcè συνάγχην, Latinè Anginam adpellarunt. Verùm eam faucium phlegmonen poſteri in quatuor ſpecies dirimẽre. Internũ enim muſculorum ac gulæ cum rubore feruorem nullo apparente euidenti tumore συνάγχην uocitarunt. Foris uerò faucium muſculis inflammatis παραυνάγχην. Eodem modo & in gutture inflammatis interioribus muſculis κυνάγχην. Exterioribus uerò παρακυνάγχην adpellauerunt Græcorum Medici. Noſtri Anginan nuncupant indiſcriminatim ſingulas, niſi quum Græcè dicunt Synanche, Paraſynanche, Cynanche & Paracynãche. Nunc morbo in ſpecies diducto ſingularium ſpecierum, ſingularum curandi rationem competentem ſubijciam.

συνάγχη. παραυνάγχη. κυνάγχυ. παρακυνάγχη.

Anginæ curatio.

In uniuerſum itaq; ſciendum, quod in hac faucium affectione non modò quæ reprimendi, uel quæ digerendi & euaparationem ciendi uim habent, medicamentorum auxilia adplicanda ſunt. Sed promiſcuè ſunt eadem adhibenda. Temporis quoque oportunitatem ſtudioſè obſeruare conuenit, in qua uidelicet nunc Diaphoreticis, nunc reprimẽtibus, nunc promiſcuè utrisque utendum ſit. A principio itaque affectionis quum etiamdum materia influxu eſſe uidetur, & ipſa adhuc ſubinde decurrit deſtillatio, reprimẽtibus aſſatim illico occurrẽ

currendum præcipio. Quod si malum in summo uigore extiterit, dissipan-
ἀκμὴ. di & discutiendi uiribus præditis (Græci ea διαφορητικὰ nuncupant) utendum
est properè medicaminum præsidijs. Si remittitur iam morbus, quod quidem
παρακμὴ. tempus παρακμὴν Græci cognominant, multò tunc ualentioribus diaphoreti-
cis uti medicaminibus congruit. Nonnulli etenim solis, quæ omnes iam Græcè
uocare chalastica, hoc est relaxantia consueuerunt remedijs siue intra in corpo
re, siue foris usi magnã calamitatem machinati sunt, auctáq; uehementius caus
sa, uel strangulatum, uel incrementum phlegmones, ita quidem ut pleriq; ægrè
euaserint, magna uerò pars è uita miserabiliter discesserit. Neq; enim uero tem
pus solum (cui sani seruiendum est) sed & medelarum uires perpendendæ sunt.
Ficulneis nanq;, ut ita dicam, mortalibus, & corporis constitutione tenera, & de
litijs deniq; delibutis remedia delicatiora, nõ adeò uehemẽtia, blandiora, seu mol
lia, & clementia cõpetunt. Verbi caussa, Eunuchis, fœminis, maribusq; candido
corpore præditis. Contrà ualentioribus medelis, duris corporibus & atris subue
niẽdum est. Nam perinde atq; in rigidis & robustis medicamentorũ auxilijs, e-
iusdem notæ ipso quoq; existente corpore, morbus facile succumbit. Ita corpo
ra mollia & delicata, dum remedia uehemẽtis potentiæ ferre non possunt, natu
ra succumbente, ab ægritudine promptius suppuratur. Quo circa curiosè ani-
maduertendum est, sedulaq; adhibenda est manibus ac pedibus opera, ut iuxta
Hippocratis sententiã, contraria contrariorũ sunt medicamenta, affectioni sem
per hostilia adplicentur subsidia. Corporis uerò constitutioni peculiaria & ami
ca, aut ea certè quæ sustinere optimè queat ipsa natura, offerre expedit.

Simplicia medicaminum Angnæ præsidia.

Faciemus itaq; principio simpliciũ & lenium auxiliorum, quorum usus pro-
batur mentionem. Mox etiam ualentium, & eorum quæ commixtionem
nullam efflagitant, ab hoc quæ confecturæ διὰ μόρων permiscenda sunt. Non est
igitur simplicius ferè quàm id quod ex succo morum & melle cõstat. Quod sanè
auspicanti tonsillarum inflammationi, uuæ & gulæ præsens est auxilium, & ut
paucis multa expediam, omnibus oedematis mediocribus, præsertim homini-
bus mollioris carnis & candidi corporis. Compositum autem medicamentum
διὰ μόρων non inter morbi initia solum, uerùm in summo etiam uigore, condu-
cit, inflammatione obsessis, ualidum nanque est, & uireis dissipiendi habet non
leues, maximè si myrrha adiecta sit. Sunt etiam non pauci qui id à principio sta
tim morbi cum myrrha compositum ministrent. Satius uerò est, & longè con-
ducibilius ut in consistentia offeratur, quoniam humores digerit & dissipit, aut
euaporationem conciliat. Quod si tum uel pauxillum διὰ πηγάνου ἀγρίου, hoc
est, confectionis rutæ syluestris, (nos uerò ita interpretamur διὰ βοτρυος) adijci-
atur, uel aliud quodpiam huius notæ antidotum, quod digestionem euapora-
tionémue promoueat longè maioris fuerit efficatiæ. Quũ uerò inflammatio
illa feruida, duricie loci persistente cœperit discedere, sulphuris uiui nonnihil &
nitri

nitri tantundem confecturæ ad διαφόρησιν excitandam admiscendum est. Si crassi, densíq; humoris quidpiam subsit, satis fuerit, si nitri denariûm pondo quatuor, sulphuris igne intacti denarij pondo unius adijciatur. Vbi uerò ita affecti medicaminis acrorem mordicitatemq; nõ sustinere modò nequiuerint, uerùm uentriculus, quem Græcè στόμαχον uocant, reddatur imbecillior, aut subuertat penitus sumpto remedio, deuitandum omnino erit nitrum ac sulphur usq; dum ἐντιάδες, hoc est, tonsillæ, quæ, quoniam locus cui adiacent, ischmo similis est, παρίδημιαι adpellantur, ungento prius perungantur. Absoluit autem hæc munia satis strenuè sola διὰ βυσσοῦ confectio & mixturæ siue pulegij, siue origani, siue nepitæ, quam καλαμίνθην Græci uocant, seu hyssopi, seu piperis. Ad domandam uerò eius asperitatem, neguttur ac fauces lædantur, liquor glycyrrhizæ cõmodissimè admiscetur. Hactenus de suauibus & innoxijs medicaminum præfidijs his qui ualentiora sustinere non ualent impendiò conducibilia. Cæterùm ut eum qui huius sortis aliquod præparare medicamentum statuerit, quærendi & alia uolumina euoluendi tædio laboreq; leuarem, operæprecium me facturum putaui, si singularum confecturas deinceps oculis tanquam in tabula subijcerem.

Confectura dicta Moron, hoc est ex Moris, simplex & alia pleraq; contra Anginam remedia.

Confectio διὰ τῶν μόρων simplex, cuius usus est medendis anginis, ad hunc modum constituitur: Succi mororũ sextarios quinq; donec mellis liquidi cõtrahat crassitudinem decoquito. Deinde mellis sextarium unum adijcito, tantisper dum mellis densitatẽ obtineat denuò elixato. Verùm id obseruandum perpetuò, in hac affectiõe, ut ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, id est inter mali exordiũ ea quæ reprimendi uim habent, ἐπὶ τῆς ἀκμῆς hoc est summo uigore, quæ digerendi, ἐπὶ τῆς παρακμῆς, quo est in declinatione, quæ leniendi phlegmonem mitigandiq; facultate prædita sunt, adhibeantur.

Alia confectura Diã Moron composita.

Διὰ μόρων confectio succi mororum sextarius unus, croci friati, myrrhæ uniuscuiusq; denariũ pondo duûm, succi ex acerbis uuis expressi, quod Græci ὀμφάκιον uocãt) tosti & in puluerẽ redacti, aridarũue uuarũ denarij pondo unius, aluminis denariũ pondo duûm, mellis sextarius dimidiatus. Arescat aũt succus mororũ per horam unam, deinde igni admotus reddatur nonnihil spissior. Mel uerò iniectũ ad tertias decoquito, & ubi gelascere cœperit, pulueres quoq; injce, & ficubi incidat usus, utere.

Alia commixtura Diã Moron Galeni.

Compositionem διὰ μόρων Galenus ad hunc modum construit: Mellis libra una, succi mororum heminæ quinq;, uini austeri libræ quinq; misceantur. Sed ut ad superiora reuertar, si oleum illud ex oliuis acerbis & immaturis ad manum non sit, succum injce, sed succos prius seorsim usq; ad pinguedinem bullito. Deinde immissos simul elixato quò usq; mellis cõtrahant spissitudinẽ, tũ denig; insere puluerẽ, et denuò tantisper dum omnia cõmisceantur decoquito. Ha-

ctenus quidem de succis mororum arborcorũ. Quin & mororum de rubis succus eodem modo adomatus digna admiratione designat. Succus itidem malorum cotoneorũ, malorum Punicorum, pirorum nondum maturatorum, item de mespilis, sorbis ac prunis, mirificè conducit. Satis aũt manifestè liquet quòd tam austeris & astringẽtibus fructibus semper, pars mellis admiscenda est. quã doq; ad unã succi duæ mellis partes, nonnunq; tres. Sunt uerò hæc oris uitio laborãti ualde conducibilia auxilia, unde & uulgo appellata sunt σωματικὰ, quæ adglutinata citra periculũ iuuant & si parũ tumoribus opis cõferant. Atq; hisce cremoribus succisue ea quæ διὰ μόρων confectionem ingrediuntur sunt admiscenda. Succus præterea de nucum corticibus pusillo his efficatior est. Rubotum item & malorum Punicorũ cotoneorumq; commixturæ. Nam stomachum roborandi summas ac præcipuas uires obtinent. Conflt aũt διὰ καρύων cõfectura hoc modo.

Confectura Diâ Karyon, hoc est, ex nucibus.

Mense Augusto confectura διὰ καρύων fit hoc modo, nucibus lectis, cortices exteriores detrahito, & in mortario ocyus cõtundito, & colato, magma abijcito, succum mediocriter decoquito. Pauxillumq; mellis perinde atq; in cõpositione διὰ μόρων recensui, adijcito, & denuò ad mellis usq; consistentiã elixato. Verùm si cui illa citra additamentũ hauriẽda uideat. Miscere infantibus, mulieribusq; & intra affectionis principiũ, expedit. Myrrha uerò ammixta in summo quoq; morbi figore, adiecto sulphure & nitro, item in mali remissione, & quibus, quemadmodum demonstratũ est, durities uel obturationes fauces occupant. Hactenus de confectura διὰ καρύων satis, ueluti & de διὰ μόρων & aliorum fructuũ. Neq; de his duntaxat, quæ recensuimus, medicamentorũ præsidijs usi sumus, uerũ quibusdam etiã alijs, quæ in curatiõe Anginæ summis uiribus pollent, quorum deinceps mentionem facere statuimus. Ab efficacissimo itaq; & admirandi admodum in hac affectione adminiculi, medicamento, quod plurimos à periculis maximis uindicauit & sanitati pristinæ restituit, auspicabimur. Cuius equidem eximiam uirtutẽ sæpius experimẽto cognoui. Constat id aũt ex ireos, piperis, croci singulorum uncia una, floris syluestris Punici (quẽ βαλάυσιον Græcè uocãt) unciis duabus, coriarij fruticis, quem Rhun obsoniorum dicũt uulgo rorẽ Syricacũ, Arabes Sumach, denarijs sex, uini sextarijs tribus, defruti sextario uno, mellis libris tribus, aluminis uncia una. Rediguntur hæc cuncta in confecturam, & ea ficubi incidat usus adhibẽtur. Et eius quidem remedij nullo non tempore, tempestiuissimus est usus, præcipuè si quid uel calfaciendum, uel obstructione immodica expediendum & subtiliandũ. Hic summũ sanè & efficacissimum præstat subsidium. Comparem ego potentiam re ipsa, & experimento cognoui, eius confectionis cui nomen διὰ βησσασὰ (quoniam besasa id est, rutam syluestrem habet) est inditum. Nuncupant autem eandem alij quidam διὰ χελιδόνων, hoc est ex hyrundinibus confectum, & δι' ἄμμαλε, ita enim nõnulli

besasa

besasa hoc est rutam agrestem, alij μῶλυ denominant. Est uerò id præsentissimum contra pestiferas, acutissimasq; & conclamatas iam anginas amuletum, in quo sunt.

Διὰ τῦ Βησασᾶ, id est ex ruta syluestri medela.

Constat Διὰ Βησασᾶ seminis anisi, apij, ameos floris rotundi, iunci odorati, alumínis fissi, ireos Illyricæ, Besasa, quæ à quibusdam harmala uocatur. Est uerò ruta syluestris, cassiæ, thuris, crocomagmatis, rosarum aridarum, singulorum uncia una, pullorum hyrundinum crematorum cineris recentis unciæ quatuor, croci sequiuncia, spicæ nardi, amomi cuiuslibet unciæ quatuor gallarum numero †nouem, melle sufficiente excipiuntur, & usui repostulante adhibentur. Hoc medicamine solo licet in medijs adflictionibus uti, circuncidere autem id (in morbis medijs, aut imbecillis) expedit, adiectis his, quæ potentiam ipsius infringere possint, nempe milio, rosis aridis, terra astere, aut creta lemnia terráue signata, aut polenta farináue hordeacea, & id genus similibus, pro eo quod magis tibi ad ista expedire uidebitur. Pari modo ficubi incidat usus, ut uireis eius sint impensius roborãdæ, admoueatur nitrum, liquor cucumeris syluestris, quod elaterium uocant, fimus palumbinus, nunc crematum, nunc ignem non expertum. Quin & stercus canum, ossibus aliorum, ficubi candidi sit copia, admisceto. Quo si oletulum hominis adijcias incombustum non parum efficacius reddas remedium. Porrhò & ipsa quoque tempora in miscendis medicaminibus sunt curiosè perpendenda. Verbi caussa, Sal Armoniacum, quod per se non reprimendi tantummodo, sed & διαφόρησιν hoc est, digestionem & euaporationem inducendi facultatem obtinet, si radicem uitis albæ (quam Græci ἄμπελον λευκὴν, & βρυωνίαν nuncupare solent) adijciat quis, multò uehementius diaphoreticum efficit remedium. Cuius itaque notæ medicamenti usus in illis ut plurimum commendatur, in quibus nullo rheumate decurrente, duricies grandis cum loci inflammatione deprehenditur. Gargarismatis item, ex sinapi de more tanquã ad manducandum præparato, & oxymelite tepidis utendum. Tum Διὰ Βησασᾶ denique confectura illita mirificè scirrhosis inflammationibus succurrit. Nam in rheumatismis, hoc est, fluoribus, citra controuersiam omnibus reprimendum obnixè quod fluit, & id quod sese in aliquẽ locum recepit, quasiq; insinuauit digerendum & discutiendum, ne instrumenta spíritus obturentur, néue ex toto laborantem strangulet, id quod suffocationem quæ ex obstructione inducitur, frequenter comitatur. Efficatius uerò linimentum quæ ex obstructione inducitur, frequenter comitatur. Efficatius uerò linímentum efficiunt, tria hæc Διὰ Βησασᾶ antidoto admixta. Verbi caussa canini stercoris, oletuli humani, succi cucumeris syluestris unius cuiusque denariũm pondo duũm uncias diabesasa. Vel etiam quandoque amplius, semper pro languentis robore & corporis habitu, quæ nunquàm non uelin oculis habenda sunt. Noui ego quidem complureis, quibus fauces ad pristinam omnino habitudinem atque formositatem reuersæ sunt, hoc unico utilissimo medicamine, faucibus adhibito, citra uel sanguinis qualemcumque emissionem, uel

† Alids unciã.

aluipercatharticum ſubductionem, uelullum, ut ſemel dicam aliud medicamenti præſidium. Quod ſi quiſpiam tanquàm abominabile & execrandum ſtercus humanum auerſetur, nauſeat, horreatq; penitus, elaterium cum ſtercore canino ſolum melle exceptum & tonſillarum inflãmationibus, quæ Græci παρισθμίας dicunt, anginisq; illitum ſatis, ſuperq; auxilij ſuppeditat. Verùm ſi nequit linimentum appoſito fieri, per harundinem, ſiue cicutam idem cum ſpiritu indere conuenit. Quo autem ſtercus minus tetro odore ſpiret canis per triduum ſolis oſſibus ueſcat, ita cunibit ſtercus candidum & minimè graueolẽs.

Aliud: Cum Raphani porrhò ſemine oxymelite excepto gargarizare in Angina comprimis expedit: proliciendo enim atq; educendo per multum humoris plurimùm proficit. Aliud: Pix liquida & nitrum adiecto melle, & exiguo cedrino liquore, anginis, quum diuturnis, tum ſcirrhoſis faucium inflammationibus ſubueniunt. Aliud Gargariſma: Folia ſalicis in aqua uſq; ad coloris metamorphoſim elixato, & gargarizandum propinato.

Aliud Gargariſma.

Furfuris & aridarum ficuum (quas carycas dicunt) elixationem præſertim ſi inflammatio fauces ab initio occupet, gargarizandum exhibe.

Aliud: Iure quoque lenticularum & dactylorum, precipuè ab affectionis primordio fauces gargarizare expedit.

Aliud uel de conducibile.

Accipe æris cremati denariũm pondo quatuor, nitri, crocicuiuſq; denariũ pondo duũm, mellis quantum ſatis eſt. Quæ modicè in uaſe æneo elixato, & utere. Mirè enim id uel in ſummo malí uigore adhibitum proficit.

Aliud: Abſythium item cum melle decoctum opis confert plurimùm.

Aliud ad anginas non hulceratas: Aduerſus Anginas hulceris expertes, & diutinas ſyncopas, utile eſt medicamẽtum, quod habet, Euphorbij denariũ pondo duũm, mellis denariũm pondo octo, cum melle. Cæterùm mel ipſum primò decoquatur probè, deinde inijciat & euphorbium, & conformẽt globulí, quos perungito ouo, & duos deglubendum miniſtrato uentrem laxant & ſtrangulatu liberant. Efficaciſſimum enim eſt hoc, aduerſus anginæ tenaces item & uiſcidos, craſſoſq; humores, quibus phlegmone accenditur abſq; hulcere remedium.

De ſanguinis miſſione, per uenas, & cucurbitulas, deq; purgatione corporis in Angina.

Inquacũq; Anginæ ſpecie, ſi uires patiuntur primùm à detractione ſanguinis per uenas neceſſariò auſpicanda eſt curatio, neq; uerò ea largior ſtatim imperanda, neq; ſemel modò ac iterum uena ſecanda ſed exilior ſanguinis dimiſſio, una quidem uice, ſubinde uerò iterata, probanda eſt. Noli uerò, auertendi cauſſa aliã cp ex affecta parte uenã ptundere. Verũ ſi parte dextra dolor magis excruciat eodẽ ſtatim latere uena ter quater, ut dixi, non copioſè ſoluenda eſt.

Summo

Summopere cauendo ne uenisecæ opera, angor aliquis inuehatur: quoniam uix quicquàm angina affectos magis lædit, quàm quæ ex importunè uel profundius, uel alioqui ineptius adacto scalpello preuenit angustia, & ea quæ comitatur inde molestia. Quod si nullum impedimentum obstiterit sublingua uenam uulnerare expedit, idq; protinus inter morbi initia primo die, quoniam non sine magno discrimine procrastinabitur. Vidi equidem quendam cui dira urgente necessitate sanguis mane per uenam missus est, & uespera demum uenis sublingua uulneratis, senusq; exhibito in ptisanæ cremore diagridio, morte proforibus excubante ægerrimè tandem euasit sanguidus. Nouimus prætereà alterum cui primo statim die, intra mali primordia sectis utriusque brachij uenis, medicamentum purgandi ui præditum miscuimus, & tithymalli recentis herbæ, iam iam decerptæ expressum liquorem. Erit autem huius potionis non inconueniens datio denarius unus, uel largior, uel exilior, pro corporis uiribus, ætate & morbi magnitudine. Nam hæc uirtuti ualidæ, ætate iuuenili & robustis congruit. Si morbus inter incrementum nõ terminetur, tum omnis mora rumpenda est. Vidi nanq; ægrum ad integram sanitatem reuerti, uenis sub faucibus, quas Græci φαγίτιδας uocant, cum illæ sub lingua ad manum non essent, neq; reperiri possent incisis. Mulierem insuper ijsdem fermè temporibus angina laborantẽ cognouimus atq; curauimus, sanguinẽ per sectam uenã sub malleolo detrahendo, intellexeram quippe menstruis eam purgationibus destitui proinde magis conueniebat ei sanguinis illa dimissio. Atq; inde quidem geminum sensit auxilium: nam & Angina ritè curata conualuit & menses in ordinẽ redacti ceu postlimínio reuersi sunt. Aperienda etiam uiris sub malleolis interdum uena est. Quando uidelicet uenæ, quas αἱμορροΐδας Græci uocant, solenniter fundere sanguinem solutæ supprimuntur, & sanguine exitum non habente, reclinata in fauces materia angina correpti sunt. *Historiæ.*

De sanguinis detractione per cucurbitulas.

Illud hîc loci ignorandum non est, quod in hac faucium affectione scalpello scarificandum & cucurbitulis adpositis sanguen necessariò detrahendum est. Quum uidelicet materia decurrens constitit, plenitateq; omni non tam caput quàm uniuersum reliquum corpus planè destituitur. Materia enim etiamdum decurrente, & hinc inde destillante rheumate partim ea quæ reprimere, partim quæ humores exhaurire, & è medio profligere nata sunt, admoueri expedit. Quiescente uerò, quæ officium faciebat defluens materia, ea quæ digestionem & euaporationem, Græci diaphoresim dicunt, emoliuntur adhibere competit: nempe cucurbitulas, fotus, emplastra & cataplasmata. Quũ neq; ullum periculum neq; timor ullus est ingruentis, aut superueniẽtis succi. Quoniam quæ prius molitur euacuatio, scarificatioq; per scalpellum materiam magis magisq; prolicit atq; deducit.

Quæ

Quæ in Anginæ foris sunt admouenda, quum in fomentis, tum in cataplasmatis.

In curatione Anginæ fotus quoq; & cataplasmata quæ foris ceruici applicari consueuerũt enumerãtur, uerbi caussã, lanæ oleo delibutæ, uel cerata mollia excera, butyro, oleo anseris adipe cõpacta sunt. Sunto autem καταπλάσματα eius facultatis quæ admota diaphoresim propediem prolicere, & humorũ digestionẽ promouere ualeãt, uerbi caussã, ex farina hordeacea, è semine lini, dactylis in defruto elixis, croco, & mica panis simul decoctis. Vitãda uerò magnopere censeo cataplasmata quæ nullam aliã cẽp laxandi potestatẽ possident, ueluti & ea quæ immodica reprimendi ui prædita sunt. Quod si diuturno iam tempore pseuerauêre & duriciẽ contraxêre inflãmationes, fycus aridas, carycásue admiscere cõpetit. Neq; etiã fuerit absurdũ, imò conducibile si rumecẽ adijcias, adipem item & paululum nitri. Extirpanda etem̃ materia, foris q; euocãda quo & ipsa natura tendere, ut se exoneret, uidetur. Fotus prætereà in diutinis affectionibus & scirrhosis tanc̃p perutiles probant̃: nempe ex aqua calida in qua Chamæmelum herba & Althæa quæ & Hibiscus dicit̃, macerata sint atq; elixa. Longè uerò præsentiori fuerit remedio, si folia lauri adijciãtur, potissimũ ubi gelidi humores subesse & inhærere conspiciuntur.

Nutriendus laborantium Angina.

Qui Angina infestantur primo ad tertium usq; diem aqua mulsa uictitẽt & alijs aquosis quæ subtiliare, & urinã ciere, aluũq; deducere assolẽt. Exhibẽda prætereà sunt, uuæ pulmoni & pectori uniuerso amica sunt, & eò tendant, easdemq; parteis & quicquid inibi cõtinetur extenuãt. Mulsam igitur per triduũ ut dictũ est, imprimis offerre congruit. A quo succus ptisanæ uel per se, uel cũ aliqua portiõe dulci miscendus est. Præditus est em̃ is potentia, attenuandi, discutiẽdi, alendi, & feruorẽ deniq; refrigerandi. Deinde inflammatione cõminuta & ut cũq; iam extenuata necesse sum est, permollia quidem, sed pauca admodũ ouorũ lutea exhibeant̃. Alimẽta em̃ immodica in morbo Anginæ suffocatio, & grauius denuo periculum comitat̃. Vitanda est em̃ cane peius & angue omnis alimẽtorum nimietas, quoniã inde summa incõmoditas Nam quũ immineat quẽadmodum adparet ex frugaliore nutrimento non leue discrimen, quanto dijboni grauius incumbit, sumpta copiosiore alimonia. Hactenus de Anginæ quacunq; specie satis: non multũ em̃ ne nihil dicã quod uel ad uictus rationẽ, uel mali seminariũ, uel ad curandi deniq; rationẽ attinet silentio prætereritũ esse puto. Verũ si quid prætermissum uel intactũ, uel minus absolutum uidebitur, id aliorũ quoque medicorum monumenta euoluendo partim plenius haurire, partim & quidem pleraq;, si sagacitas non desit, ex his secum conijcere.

Finis Libri Primi Alexandri Tralliani de humani corporis partium uitijs, ægritudinibus, iniurijsq;.

Di

ALEXANDRI TRAL-

LIANI, PRAECELLENTIS MEDICI DE SINGV

LARVM CORPORIS PARTIVM AB HOMINIS VERTICE ad plantam usq; uitijs, ægritudinibus & iniurijs Liber Secundus, Albano Torino Vitodurensi interprete.

De morbo costali Pleuritideue Caput. I.



Lateralis dolor qui πλευρίτις à Græcorum Medicis nominatur, acutissimum & plerūq; lethale malum est, quod ex abscessu, suppuratione q; interioris membranulæ costas ambientis oritur. Qui sanè Pleuritis exquisita, ueráue adpellatur. Neq; etenim quiuis πλευρᾶς πόνος, id est Lateritius dolor, statim πλευρίτις nuncupādus est. Verùm Pleuritis ad unguē inflammatio quædā est (ceu modò insinuauimus) in latere dextro siue læuo obórta, in ipsa laterali mēbranula costas succingēte, cui lateris dolor, difficultas anhelitus & tussis, & febris acutissima accedit, adiacens proximè cordi, unde per consensum febris accenditur.

Notæ Pleuritidis ueræ.

Vbi itaq; in languente febrem acutā, spiritū impeditū, lateris dolorē cum punctura nūc ad iugulum, nunc ad præcordia pertingentē, & tussi deprehendens, uerā pleuritim iudicato. Febricitāt etenim semp febre cōtinua & acuta, spiritusq; trahit ægerrimè. Quibus uerò in iocinore inflāmatio est his latus distendit, et p cōpatiēdi rationē dolore, et tenore afficiunt, tussiculaq; dolet & per cōsensum pulmo, cæterū punctiōes nō incessant, ueluti pleuriticos neq; arteriarū pcussus adeò durus. Dirimunt enim non leui discrimine, doloris & pulsus. Siquidem pleureticorū arteriarū percussus durus ac rigidus est. Hepaticorum uerò minimè durus, quemadmodum neq; eorū qui pulmone laborant: nam quod uiscera mollia sunt, nullo huiusmodi afficiunt. Quin & tussi quoq; nam quod uiscera mollia sunt, nullo huiusmodi afficiunt. Quin & tussi quoq; dissident, pleuritide & iocinore affecti. Pleuretici nanq; exigua quidē tussicula dissident, pleuritide & iocinore affecti. Pleuretici nanq; exigua quidē tussicula uexantur sed progressu temporis sputum admodū tinctum excreant, unde euidenter quis humorum inflammationū sit parens tanquā in speculo cernitur.

Qui ex sputo humorem negocium exhibentem deprehendas.

Ruffo etenim colore sputum, sanguineū humorē phlegmones seminariam arguit. Quemadmodū si lutei coloris fuerit, bileum humorē inflāmationis parētem innuit. Si candidum & tenax aut uiscidū sit, quod expuitur, ex pituita malū emergere, ueluti si atrū & furuū reddit sputū ad atram bilē causam referendā esse declarat. Cæterū nolim te latere q̄d pleuritici quādoq; tussiendo etiā, nihil sputi excreant. Proinde non cōtinuo, ut quidā putant, eos q tussiūt & nil saliuæ p̄iciant nō pleureticos, sed iocinorosos iudicare. Accidit etenim nō rarò, ut pleuritide laborātes crudis & nō facile execrabilibus sputis, saburra ti ne gry q̄dē eijcere possint, & ei p̄cipuè q̄bus summū uitæ discrimē p foribus est

est. Solet uerò interdum sub nothis & infetioribus costis inflammatio incidere thorace nihil impetito. ueluti quũ foris ingruit phlegmone, unde sæpe medicis imponitur. Neq; enim quicquam sputi eiiciunt, sed plurima infestans materia nisi euaporet in abscessum, licet ægerrimè, commutatur. Color itaq; singulorum non incuriosè obseruandus est. Iocinorosi enim, ut plurimum uultu ualde lurido sunt, id quod in pleuritide rarenter admodum euenit. Nam rubea plerunq; facies hunc morbum comitatur. Huiusmodi igitur notis oportet pleuriticos ab hepaticis discernere.

De curatione Pleuritidis.

Caussa itaq; & natura grauissimi huius letalisq; morbi acurata perpensione prius obseruata, datur Pleuriticis succurrere. Nam si sanguis abundat & ex eo humore oritur inflammatio, confestim mittendus est, præsertim quũ in supernis consistit partibus, ita ut humeros infestat dolor uehementissimus. Atqui si horum nullo infestante, dolore sub septo transuerso, quod διαφράγμα Græci dicunt, excruciant, uenter purgante medicamẽto deducendus est, quẽadmodum demonstratum est ab Hippocrate, docente: Noli inquiens, per uenam sanguinem detrahere, uel cathartícam medicinam præbere (ut quidam consueuerunt,) priusquàm ad unguem quisnam humorum inflammationem induxerit pernoueris, & cuius nam dominiũ immẽsaq; redundãtia sit in toto corpore. Pleraq; etenim etiã alia corporis plenitatem insinuabunt, & fomenta eisdem partibus admota. Nam si ex fotu marsupiorũ dolores demulcentur & ita sedantur, ut euidẽtem sentiat remissionem langũidus, inflammationẽ non natam censeto. Atq; ita quidem solis fomentis & localibus adminiculis, quæ díaphoresim, id est digestionem & euaporationem inducant, utere. Si horum nihil usu ueniat, imò dolores magis magisq; ingraueścant, ad uehementiora transitus esto. Nam hæc corporis plenitatem portendunt, & calfactas fomẽtis partes materiam etiã atq; etiã attrahere. Quod quam primũ olfeceris, cítra omnem dilationem, præ cunctis alijs remediorum subsidijs euacuationẽ probabis. Quæ uerò accommoda futura sit medendi ratio, deinceps, quanti possimus studio explicabimus. Reperiuntur etenim indigni sanè nomine Medici, qui negant purgãdos esse pleuritide affectos, atq; ob id tanquàm pernicioſum malum expurgationes deuitant. Sanguen uerò per uenas detrahendũ uno ore omnes iudicant, id enim inculpatum & omnis perniciei expers esse autumãt. Illud uerò scitu omnino dignum esse arbitror, quod pleriq; auspicatò satis, quũ aliâs, tum maximè in quibus sanguis non multum abundare uidebatur scarificationem usurparunt, & cute scalpello incisa, extemplò cucurbitulam, ad extrahendum exímo quicquid noxij humoris intus lateret, adplicauerunt. Qua re uix absoluta, ne dicam inchoata, mirum dictum quàm cotinuo, nullo alio medicamine adhibito, dolores ita quidem profligati sunt, ut neq; ullis fomentis, neq; quoquam alio medicamẽti præsidio esset opus. Suspexêre id summè ma-

num

num admouentes medici. Præstantissimũ itaq; & longè præsentissimũ meden dis his, quos nulla plenitas urget, id fuerit auxilium. Cæterũ quod ad fomentati ones attinet, singulis humoribus redundantibus singula fomẽta despicio. Nam si sanguis copiosior æquo abundare uidebitur, fotibus arefacientis & digerentis naturæ citra tamen immodicã calfactionem utendum censeo. Verbi caussa ex milio & panico. Si bilem humor dominari creditur, spongiæ aqua calida, uel iu re chamæmelino imbutæ, & de more expressæ adhibẽdæ sunt. Si pituitosus hu mor excedat, eosdem ex salibus, foliis lauri, uel eruo frixo, uel lanula oleo anethi no intincta compingo. Atræ bilis de niq; succo naturæ modum superãte, fomẽ ta ex tritico, furfuribusq; elixis, & decocto chamæmelino approbo. Quin & ole um chamæmelinum fomentationes eximias, & tantum noncontra omneis do loresidoneas, constituit, uerùm omnes hi fotus in cunctis doloribus proficiunt. Quod si res uehementiora calorifica efflagitet, radices althææ, & loco olei cha mæmelini anethinum admiscere expedit. Cæterũ fouere quempiam posca, po tissimè quadamtenus uellicante acrimonia, nullo modo cõuenit, reprimit enim ac reijcit negocium præstantem materiam. Atqui exiliore acrimonia prædi ti fotus, inflammationes eliquant & fluidas reddunt. Adhibere itaq; cerota soleo, & fomentatiões nihil mordicantes, ex seuo seu adipe, præsertim inter principia Vbi uerò concoctionis quædam incipiunt apparere indicia, cum calorifica licet usurpare medelarum subsidia. Verbi caussã διὰ μελιλώτου hoc est, ex sertula Cam pana confecturam uel sine additamento per se, uel adiecta adipe suilla. Ruta iti dem & διὰ πηγάνου hoc est ex ruta cõfectum medicamẽtum, nã id haud inst renuè inflammationes quantumuis altas coquere & digerere quum per se, tum cum alijs admixtum poterit. Mulsa uerò aquosa (ut demonstratum est ante) huber tim omnibus pleureticis sine discrimine ingurgitanda est. Præsentius etẽ nul lum reperias in hac affectione remedium. Verùm si febris immensa excruciat, nihil refert, si loco Mulsæ aqueum ἀπομέλι, quod inter mulsam & oxymeli medi um locum habet ministres: conducit enim. Quo circa utraq; subinde potanda sunt largiter, potius quàm leuiter sorbenda, & obiter lambitanda. Quo pituita impacta, promptius per sputũ ejiciatur. Quod si tenacior pituita inhæserit, nec facile fuerit excreabilis, hauriat oxymel, in cuius elixatiõe cõtineatur marrubiũ. Indoloriũ prætereà medicamentũ διὰ κωδείας, hoc est ex papauerũ capitibus cõ formatum, & id præter eà quod uulgo uocatur Philoniũ, uel aliud id genus ano dynũ, hoc est cruciatus demulcens atq; stuporẽ inducendo leniens, quoniã sum mũ periculum inducit, nempe proijciendi humores magnã uiribus omnibus de iectis & omnino extinctis, difficultatẽ. Quando eñ crudis & indigestis corru ptisq; humoribus dolores superuenerint, nocturnæq; uigiliæ intollerabiles in gruerint, robur uerò inest minimè ficulneũ. tum sanè consentaneũ & rationabile fuerit, robur quod ex uigilijs erat usq; ad pernicié deiectum, restituere. Si con trà ualde imbecilla fuerit laborantis uirtus, potus stuporẽ inducentes, (quos νεφ ροτικοὺς dicũt) ne per somnũ quidem, ut aiunt, admittendi sunt.

Fmenta.

Qui tenax pi tuita dicatur.

De edulijs Pleuriticorum.

Succus proinde ptisanæ probè donec quicquid flatulentum insit euoporet, decoctus cibi loco offerendus est. Nisi enim scitè ac optimè elixetur, præcordia (sii utiq; ὑποχόνδρια reddo) flatu haud aliter atq; cætera legumenta distendunt. Etsi ægerrimè uix tantillum per sereatum eijciant Pleuritici, cum ptisana amygdalæ mundatæ & tritæ decoquantur. Ita sanè plus sputi eliciet atque deducet humorum qui in pectore saburrantur. Porrò si pauxillum duntaxat febrierint in hac affectione constituti, & inflammationis calor paululum se remiserit, Vrticæ, (quæ Græcè ἀκαλύφη adpellatur) semen ptisanæ confidenter admiscetur, uel pariter cum ea hyssopus decoquatur: Sic utique superflua & negocium facessans materies crassa & uiscida poterit extenuari & incidi. Liquor adhæc amygdalarum cum exiguo mellis permixtus pleureticis exhibendus est. Præstat uerò ut matutino sumatur succus ptisanæ. Vespere uerò lac amygdalarum. Vbi uerò uireis ægrotantis deiectas deprahendis panis puri micas cum apomelite, uel dulci hydrorosato, id est rosarum aqueo syrupo. Nam ea potio quæ uini loco præbetur, cognomento hydromalum, frigorifica quidem est, sed febres incendit, & ita caput tentat ut mentis uacillationē inducat. Satius itaq; fuerit robore ægri deiecto iuris boni pauxillum sine oleo exsola gallina offerre.

Ciclus. Et quanto tibi uidebit imbecillior languidus, tanto minus exhibeto. Fastidienti quoque paululum offerendum est. Pisces etiam dari eō uenit, præsertim Ciclas, quem aliqui Ptisanā marinam adpellant quoniā non adeò duræ est carnis, & humidæ temperatæ, & facilis coctu, & excrementi sua natura expers, & proinde minimè despiciēdus est cibus, præterea pectines. Omnes uno uerbo cutem testeam habentes uitandi sunt, tanq; crassiores generātes, ne humores difficulter excrebiles reddant. Si paciētis lingua scabredine & asperitate careat, febricula aq; igna ua tantum & leuis infestet, interdicenda sunt holera. Sin salebrosa fuerit lingua,

Aerba inimica pectori. sitisq; intensa & febris immensa nihil neq; maluæ neq; intybus in iure elixa offerre exhibita possint. Expediūt etiā mala dulcia: Mala uerò Punica & omnia acerba ueluti hostilia pectori uitāda sunt. Gelida itidem & siccifica, omnesq; breuiter quū fructus, tum holera. Aquā proinde calidam potui offerre expedit, neq; eā ut quidam autumant bilem parit. Nam qui eam opinionē cum Hippocrate tueri uoluntur, falluntur. Neq; rectè accipiunt quid ille dixerit: Qui suaptè natura inquit calidi temperamēti sunt & aridi, hoc est biliosi, his præstat cibum dare, qui bilem humorē, repugnando diu, tandem superare ualeant. Administrāda uerò interim quoq; edulia sunt, quæ alimēto sint, quibus cum potui datur aqua calida. Nam illa uerò qnæ simplicia sunt, ueluti aqua ægrotum porpriè neq; alunt, neq; humectant, sed inde succus magis amarescit. Ad hunc itaq; modum aqua interdicenda. Mulsam cū uino & alios cibos, inquit, quòcalida aqua inculpabilis fit. Ea eā alias escas digerit & per omnes corporis partes transmittit. Id sanè esse uidetur quod asserit, uda esse cibaria, ut cōtinuò inter cibos & potus exhibeatur aqua calida. Quod clarè ibidem docuit: Haud inquiens neque

Mulsa

Mulsa, neque apemeli maiore cum utilitate quàm aqua potui datur. Propterea enim uerò quod neq; alendi, neq; attenuandi uim obtinet, nullum medicaminis præsidiũ præstat. Atqui omnia hæc cibarijs alijs ammixta, inculpati humoris aqua strenuè designat. Fieri quippe nequit, quod aridi quidpiam siue esculentum siue medicamentum sit citra liquorem profundius penetret, sed insuperficie persistens ne tantillum quidem uirtutẽ exerit aut functionem obit. Quàm primum autem liquores confunduntur potentiam penetrandi competentia loca induit, & uel calfaciendo uel refrigerando proficit. Porrhò aquã licet, ut quidam uolunt, non nutriat, omnium tamen nutriendi facultatem promouere, & quasi uitales auras indere, unire, & diuersa continere liquidò constat. Ita & terram, ut uidere est aridam, fissam & dissectã eadem tanquã in unam massam cõpingit, & cereres qua uescimur, prouenire & eiusdem incrementũ promouet, & farinam deniq; maceratã, tractabilem, & sequacem, in libũ, ut ita dicam reddit. Summis itaq; uiribus pollet aqua, neq; quicquã uel esculẽtorum uel poculẽtorum tam multiplicis usus est atq; aquæ. Nam, quemadmodum iam demonstrauimus, omnia ferè beneficio nascunt aquæ, cuncta eadem aluntur, crescunt, adiuuãtur, & in unũ coguntur & contineri uidentur. In hunc igitur modũ morbo lateritio affectis subueniendũ est, nisi alius quispiã casus (quod σύμπτωμα Græci uocãt) impedimẽto sit, quo minus liceat præfatã medendi rationẽ usurpare.

De fluore Alui Pleuriticorum Caput II.

SI, ut fieri subinde solet, cõtraria ratione succedant symptomata, semper q; secus quàm uelis,

Tu ne æde malis, sed contra audentior ito.

Verbi caussa, si in costali dolore inflammatio præter naturã aluum exerceat, & eadem nõ ritè plus quã par sit deijciat, adeò ut uireis corporis prosternat, uentri duntaxat curiosè prospiciendũ atq; medendũ est necessariò neq; priusq; is quoquo modo siue aspersionibus (quas Græci ἐμβροχὰς dicunt) siue epithematis constringatur, uel sanguinis detractione per uenã, uel ut summatim dicam) ullo medicaminis præsidio utendum. Quod si interim lateris dolor uehementius excruciat, negligẽdus nõ est, imò utrisq; pariter succurrendum censeo. Ventriculo itaq; superiori & uentri inferiori medelis robur inducẽtibus, lateri uerò caloreficis, & relaxantibus subuenire conuenit. Quarũ adhibendi ratio ita moderãda est ne inde uenter laxior reddat uel etiã iecur. Remediũ aũt est magni, & intensissimi doloris cum febre acuta embrochatio & fotus, quæ exanodynis constant, & citra omnem mordacitatẽ dolores placant & amputãt foris admota. At si leuior dolor est cerotis & epithematis maximè utẽdum. Præter hæc rebus ita habentibus conducit eximiè medicamentũ διὰ σκόρδων hoc est, exadipibus confectum, & διὰ μελιλώτου quod est exsertula Campana constans. Deinde quum paululum & morbus & inflammatio se remisit, ab his transitus est ad cerota, quæ quoniam rutam continent πηγανικὰ Græcorum medici nuncupant,

& quæcunque diſſiciendi & ex alto euellendi (gens eadem ἐπισπαστικὰ nuncupare conſueuit) potentiam ac energiam habent, præſertim quando nulla infeſtat febris pleureticum

De lateris ſine febre langoribus Caput III.

LAtericiis abſq; febre doloribus quod malum Græcis πλευρῖτις πόνος opitulantur calidioris naturæ cuncta, potiones item & epithemata, præcipuum tamen eſt & præſentiſſimum auxilium braſſicæ & caulium cum radicibus aridarum & crematarum cinis uetere axungia exceptus, & ſuper dolentem locum impoſitus. Cæterùm potionibus quorum uſus probatur rectè inditur coſtum, & bdellium Arabicum. Sunt autem elixationibus (quæ Græci ἀπόζεματα uocant) complures medicinæ authores feliciter uſi præſertim eius profeſſionis omnium facile princeps Cous Hippocrates in uolumine περὶ τῶν ὀξέων hoc eſt de morbis grauibus præcipuè ptiſanæ ſuccum, & aquã mulſam, & oxymel ad humores non facile excreabiles extenuandas & euocandas præbere, & quaſi hoc unũ neceſſariũ foret propoſuit. Quod ſi malum ad bilem refert, ſolum ptiſanæ ſuccũ intra initia ſtatim & liberalius offerre præſenti remedio eſt. Si is ad manũ non ſit, ad alios cõfugiendum eſt cremores ſuccósue & præcipuè auenæ. Nã is haud ineficaciorẽ habet ſputũ educendi facultatem ex pulmone ac pectore cũ ptiſana. Quin & aqua calida ſicci humores cõmodiſſimè & præſenti utilitate perfunduñ & humectãtur. Præfertur aũt bonitate in hac prouincia Apomeli melicrato. Neq; ſanè quicq; reperias præſentioris auxilij in pleuritide ex bili prognata, quã quæ humectãt, & quæ ſputũ excreabile reddunt, & porrijciũt medicamina. Quod ſi id quod excreatur pituitoſum & uiſcidum ſit, & ægrè ob craſſitiẽ ejiciatur cũ immani tuſſicula, plus erit negocij, & proinde præter ea quæ ſupra poſita ſunt, decoctum íridis & glycyrhizæ, & διὰ πρασίου, hoc eſt ex marrubio contextũ & oxymel, & melicratũ, quod eſt aqua mulſa, potui danda ſunt. Semper animaduertendo quid per uires liceat, & quid non, & ſaliuæ quum quantitas, tum ipſa quoq; qualitas.

De Cathartĩs, quorum uſus probatur in Pleuritide.

ALuus quoq; in morbo laterali deijcienda eſt, neque per clyſterem tantum uerũ & cum globulis, quos κατωτίκα Græci uocant, ubi res exiget. Quando ſanè malum atque dolores ritè ſuperioribus peractis nihil ceſſauerint, & corpus prauis humoribus refertum conſpicitur, ſicut medicamentorũ præſidijs ſuperfluis & negocium præbentibus ſuccis obrutis, nihil proficiatur, ſed irritẽtur potius dolores, quàm demulceantur, aut ſe remittant, & ſub præcordijs & inferioribus partibus dolor excruciat, medicamentũ purgandi uim obtinens aggrediundum eſt. Quo circa ſi bileo humori malum, adſcribitur ad ſcammoniũ confugiendum, nam id non tam caloríficæ eſt potentiæ, atq; cætera cathartica. Cæterùm id partius & per uices dari debet, uirium ægrotantis acurata ratione ſemper habita, & multitudinis officium facientis materiæ. Quod ſi non bileus

ſed

bileus, sed potius uel pituitosus aut atrebiliarius succus. Obtemperandum erit in medelarum usu præceptis Hippocratis, Ficularem uidelicet herbam, quam Græcè πολυπόδιον uulgo quoq; adpellant, uel ueratri nigri farrinam adhuiusce modi usurpando.

De globulis in Pleuritide deglubendis.

Pilæ, sic enim uulgò Rhomani à rotunditate καταπότια interpretantur, quas nos in pleuritide deglutiendas censemus, ex eiusmodi & ad hunc modum conformantur. Interioris medullæ, porrecto cortice, ueratri nigri denariũm pondo quatuor, scammonij, gummi Arabici uniuscuiusque denarij pondo unius, excipe succo brassicæ, cauli sue, & redige in catapotia, hoc est globulos, quæ magnitudinem ciceris æquent, & singulis pro ætate, uiribus corporis, & morbi quantitate probè administrato: Pueris uidelicet ac imbecillis, pilulas quinque, robustioribus uerò septem, maioribus natu undecim. Semper ceu iam positum est, cum summa perpensione uirium hoc lateritio morbo laborantis. Ceterùm ne illud quidem hìc loci (quoniam imprimis operæprecium) silentio prætermittendum arbitror, quod eiusmodi globuli præsenti admodum remedio ab his quos ὀφθαλμίαι, hoc est oculorum dolores excruciant, deuorantur. Conferunt præterà eijdem in morbo Arquato degulati, citra enim uentriculi subuersionem suam functionem obeunt atq; perficiunt. Sunt uerò semper à cibo potius quàm ante deglutiendi: ita enim citram omnem noxam, angorem & molestiam suam prouinciam ad unguem absoluunt.

De Tussi Caput IIII.

TVssis sunt tantum non eadem, quæ spiritus & animæ difficultatis (quod malum δύσπνοιαν Græci uocant) quum symptomata, tum Dyspnœa.
species, tum qualitates. Quum uerò multis admodum modis contrahatur, nunc quidem & sæpius sanè, ex intemperie, quandoque uidelicet calidiore, uelut i in febribus, nunc frigidiore, interdum etiam humidiore, nonnunq; arida. Neq; ex eiusmodi quoq; prauis tẽperaturis simplicibus, & materia puris tantum, uerùm ex humorum redundantia, comparis omnino distemperiei participe, calidæ scilicet, uel gelidæ, uel cuiuscunque alterius qualitatis, accerfitæ. Operæprecium quoque fuerit non ignorare, quo nam discriminе inter se dissideant tussiculæ, non tam singularum caussarum, quàm & lomine inter se dissideant tussiculæ, non tam singularum caussarum, quàm & lorum respectu, & an ipsa per se loca malè adficiantur, aut per compatiendira corum respectu, & an ipsa per se loca malè adficiantur, aut per compatiendira tionem malè habeant. Siquidem haud una, sed multiphariæ sunt tussis occasiones. Proinde omnibus neruis incumbamus cognitioni undecunque prognatæ tussis. Mea nanq; sententia, (quod res ipsa quoq; clamitat) nisi medicus cognitæ ad unguem caussæ percõmodè occurrat, tussis minimè ægerriméue à quoquam eliditur.

Notæ quibus ad calidam intemperiem tussim referendam significatur.

TVssim soli calidæ intemperiei & incompositæ acceptã noniniuria fe/ras si feruorem quendam qualitatis modò affecti sentiant, & spiran/do gelidiorem aërem adtrahere uehementi desiderio affectant, & aë/ris frigidi attractione capiuntur magis, quàm aquæ egelidæ sumptu, uultus pa riter & caput uniuersum rubore suffundatur. Et si huic affectioni sola in/peries praua fuerit occasio, ne tantillum quidem, quod uideatur, persputum e/iiciunt. At si quid expuunt, salsa qualitate imbuta uidentur, uel uitijs obnoxij fu/mi, aut bileo colore præditũ cum exigua & tenui substantia. His uticq; notis de/prehendas ex calida origine natam tussiculam. Item si aër qui præcessit fuerit calidus, & si, balneum, quod solenne est, prærierit percalidum, & eiusdem qua/litatis uictus ratio. Quin etiam ex furore & anxietate quæ antecesserunt non ra rò accidit tussicula:

Notæ tussis ex gelida intemperatura ortæ.

COntrahitur etiam sæpe numero tussis ex frigida intemperie pectoris sine materia immixta & incompositа, quæ hisce indicijs deprehendi/tur, quod facie sunt & capite lurido, seu pallido, siti nulla premuntur, salsuginis nihil screando eiiciunt, frigidis malè, calidis optimè adficiuntur, sapo/rem magis acidum quàm amarulentum sentiunt. Constitutio antessit longè minus calida quàm gelida. Lauacrum item intempestiuum, poculenta denique & esculenta frigorifica. Hæ sunt notæ quibus tussim ex gelida intemperie profe/ctum coniicimus.

Notæ tussis uda seu arida dystemperaturæ prouenientis.

QUum porrhò ad humiditatem, ariditatémue intemperies refertur, cõ pari modo ex functionibus qualitatum, actiuisue qualitatibus depræ henditur. Dirimuntur itaq; nonnullo discrimine. Quoniam operan/tes qualitates euidentioribus sunt portentis præditæ.

De tussi materiali Caput IIII.

TVssis ex materia prouenientis prompta omnino & omnibus obuia est cognitio. Proinde notas eius altius repetere superuacuum arbi/tror. Destillante igitur materia tussis oritur. Exipso etiã sputo ple nitas euidenter liquet, quæ ex humoris fluore (quem Græci ῥεύματα σμόῤῥ uocant) hinc inde alteratur, unde tussis scaturiginẽ trahit. Quapropter non tam ex quibus corporis sedibus is humor defluat, cẽs in quas se is conferat omni/bus uestigijs inquirendũ est, uerbi caussa, de capiténe an aliáue parte delabat tus sim inferens materia, & cuiusmodi membrũ sit quod suscipiat. Pulmo etenim so/lus eam principio suscipit, & si interdũ pectus quoq; uniuersum & latera aut præ cordia occupent, quæ sanè particulatim deprehẽdere opus est. Et singulis singu læ sunt curandi ratiões despiciendæ. Omnis quoq; breuiter mouendus est lapis quin etiã omnem, ut aiũt, necessum est rudẽtem emittere, quo medendi me/tho/

dum

thodum turgente materia expeditam, commodè admoueamus.

De Tussi ex fluore capitis.

ICcirco si humor tussim inferens ex capite manarit, necessum est irritatio-nem nonnullam in aspera arteria cum sonitu in faucibus excitato fieri.

Notæ quibus humores ex capite in Pulmone se conferre colligimus.

Si humores destillantes, in pulmonem se recipiant, anhelitus comitatur difficultas, febris acuta. Quandoque lingua salebrosa, rubedo malarum, & pondero-sitas pectoris. Post hæc si nihil expuunt, ægerrimeq; trahunt spíritum, ex his omnibus inflammationem in pulmonem contractam colligito. Quod si arida admodum premantur siti languentes, crebroq; respirent, feruorq; ingens thoracem infestat, adeò ut frigidum aërem attrahere affectent, magis incendi-osam pulmonis suspicari oportet inflammationem. Si bilem sputum eijciant, & obiter modò, leniterq; angantur circa præcordia, calidiores ignes sacros, quæ ἐρυσιπέλατα Græcè dicuntur (hoc est quum super inflammationem rubor hul cus ambit) iudicato apertè pulmonem occupare.

De Empyemate.

Notæ puris, humoris sue pectus occupantis.

SVppurationem factam esse in pectore uel solus sputi color, uel alia, de qui bus supra egimus, puris indicia, odor item sputi carbonibus iniecti & cre mati, satis euidentissimè arguunt. Præter hæc uel inde tanquam ex specu lo deprehendas, si proiectum in aquã soluatur, neq; pituitæ instar, crudiq; hu moris excreatur. His itaq; & alijs id genus bene multis indicijs perspicuè patet puregrauata teneri. Quin illud etiam hoc malum liquidò indicat. Si æger de-cumbens in parte non ægra, grauitatem quandam seu pondus in alia parte per sentit, decurrẽsq; pus confestim uentriculi nescio quas subuersiones & nauseas inducat. Auriũ quoq; murmura occlusis auditorijs cauernis quos Græci ἀκου στικοὺς πόρους uocãt, sæpe infestant. Hactenus satis de pure contento in pectore. Quod si hæc quæ memorauimus, lateris dolor, qui morbus Pleuriticus à Græ cis nominatur, præeat, neq; uel tãtillum expuant manifestũ, atq; id quidẽ ipsum quod eijcitur, citra uiolentiam redditur, uel cæco, ut aiunt, liquidò constabit, sa niem aut pus in pectore consistere.

Notæ inflammationis Pulmonem occupantis.

SI inflammatio pulmoni superuenerit, non potest non spirandi difficultas comitari, idq; angore quo præcordia uexãtur, neq; id cuestigio accidit, sed obeunte etiamdum sua munia functione, paulatim magis magisq; læditur. Sputiq; eijcitur nihil, neque soni aliquid, neque punctura, siue aculei instar (Græci κέντρον uocant) stimulum quempiam sentiunt, quoniam fieri ci-tra cruditatem, quæ parens est, & panũ, quod φύμα à Græcis adpellatur nequit. *Phlegmone pectoris.*

Notæ tussis ex crassis, tenacibus & uiscidis in pulmone contentis humoribus natæ.

Cæterùm in hac affectione constituti interdum inter initia statim, & nullæ manifestante febricula, præcordiorum molestiam quasiq; districtionē præanguſtam patiuntur, tussiunt crebrius, & habent cum tussi rancorē quendam & acritudinem interius, expuunt humores apertè crassissimos & glutinosos, qui uel pulmonem ambiūt, uel cauernas eius obsident, eodem ex capite aliáue corporis parte delati. Vnde liquidò constabit ex columellæ & gurguliōis (quod mali genus γαργαρεῶνα Græci uocant) irritatione, quæ præcesserunt capitis uitia consistere, defluente nunc materia in thoracem. Ad hunc itaq; modum uniuscuiusq; tussis species & proprietates cognoscendæ sunt, & quicquid affectionem quū pectus uniuersum, tum ipsum quoq; pulmonē maleafficere possunt. Habētur porrhò pleraq; alia, super quibus deinceps, quum de uenarum eruptione & exhulceratione & corrosione, quam Græci διάβρωσιν nuncupant, tractaturi sumus.

Lapis è pulmone sputatione ejectus.

Cæterùm ne id quidem quod hisce oculis usurpaui, & summa admiratione prosequutus sum, silentio minimè ut reor, prætereundum est. Vidimus quempiam calculum expuere, neq;, ut quis putet, crassum modò & solidum & glutinosum quid lapidis instar, sed reuera lapidem, planum ac lenem, nō asperum, sed durum tamen & tactui strenuè renitentem, ne dum quicquàm cedentem, adeò ut cas· in pauimentum crepitum cum euidenti sonitu æderet. Is sanè uir, multumq;, diuq; tussi miserè excruciatus, ualidè tussire, usque dum lapidē reijceret, nunquā pōtuit. Quoniam uerò gracilentus erat corpore, quasiq; sollicitudine emaciatus, in tantū, ut tabe confectus, quem Græci φθινικὸν dicūt, uideretur, uicto prius temperato & humectante enutritus est, & modicè refrigeratus deinde hūc, quem diximus lapidem, expuendo eijecit, multoq; melius se habuit. Cæterùm tempore haud ita multo interposito, perinde atq; tabidi fato functus est. Sed reuertamur eò unde digressi sumus, atq; de tussis curandi ratione, paucis agemus. Licet etenim singulis occasionibus, singulis medicaminum præsidijs, solertissimè omnibus uestigijs indagatis occurrere, atq; ijsdem multorum experimento cognitis succurrere. Proinde generatim deinceps, & speciatim, ne quid desideretur, curationes sedulò explicabo.

Curandæ tussi præsidia.

In tussis curatione hoc modo optimè succurritur, si humor tenuis & acer ex capite in pectus se confert, thorace superflua plenitate uacante, Styracem, myrrham, & papaueris lachrymam pari portione melle decocto excipias, & inde pangito pilulas quæ erui magnitudinem impleant. Noctu præbeto geminas, siue ternas uel unicam tantum pro ægri uiribus ac morbo. Plurimùm enim uero opis conferunt moderatè exhibitæ: tusses etenim inueteratas

attenuant,

attenuant, & fluxum prauí & noxíj humoris commodè curant.

Aliter: Lachrymam papaueris, myrrham, galbani parí pondere cum melle itidem excipito, & quemadmodum superioribus utitor.

Aliud ad idem.

Galbaní, castorei, píperis, lachrymæ papaueris æquas parteis melle excipito, & in globulos curiosè redigito. Quibus ubí non adeò subtílis succus decurrit utitor. Quod si redundantí humore pectus tentarí uidebitur, non admodum tutum erit torporem inducentibus medicamentis opitularí.

Aliud subsidium.

Accipe styracis unciam unam, lachrymæ papaueris denarij pondo unius, galbaní, sulphuris uiuí, piperis, rhesinæ terebinthinæ uniuscuiusq; denariûm pondo octo, & conformato.

Aliud pro his quibus quo displlat acre est, & quorum pectus desiderat mediocria in medendo purgatoria auxilia.

Eius conditura cõficitur ex rosarum uiridium uncia una, nucleorum pinì denarij pondere unius, rhesinæ terebinthinæ denariûm pondere duûm, uuæ passæ denariûm pondere quatuor, mellis quantum ad hæc díluenda satis est. Conformatoq; eclígmate, utitor.

Aliud eiusdem sortis.

Habet nucleorum pinì unciam unam, tragachantæ sesquiunciam, amygdalarum dulcium unciam unam, carnis dactylorum uncias duas, irídis unciam unam & dimidam, mellis Attící quantum satis: quibus redactis in eclígma, porrige cochlearium unum.

Aliud contra tenuem pariter & acrem fluxionem.

Seminis Altercí, quod ὑοσκύαμον Græci uocãt, denariûm pondo duodecim, nucleorum pinì denariûm pondo sex, crocí denariûm pondo duûm, redige in catapotia quæ eruí magnitudinẽ æquẽt cũ defruto, & deglutiẽdas exhibe noctu. Aliud quum tussibus tum affectionibus mixtis utile cognomẽto ὑγιὰ Hygía hoc est salutare.

Hygiæ descriptio.

Ammeos frixi uncia una, anisi sesquiũcia, lachryma papaueris, tragachantæ singulorum denarij duo, nucleorũ pinì torrefactorum semiuncia, aridà leuigentur, & cum tragachanta & opio aqua prius dilutà & macerata miscéantur. Deinde conformatis pastillis denarij pondere singulís in umbra ficcentur. Deinde conformatis pastillis denarij pondere singulís in umbra ficcentur, postea quũ res exiget cum hydromelite, ídest aqua mulsa tussiẽti præbeto.

Aliud Bechicon, hoc est contra tussim quam Græcí βὴχα uocant ualde conducibilis confectio. Habet styracis, croci, galbaní, lachrymæ papaueris cuiuslibet denarij pondo unius, nucleorũ pinì denariũ pondo quatuor. Cõforma ro pilulas quatitatem fabæ Aegyptiæ æquantes, quarum unam in nocte ægrotanti præbeto. Aliud Bechicum ualidissimũ & in primis cõducibile medendo

Bechicũ Bex.

dendo acri & subtili fluori, cuius beneficio complures uidi una duntaxat potione sumpta, sanitati integræ restitutos, etiam si longo tempore fluxus durasset. Eiusmodi sanè illud est remedium, ut non putem omnibus temerè cõmunicandum, uerùm his modò quos ex animo diligimus, & qui medica arte initiari cupiunt. Habet enim in uniuersum multiplices usus. Est uerò eius compositio huiusce modi: Myrrhæ Troglodyticæ denariũm pondo sex, thuris denariũm pondo quinque, lachrymæ papaueris, herbe Apollinaris, quem Græci ἀνανκύαμῳ uocant, linguæ caninæ cynogloſsiue radicis corticis cuiusque denariũm pondo quatuor. Cæterùm cortices prius in sole exiccatæ in puluerem redigantur & per cribrum trajciantur, postea cum alijs confundantur. Papaueris uerò lachrymam aqua diluito. Pangito inde pastillos pondere singulos denarij unius. Dato cuique pro suis uiribus & morbi magnitudine. Succurrit idem eximio sanguinem siue cruorem ejcientibus, fluxibus dentium, & breuiter cunctis noxij humoris fluoribus, urinæ item stillicidio, ægrimonijs ueficæ colicis & lienosis.

Aliud Beehicum cui nomen est inditum Mystirion, hoc est, Arcanum, anodynum, pluribus quidem affectionibus, sed tussi potissimè expediens. In thoracem prætercà, siue in pulmonem defluxioni, quam Ptysin Græci nominant, & catarrho, & ucntrico sis, quos eadem gens Cœliacos uocat, & tormnibus, quæ appellantur Dysenteriæ. Compositio talis est.

Croci, testiculorum fibri (quod Castoreum uocant) perpensæ (quæ Græcè ἄσαρον adpellatur) seminis alterci, papaueris lacrymæ, styracis uniuscuiusque denariũm pondo quatuor, mellis quantum ad diluendum satis est. Commodissimum uerò pariter & omnium utilissimum fuerit, si seminis alterci denarios duos, quatuor drachmis specierum adijcias.

Aliud contra tussim, ex acri & tenui fluxu. Succurrit uerò ad hæc laxioris intestini (quod Kôlon appellant) dolori, cuius hæc est confectio.

Glycyrhizæ, hoc est, dulcis radicis pulchrè mundatæ & quinquies aut sexies lotæ unciæ tres cum dimidia, tragacanthæ unciæ tres, liquoris Glycyrhizæ uncia una, amyli denarij tres, succi lactucæ denarij duo & semis, seriatim accipiantur in hunc modum. Sumito dictum pondus Glycyrhizæ & leuigato in aula noua, capiente aquæ puræ sextarios sex elixato ad tertias, & finito refrigescere. Deinde capatiori & impollutæ sartagini, paropsidique infunde. Mox tragacanthæ uncias, ut diximus tres injce. Atque ita decoctas, finito macerari per noctem, postea mane aquã hanc pilæ bene purgatæ infundito, & succos insuper glycyrhizæ atque lactucæ immitte. Quibus ita in mortario subactis leuigatisq; , si crassius uidebitur, uinum aurei atque optimi coloris & flauum fimul admisce, bene mouendo & mollificando usque dum mellis crassitudinem

&

& consistentiã induat. Propinato mane experrecto, ieiunoq; ægrotãti cochlearia tria. Cũ animaduersione causſæ siue arida sit aut qua cũq; alia. Huic sanè cõdituræ tradita est appellatio, Medicamentũ Iacobi Christi, à præclato et magnifico uiro cognomẽto Christus, quod est unctus, eo quod in curatione mortalium frequenter humectantibus utebatur cibis, quoniam pleroſq; hominũ conſpiciebat in rem attentiores esſe & quærendis peculijs nimium addictos in mœsticia & curis & anxietate omnem uitam agentes exhauriri. Et hæc quidem satis sint de his qui noxio, ſubtili & acre fluxu agitant, ac tuſſiunt. Galenus uerò & alij eiusdem profeſſionis authores, compluria id genus alia tradiderunt medicaminum præſidia. Sed nos cum delectu modum ſeruantes non multa ſed optima quæq; ex his quæ explorata & multorum experimento cognita ſunt, & à nobis renouata, prodimus. *Medicamẽ Iacobi christi.*

Eligma tuſsi medendo.

Linctus tuſſientibus perquàm ſunt accommodi. Verbi cauſſa: Qui conſtituuntur Hyſſopi, ficuum, nucleorum pineorum. & ireos, decocto. Quod utiq; ſorberi expedit. Conficitur item Linctus haud inutilis ex butyri denarijs quatuor, mellis denarijs octo, pariter decoctis. Conficiunt præterea & ex alijs pro ratione cauſſæ, nunc ex ſucco glycyrizæ, nunc è tragacantha.

De conditura Dià codeion, hoc eſt ex papauerum capitibus contexta.

Antidotum præterea quod, quia papauerũ capita continet Διὰ κωδείων appellatur, haud uſpiam ineffectiores ſuppetias his qui ad acrorem & ſubtilem fluxionem tuſſim & alias oblæſiones referant, ſuppeditat. Operæ itaq; preciũ ne dicam neceſſarium duxi, hîc loci id ipſum indicare & compoſitionẽ eius, uſumq; & ſpecies explicare. Conſit autem hoc modo. Papaueris capita numero uiginti in aquæ cæleſtis xeſta una elixato. Sint autem antea papaueris capita ſi mollia & recens decerpta uno ſaltem die macerata. Sin duri & aridi, diutius uno die ſunt maceranda. Præferuntur bonitate quæ molliuſcula ad huc immittunt. Aridis quippe ac duris ſucci minus ineſt. Humidioribus contrà plus, ſed crudi ſunt & aquea, imbecillisq; uiribus prædita. Qua de cauſſa ne exudis admodum locis colligãtur cautio eſt. Modus uerò elixationis eius eſto, uſque ad colliquationem, neq; ad tertias, neq; ad quartam uſque partem decoquantur. Sed tantiſper ut quum uolueris eorum ſuccos exprimere, cuncta, ut dixi, eliquata, diſcoctaq; compareant. Superuacuum itaq; fuerit amplius ulteriora elixare. Eſt uerò Aquæ mellis medietas cocturæ confundenda. Decoquatur autem in aqua cæleſti aut certè fontana inculpati ſaporis ad ignem uacantem fumo, uſque dum mellis Attici induat ſpiſſitudinem. Deinde repone, atq; ubi res poſcere uidet, utere. Contra tuſſim quidem in primis cõducibile ſenties.

Vtendum

Vtendum porrhò est hoc medicamine uigilijs abigendis, somnũ enim asciscit. Cui rei confecturæ ex lachryma papaueris quoque expedit. Interdum enim somnus omnino nolisuelis conciliandus est, quam prouinciam nullum aliud melius hoc medicamento absoluit. Porrigendum etiam indestillatione tenuis fluxus ex capite in asperã arteriã qua propter tussim quã inducit, non est somno locus. His conditurã medicaminis cũ defruto præparare soleo. Cui muneri sufficit hæc utiq; confectio. Si papaueris capita adconsumptionẽ dimidiatæ partis aquæ elixent. Esto autem defrutum Tyrium, seu Creticum. Salubrior enim est hæc, quàm quæ ex melle coquitur, quum negocium facientis humoris fluxus tenuis admodum extiterit. Quoniã mel extenuiatoriæ uirtutis est. Proinde ne oleum, ut aiunt, addes camino, maximè uitandum est. Radix quoque Glycyrhizæ sapæ, quo unà decoquantur adijcienda est. Quod si ea ad manum non sit, liquor eius decoctioni commiscendus est. Verùm si saburra quædam fluoris ex capite thoracem occupet, præstat condituram cum melle fieri. Perinde etenim atq; somnum accersit melle confecta, ita & humorem attenuat, discutit, & deducit. Ad somnum uerò conciliandum, nihil refert cum mellé ne, an citra id administres confectionem. Nonnunquam pariter ex utrisque commixtis porrigitur. Debet autem id non sine solerti perpensione fieri. Refert enim plurimùm utrum in permixtione aliud iure excedat, pro affectionis quantitate seu qualitate. Esto autem integra & summa huius medicinæ dosis cochlearia bina. Incremẽtum uerò eius pro corporis magnitudine, cum obseruatione ætatis, temporis, fortitudinis, anni & locorum discriminis. Hyemalibus nanq; horis & in regionibus gelidis, mediisq; ætatibus, liberalius exhibendum. In catarrho etiam quantũ, & qualiter, plus minusue dari conueniat, perpendendum iudico. Cæterùm communeid est in omnibus.

Aliud Catapotia Bechia.

Pilulæ præterea bechicæ in huiusmodi constitutione competunt, quarum hæc est compositio. Styracis, lachrymæ papaueris (quod opium uocant) myrrhæ uniuscuiusq; denariũm pondo quatuor, semini balsami (quod καρπόβαλσάμου Græcè nominãt) croci cuiuslibet denariũm pondo duũm. Commisceantur semel atq; iterum, & redigantur in globulos, qui erui quantitatem impleant. Exhibeantut autem huiuscemodi catapotia, tussientibus noctu ceu positum est etiam supra.

Aliud Bechicum nobile.

Accipe Hyssopi, pulegij, piperis uniuscuiusq; denariũm pondo octo, nucleorum pineæ denariũm pondo quinq;. Petroselini denariũm pondo quatuor. Quæ pariter omnia mellis cotyla excepta, tussi infestantis præsenti remedio sunt.

De Herm

De hæmoptoica affectione, hoc est reiectione sanguinis, Caput V.

TAud scio aliúsne corporis morbus deterior sit sanguinis eiectione, non tam quòd per se iugi inanitione exanimat, quàm quòd exitialis & chronica cum horrenda mentis uacillatiõe nascitur affectio. Proinde cõprimis fuerit & necessariũ & operæprecium Medicum principio statim mali causſam nõ ignorare sed diligenter discutere, uel ubi nam fons locusq; , de quo est quæstio, sit cognoscere. Quibus adunguem prius exploratis, tum demũ conferen ẽ oportet medendi rationẽ aggredi. Neq; differendum hîc procrastinandumq; quicquã est, eò quòd affectio hæc, ut dixi, habetur omnium ægritudinum longè pernicioſi ſima. Sciẽdum uerò ante omnia, quod sanguinis exputatio trifariã fieri deprehenditur, puta uel ex fractura, uel in erosione, uel ore alicuius uenæ patefacto. Primã Græci ῥῆξιν uocant & ῥηγμόχασμον. Secundam διάβρωσιν, tertiã ἀνασώμασιν. ῥῆξις aũt dicit ubi uasa multo sanguine diducta & dilatata crepuerint. διάβρωσις uerò uocat, quando super sanguinis receptaculũ, alimẽto deperdito, caro decrescit, uenaq; denudat, tunicaq; ipsius extenuata à se ipsa corrosa conferta fit sanguinis refusio atq; ita introrsum defluens excretione per os cum tussi eiicitur. ἀνασώμασις autem adpellatur, quoties ora uenarum deiectis uiribus per irruptionem laxiora & apertiora reddita, sanguen extrorsus refundunt. Atq; ita quidem uel per uomitum eiicitur, uel aluum secedit. Deprehendes autem singulas id genus adflictionis facile ex his quæ statim subiiciam notis.

ῥῆξις.

διάβρωσις.

ἀνασώμασις.

De interfractione quæ Rhexis est.

Deprehenditur itaq; fractura in pulmone, quum sanguis reiicitur. Primo quidem ex antecedente causſa manifeſta. Voco autem manifeſtam, antecedentem causſam. Lapsum è sublimi uel grauius aliquod corpus in thoracem prolabens. Vnde factio uasis fit. Quod accidit quibusdam ob clamorem ingentem utcunq; euenientẽ, quandoq; ex percussione, nõnunq; ex oppressiõe, uel grauioris alicuius ponderis subleuatiõe, aut ex nimio quod euitari non potuit frigore, aliáue id genus necessitate. Quin & ob sanguinis uim multam, perfringit, cre patúrue eiusdem humoris receptaculum. Vel ex animio flatulentorum, qui corpus occupant, spirituum, multitudine. Calidus nanq; sanguis sæpe quidem aliqua uia peruium spiritosè efflatur. Vnde uasis perfractionem crepaturamq; fieri sæpenumero manifestè uisum est.

De sanguinis sputatione ob exesam aliquam corporis partem, & eius notis.

Exesa aliqua corporis parte, hoc est per διάβρωσιν) sanguinem expuí, hunc in modum deprehendes. Primo fit sanguinis per sputum exinanitio per pauculà interualla singulis uicibus pauculum. Deinde uno quoque die magis atque magis increscit: ita ut ex improuiso magna uis cruenti sputi cum tussi proiiciatur. Cæterùm eam affectionem plerunq; destillatio à capite in subiectas partes quem Græci κατάῤῥοον adpellant, uel confecta in ore saliuæ sallæ collectio antece-

sit, uel acuti succi cibaria uel nimium pinguia uel inedia diuturna. Quod si una cum ipso sanguine carnosæ quædam particulæ per erosionẽ educãtur, uel membranis assimiles portiunculæ cõmixtæ expui uidentur, euidentius signũ est in gutturis gulione quæ τραχεῖα uocatur. Est uerò pars gutturis & cannæ per pulmonis diabrosim factam & exulcerationem.

De oris alicuius uenæ apertione.

O alicuius uenæ patefactum esse his notis cognosci datur. Principio quidem nulla manifesta quemadmodum in ξηρομφάσμοις & in diabrosi fieri docuimus caussa præcedit. Seduictus potius ratio humidior & calidior, frequens & multus balneorum usus antecessit ut plurimũ ἀναχύσεως. Vel in calidiore aliquo loco puta cubiculo, uel in calida etiam regione mora. Nam si horũ quidpiã fuerit, & sanguis qui ante paucissimus exputus est nõ parũ augumentari cõspici tur nosse cõuenit liquidissimè, uenarum patefactionẽ factam. Ex his itaq; indicijs cõsyderatis haud difficulter solers medicus mox à principio olfacere poterit quibus ex fontibus sanguinis reiectio promanarit.

Quibus notis cognoscas apertè unde nam sanguis eductus profluat.

E quibus corporis partibus sanguis sit creatus reijciatur hoc modo potes haud obscurè colligere. Si confertim & subitò sanguen flauum aut spumosum quis citra dolorem & omnem molestiam expeditè expuat, ualidissima hæc cognitio fuerit eductionis ex pulmone. Sed de alijs thoracis partibus eductus subitò fertur, & plerunque nigrior est. Educitur item sanguis quandoque ex ipso pulmone, quemadmodum suppuratis, qui Græcè dicuntur ἐμπύικοι, hoc est sanioſi, qui purulenta excreant. Quos inter thoracem & pulmonem hulcus infestat. Vbi nosse oportet supernis quoque, non infernis partibus sanguinem educi, nempe ex faucibus, quæ Græcis nunc λάρυγξ, nunc φάρυγξ uocatur. Cuius utique rei illud quoque perspicuum argumentum est, quod uel citra tussiculam omnino, uel certè parua cum tusse sputum ejicitur, tanquam ei qui ex ore sanguinem expuunt. Quin ex stomacho quoque citra tussim sanguinem licet euomere, quod cum sputo non contingit. Ex dictis itaq; rebus diligente trutina perpensis, licet caussam, & caput unde oriatur & scaturiat sanguis exputus & quibus nam in locis consistat affectio. Porrhò de sanguinis eductionis medelis & curandi modis, uerba faciemus.

Reiectionis sanguineæ quæ per fracturam fit curatio.

Hæmoptoicos per interfractionem uenæ fieri docuimus, eius utique curationem principio exequamur, hoc modo. Nam si sanguineus humor exputur, quacũq; uenæ particula perfracta, quoquomodo sine mora subueniẽdum est. Venam igitur brachij interiorem, quo fiat ad contraria euulsio, inter principia statim secare expedit, sed non ingentem sanguinis uim subitò detrahere. Verùm iterum atque iterum uena pertusa moderatè paulatim auferre.

Cæterùm

Cæterũ id tum præcipuè incunctanter est faciendum, si corpus fuerit, antecq; corriperetur ea affectione plethoricũ & sanguine scilicet potissimè infartum, uel si ita affectus, fuerit flatuosis spiritibus, quasiq; uentorum excitationibus, uel inflatiõe uexatus, & iam sit ætatis adultæ. Quod rem ualidam corporis robur adiuuare uidebitur, hubertim & copiosius sanguen detrahendum, atq; adeò cõfidenter prima statim uice & semel, haud minore quidem fructu, quàm si per interualla detrahatur. Nouimus porrhò non paucos quibus cubitus uenis nõ repertis, manus uena pertusa, factáque inde manitione sanguinis, non minus uerò longè plus profluit (nihil enim aliud facientes salui euaserunt) Quoniam quum ab extimis membrorum partibus sanguis aufertur multò uehementior fit, sublata peccante materia, in aduersam partem retractio, quam Græcorum Medici dicere solent ἀντίσπασιν. Facta autem iusta sanguinis detractione, præcipiendum est ægrotanti, ne uehemeter respiret, & fileat quàm maximè possit.

Quod si his peractis parum proficitur, sed sanguis etiam dum expuitur, mulsam dilutam potui dato, quam sorbere imprimis expedit, ad sanguinem concretum, (quẽ ὀρόμβον Græci id est grumũ, hoc est, exigua frusta in minimos globulos densata nuncupare consueuerunt) si adsit dissecandum ac diluendum, & ad materiam fluentem reijciendum. Quidam secundo die post detractionem sanguinis cerotam ex Thaspia toti pectori imponunt pastillos διὰ τῶν σπερμάτων, hoc est, ex seminibus confectos porrigunt.

De nutrimentis Hæmoptoicorum.

Nutricatus Hæmoptoicorum omnis moderatam quandam cõstipandi facultatem obtineant. cuius farinæ est succus halicæ, & succus ptisanæ. Præstantior uerò non parum fuerit & ualentior etiam sorbitio constituta ex amylo triticeo, & mellis exiguo pariter cum succo amylino decocto. Si autem ptisana ad manum non sit, farris succus aut similagineus, uel succus ex uuis expressus adhibendus est. Ferunt præterea utilitatis & auxilij plurimum, micæ panis ex aqua non frigida. Et præ cæteris omnibus lutea ouorum. Danda autem est opera acuratius ne uel sorbitiones, néue ulla cibaria sumantur calidiora, uerùm temperata singula, & quæ magis ad frigiditatẽ, quàm ad caliditatem uergeant. E quibus sanè omnibus optima & præsentissimi præsidij censetur Hytria (Sunt autem ea quæ expasta azyma, multum, diuq; macerata, & in longũ tracto confiunt, uulgo Trí adpellata) maximè si citra salem cum oleo plurimo manducentur.

De Holeribus quæ Hæmoptoicis expediunt.

In Hæmoptoica adflictione non alia olera magis congruunt, quàm maluæ probè elotæ, sine sale exhibitæ. Et lactucæ in posca elixæ, & cum in oxycrato commodè administratæ. Compari quoque modo intyba & portulaca & id genus alia.

De Volucribus.

Quod si horum copia desit, post septimum diem pullis uescendum est & gallinis, non adeò præpinguibus, sumenda sunt ἀπεζυματα potius quàm ζύματα. Conducit item esus perdicũ, & pectoris Attagenæ. Conueniunt item gallinaceorũ restes. Quod si hæc uentrẽ amplius deijciunt, absque sale conferunt, & ob id frequens eius probatur usus. Nam ita largius alimentum præstant, & uenter non corrũpitur inter assandum succos amittẽtes, atq; ita palato quoq; suauiores redduntur, & utiliores uentriculo. Anseres uerò probantur non adeò duræ carnis, potissimè autem extremæ eiusdem animantis cum uentre partes & eorundem ouorum crocea. In decremento uerò sanguinis profluuij & reiectionis exhibere pedes etiam porcorum expedit.

De Piscibus.

HAemoptoicis cum succo ptisanæ pisces aliquos facile cõcoquibiles, bene cõditos dare conuenit. Et potissimè omniũ pisces squamis intectos, & asperos (quos uulgò Aspratiles cognominant, admixto aceto in quo elixandi sunt.

De Leguminius.

Legumina Hæmoptoicis non quælibet, sed cum delectu sunt offerenda, nempe halica, ciceres, citrúmue, & oriza egregiè decocta, quæ sanè ex interuallo dare non tam his qui febre planè destituuntur, quàm his quos mediocris modò febris implicat & excruciat. Quum etenim non febrientibus offeruntur cum lacte elixare non erit superuacuum, præsertim in hac affectione constituti dum incolumes essent lac esse consueuerint.

De Fructibus.

Ex pomorum genere non aliena sunt cognomento mela, inprimis uerò cotonea decocta, pira, sorba, mespila. Quod si immensa premat laborantem sitis, interius fartum melonis & cucumeris esitandum dari congruit. Uuæ quoq; passæ uel aridæ expediũt. Ficus aũt & manibus & pedibus fugiendæ sunt.

De Bellarijs Tragematisue.

Secundæ porrhò mensæ quæ Græci uocare solent τραγήματα omnis generis fermè cane peius & angue uitandæ sunt. E quibus omnibus cõcedunt, tanq; non adeò inimica pistacia, seu fistici, & amygdalæ & mala Punica quæ uulgo granata dicunt. Uuæ & nuclei pinei non nisi rarenter admittuntur, atque tum ubi sanguinis reiectio cessauerit ac planè finita sit.

De Propinationibus.

Per uniuersum ægritudinis decursum Hæmoptoicis aquã calidam quidem, sed nequid nimis, tepidam, tepore uidelicet lactis recenter mulcti uel lactis ipsum potui offerre conuenit. Verũ si per uentriculi imbecillitatẽ calidam aquã haurire nõ licet, indulgendum est ut bibant modicè ὑμφακόμελι aut ὑδρορόσατον: fit

aũt

aũt Omphacomeli ex duabus mellis partibus & una uuæ nondũ maturæ uel ὑδρόμελι, id est aquam mulsam, ex malis cotoneis confectus semel atq; iterum Cæteris uerò temporibus aqua sitim cõpescunt, ut diximus, calida & diluto oxycrato. Delicatoq; alio utatur & nutrimento & potu. Hæc est igit quã obseruandam sedulò arbitror in sanguinis reiectione per os uictus rationem.

Curatio quæ per medicamenta fit.

Vtendum prætereà fuerit & medicamentorũ præsidijs in Hæmoptoica quidem affectione ad fracturã uenæ originẽ referẽte præcipuè quibus nõ est integrũ expeditũ uictus rationẽ obseruare. Inchoandũ uerò est & hic à simplicibus & imbecillioribus pharmacis, deinde paulatim ad ualidiora est deueniendũ. Ponderanda etẽm semper sunt æqua lance & medicaminũ uires, & ægritudinis quantitas & languẽtis robur, & tum demũ securè adgrediunda est curatio. Sũt aũt ad hanc adfectionẽ & ratione & experientia cõprobata medicaminũ auxilia huiusmodi: Symphyti (quã Rhomani Consolidã uocant) radicis elixatio quæ pota uenarũ eruptiões reprimit, & sanguinẽ fluentẽ sistit, & rupturæ medet & cõsolidat. Succus deinde portulacæ in potu sumptus plurimũ cõducit, & præsentis est auxilij. Quod si quæ enumerauimus, sumere nequeunt, quæ subijciã herbæ cõsimiliter subuenire possunt, rubi uidelicet mora, flores quercini, uel eiusdẽ arboris cortícis mẽbranulæ, uel glandis quæ inter cutem carnẽq; eius sunt membranæ. Cæterũ satius est nõ dictas species contritas (propter nimiã uiolentiã & asperitatẽ qui inde efficit potus) potui dare, sed prius in aqua elixare & decoctus eius laborãti miscere. Aliud: Radix pontica in potu sumpta Hæmoptoicis remedio est. Aliud: Succus foliorũ arboris lentisci potui datus, sanguinis reiectioni pari modo subuenit. Succus itidem herbæ sanguinalis quod Græci πολύγονον egregijs laudibus à medicis in medẽdis Hæmoptoicis laudibus certatim extollit. Neq; abruptiõibus uenarũ modò sed oĩbus quacũq; ex causa sanguinis reiectionibus per os præsentaneã opẽ confert. Neq; tm̃ succus illius id facit, cũ ipsa quoq; trita & potui data per se, uel cũ terra Lemnia sigillata summè prodest. Aliud: Terra itẽ Samia & terra Asteris nõ solũ interfractionibus, sed & diabrosi & anastomasi, causis Hæmoptoicæ affectiõi calidæ aquæ p̃mixtæ uel cuipiã ex enumeratis decocto succurrũt. Succus prætereà porri cũ æquali mẽsura succi portulacæ & pauculo aceto haustus sanguinis eruptiõi quæ per fracturã fit, occurrit. His itaq; & id genus cæteris medicaminũ præsidijs sanguinis reiectio ni medendæ obseruata semp tẽporis oportunitate utendũ censeo. Duco aũt opportunũ esse & optimũ tẽpus sumendis potiõibus id quod Hæmoptoicã adfectionẽ anteit, & quod eandẽ affectionẽ cessante fluxu succedit. Sunt uerò interdiu semel modò, sed identidm atq; tum potissimè ubi uiolentior infestat, urgeatq; laborantem molestia propter sanguinis retenti moram.

De Aspergmibus & Epithematis Hæmoptoicis utilibus.

Conspergantur prætereà Hæmoptoici extrorsus circum thoraca aspergínibus quas (ἐμβροχὰς dicunt & ἐμβρέγματα) uel imponãtur epithemata concinnata

nata ex lana cum oleo rosarum, uel de corticis, uel myrtheo, uel aceto exiguo, uel uino austero non admodum ueteri, commixtis. Oportet aũt lanam identidem mutare, quoniã calfacta sanguinẽ denuo concitat. Si uerò dolores his actis permanserint in pectore, haud absurdum fuerit medicamina quæ dolores amouẽt, blanda παρηγορικὰ à Græcis adpellata, exiccandi & reprimendi gratia adplicare Conducunt uerò imprimis ad huiusmodi affectiones epithemata quæ ex metallicis constant atq; aceto. Cuius generis sunt Ambrosia, cuius frequens adparatus & usus est, uel emplastrum δι' ἀλθέων, hoc est, ex hibisco confectũ, uel emplastrum barbarũ, & præcipuẽ id quod refert ad Galenũ. Delicatis uerò mortalibus & imbecillis qui ualidioribus medicinis nõ sufficiũt, summopere cõfert διὰ φοινίκων hoc est, ex palmulis dactylisue contextũ, cum ceræ aliquãtulo, oleoq; rosarũ & aceto dilutum. Præterea emplastrũ Mnasei, atq; eadem quorũ iam pridem meminimus emplastra, puta Barbarũ & δι' ἀλθέων, si probè & scitè eliquent cum aceto rosaceo, uel ad instar mollis ceratæ redacta. Opem præterea magnam eidem langori, nempe natura corpore molle & imbecillum nactis Hæmoptoicis antidota, & pastillorum confecturæ, conferunt.

Quatuor ad Rhygmachasmum, hoc est, ex fractura uenæ factum sanguinis reiectionem medicamenta.

Quod si blandis & mitioribus remedijs parum aut nihil proficiatur, ita ut & dolores & sanguinis reiectio nihil ijs ipsis admotis quiescant, ad ualentiora deueniendum est medicaminum, quæ aduersus hunc morbum nata, factaq; habentur, subsidia, antidota uidelicet, pastillos, seu globulos quæ Græci uocant καταπότια. Quæ uiribus utiq; sanguinem manantẽ reprimendi, dolores sedandi, & amouendi, uentris item fluxum reijciendi, & soporem deniq; conciliandi potestate sint prædita. Quorum omniũ à ueteribus inuẽtorum, longum sit catalogum pertexere, satis esse arbitror, si præstantissima quæque ex his quum ab alijs non pœnitendis medicis, tum à nobis usu & experientia sæpius cognita atq; probata, summa fide recenseam. E quorũ numero prima hæc est compositio.

Prima præs aduersus sanguinis ex fractura reiectionem Confectura.

Thuris, amyli, symphyti (quam aperta significatione, magis quàm concinnè uulgò Consolidam uocant) uniuscuiusq; denariũm pondo trium, quassato in puluerem, & per angustissimũ incerniculum trajicito. Cuius dosis est myrstrum unum cum oxycrato pauco, in elixatione myrti siue lentisci. Maliue Punici succo, seu lenticulæ.

Altera medendæ Rhexi confectura.

Accipe terræ Samiæ, amyli singulorum denariũm pondo quatuordecim Tragacanthæ, cõmeos Arabici lachrymæ papaueris uniuscuiusq; denarium pondo duodecim. Succi arnoglossi, uel herbæ sanguinalis, quantum ad comprehendenda ea satis est, conforma pastillos denarij unius pondere singulos, & cũ aqua succóue plãtaginis aut herbæ sanguinariæ potui dato. Et si nulla langue-

item

tem febris infestat, in oxycrato bibendum propina. Est uerò hic pastillus non Hæmoptoicis modò, sed immensis quoq; thoracis, aut uentris doloribus præsens remedium.

Tertia confectura.

Habet terræ Lemniæ capra signatæ, amyli, thuris, terræ asteris, cõmeos, aluminis fissi, acaciæ giluæ atræ ue (quam Græci κίσσηρ dicunt) singulorum uncias qutuor, Symphyti denariũm pondo sex succi porri quantum satis est. Concinnant inde pastilli denarij unius pondere. Porrige illos languenti nõ tam morbi uim, quã ægri uireis perpẽdens. Dilue prius pastillos in oxycrato, & misce Hæmoptoico cum decocto Symphyti, aut rubi. Sæpius hoc medicamento in hoc morbo præsens auxilij experientia probatum est.

Quarta confectura.

Constat ex Aluminis scisci, acaciæ singulorum uncia una, elixationis papaueris quantũ satis est. Rediguntur aũt hæc appositissimè in pilulas, quarum singulas sub lingua tenere expedit. Conducit autem potissimè hæc confectio his qui ex gutture, & aspera arteria cruorẽ spuendo reijciunt. Cæterũ dum è pectore & pulmone sanguis expuitur, hanc in potu ceu diximus dilue, atq; propina. Mirificæ etenim est, aduersum hanc affectionem, potentiæ.

Hæmoptoicæ affectionis ab exesa aliqua corporis parte manans curatio.

SI sanguinis sputatio ad alicuius corporis particulæ διάβρωσιν, hoc est erosionem suã referat originẽ, siue è pulmone, siue pectore, siue latere, siue gutture summo exesis sanguis feratur, nõ confestim rebus adstringentibus, & medicamentis acutis, aut epulis acribus molienda est curatio: sed quæ acrimoniã humoris unde nata est abrosio domandi, emendandi, uertendi, discutiendiq; uirtutẽ obtineant medicaminibus sedulò utendũ. Vitandaq; serio sanguinis est, quæ per secationẽ uenæ fit, detractio, propterea quod nõ pauci comperiant gracilenti corpore, & aridi arcto admodum, angustoq; thorace præditi inhumerosi, qui huiusmodi abrosione corripiuntur, & ob id promptius in Hæmoptoicam affectionem incidunt, & facilius Ptysin transeunt.

De nutrimentis Hæmoptoicorum ex corrosione alicuius particulæ.

Sunt igitur ita affecti ptisana in qua hordei grana unà cum succo existant iugiter alendi. Halica itidem acoris pariter & salsoris experte, & ne per somnium quidẽ oportet quæ subtiliũ partiũ sunt extenuandi gratia admiscere. Sed contrà potius, quæ committendi conglutinandiq; & infartiendi uim obtinẽt adijcere. Verbi caussa: Amylum triticeũ, aut maluã. Si febris desit, lac quoq; & tragachantã. Ex holeribus aũtsumi cõmodè possunt quæ refrigerãdi, humectandiq; habent potentiã. Cuius sortis sunt intyba, setis, lactucæ & maluæ. Cæterũ qui imbecillarũ sunt uiriũ, & ei post diem septimũ gallinis nutriẽdi sunt, præcipuè domesticis absq; sale & oleo. Cauendũ tamẽ ne uel unq; uel certè rarissimè manducẽt gallinarũ pectora, ne illis sumptis calor sedibus exesis inuehat. Hic utiq; est conferẽs nutricatus eorũ qui exhulcerata aliq; pte sanguinẽ eijciũt.

Cura eorum qui præ mœstitia, uel solicitudine, uel abstinentia sanguinẽ quoquo modo educunt.

ACcidit interdum ut sanguinis reiectio, ex mœrore uel angore uel nimia inedia, uel multo labore, uel immodica uigilia, uel ex catarrho, uel ab acutis & subtilibus succis oriatur. Quod si ex enumeratis aliquid antecesserit, hic languẽs non gallinis modò sed & solidioribus, nempe porcis grandioribus & castratis uesci securè potest. Prætereà piscibus durijusculæ carnis, pectinibus, ex quibus Hysiria quoque concinnata per accommoda sunt.

Hysitia dicuntur esculẽta ex carnibus sullis & ex piscibus quinq; cõiecta quasi gari.

Congruunt & pisces locustæ quos ἀσάκους Græcè nuncupant, bis cocti in aqua mutata, & pedes porcini absque oleo elixi. Atq; ut paucis plurima perstringam, cuncta utilia censentur, quæ uirtutem habẽt inspissandi, explendi, uel acrimoniam hebetandi. Quibus utique ea, quæ se in pectus uel in pulmonem recipiunt, & temperant & domantur. Cuius rei gratia fructus quoque ita habentibus non interdicuntur, qui refrigerant atque humectant. Quorum ex classe sunt carnes melonum, mela suspensa, uuæ passæ, mala nõ astringẽtia. Ficus uerò manibus, pedibusq; fugiendæ in hac affectione constitutis sunt.

De eo quod à capite descendit.

Signa sanguinis fluentis ex capite.

Consyderandum est in Hæmoptoicis sedulò de capite ne feratur acredo, mali huius caput & caussa. Prouidẽdum etiam an Tussis qui euerit, locâue affecta obturata sint. Nisi enim de capite tenuis ac acer defluat humor, tussis sedatur. Si ex capite fertur sanguis, capitis dolor excruciat, tinniunt aures, rubet uultus, uenæ frontis sunt densæ, & caligant oculi.

Propter acres humores sanguinem fluentium curatio.

Medela uerò quorum à capite delabitur acutus humor consistit in adplicatiõe rerũ refrigerãtium & humectantiũ caput. His em̃ adhibitis capiti calor eius sedatur, & decrescit acrimonia. Quibus nanq; gelida est capitis intẽperies, huiusmodi calore, acroreq; nõ infestant̃, adeò ut sanguinis deferat̃ uis. Qua de re oleũ rosarũ per se, uel adiecto aquæ frigidæ paululo quo prõptius penetret capiti ad glutinandũ, atq; ita domat calorem, qui ex infernis corporis partibus attrahit ad se, atq; transmittit faucibus & gurguliõi unde ad pectus pulmonẽq; descendit. Neq; alienũ fuerit hoomalo ita correptos in balneũ perduci. Quũ uerò lauandũ duxeris oleũ rosarũ interdicito, uel oleũ rosarũ admixto aceto (q̃d Græci dicunt, ὀξυρόδινον) frigidã, potissimũ ubi sederit ægrotus in solio calidiore. Ad temperandã uerò capitis intemperiẽ, gelidã aquã, non in ratione eidem parti p̃fundito. Atqui talẽ curationẽ his adhiberi oportet, quibus sanguinẽ ex capite descendere est suspicio. Neq; de acutis humoribus sup̃ uenã fit carnis corrosio. Nã quibuscũq; ex humorũ acredine sup̃ uenæ tunicas, uel in ipsis tunicis fit corrosio & sauciãt loca, & inde cruor eijcit̃ p̃sputũ, his præcipiendũ est ut oleũ rosarũ contineant uel lentiscinũ uel oxycratũ, & de radicibus alterci, q̃d Græci ὑοσκύαμον uocãt, uel solano, semperuiuo, uel rosis uel aqua rosarum atq; id genus cæteris os languẽtis colluere expedit. Nos itaq; arbitramur, saguinis exputationem, ex erosione acredinis factam cum catarrho, hac ratione curari. Nec possum nõ demirari, q; Galenus mirificus ac summus Medicus inter medelas huius mali nihil frigorificũ, nihil item eorũ quæ humectãt, recen

fuit, sed contrà omnia fecit. Nam intra initium confestim calorificis, siccificisq; usus est, quibus mali causſam magis inflammauit, magisq; exiccauit, pulchrè nimirum excretionem sanguinis ab erosione ortam gnarus. Proinde rebus ita se habentibus, præstat illico frigorifica & humectantia adhibere potius quàm qualitati causſæ insistere. Quod si ampliorem κακοχυμίαν subesse coniectura ueris, facienda est euacuatio, quo fiat humorum maximè acrium & bileosorum euulsio, ne intemperie sua & caput & pectus maiore acrimonia adficiant. Radebat ille ægri caput & imponebat medicamen ex stercore agrestium columborum, ducens in Laconicum & balneum siecum languentem, exhibuitq; thiriacam & Thapsiam, (illam nonnunquam quum petendus esset somnus.) Neq; permittebat olei quicquam, neq; capiti, neque pectori, neq; reliquo corpori perfundi. Quæ sanè omnia ampliorem acredinem inducunt, & abrosionem longè spacioſiorem efficiunt. Neq; enim placant, & fluentem materiã sedes uellicando corrodendóque nõ prohibent, quũ tamen satius sit acredinẽ temperare, sedare, & quicquid fluit reprimere. Quinetiam tussim quæ sanguinẽ quoq; extundit, mitiganda est. Et omniũ præterea membrorũ temperamentum bonũ, quo nõ est aliud præstantius adminiculum, studiosè tueri expedit. Quibus omnibus ad unguem obseruatis, utendum est his, quæ deiccandi cicatricẽ cõtrahunt. Meaq; opera cõplures ad pristinã statim reuersi sunt ualitudinẽ nulla adhibita neq; thiriaca, neq; alijs quibusdam antidotis. Vsi perpetuò non uellicantibus medicamentis, præcipuè uerò concinnatis è lapide Hæmatite

De Hæmatite lapillo.

Hæmatiten lapidem cõperi contra multam quoq; sanguinis reiectionẽ magnã & salutarẽ admodum potentiã possidere cũ succo exacinis malorũ Punicorũ, uel cũ succo sanguinalis herbæ exhibitũ. His uerò qui nõ tantã sanguinis uim expuebant cũ aqua tepida præbui. Oportet aũt ipsum ante resoluere, & assulatim, & subtilissimè friare, ut leuior reddat uento. Offerendi aũt sunt eius pulueris una dosi oboli bini, uel parũ, pro re nata, plus, minusue. Pari insuper cõmoditate usi sumus eo in his qui ob exhulcerationẽ quampiã pus etiã eijcere incipiebãt, unde mirificè, pfectò hulcere deiccato ad pristinã sanitatẽ reuersi sunt, ita quidẽ, ut deinceps nihil puris prouenerit, neq; ullam tussiculã senserit ægrotus. Nouimus præterea aliũ quendã qui ob erosionẽ non pus modò fœtidum eijciebat, sed ex faucibus, asperaq; arteria mẽbranulas quasdam cum sanguine pariter expuebat, magna cum admiratiõe omniũ, solo hæmatite lapillo incolumitati integræ restitutũ. Exhibebatur aũt ei puluis ipsius potũ cum uino tenuis essentiæ, & odoris ualde fragantis. Summo aũt studio nitendum, ut in quàm fieri potest tenuissimum pulueretur, ut mihi iam dictum est, comminuatur, & quasi in polinem, ut ita dicam, friatur. Quod sanè ad hunc modum egregiè confit, efficiturq; Hæmatiten ualidissimè contusum atque leuigatum subtili lintheolo indito, idem cipho non capaci, cum uino optimo atque perodoro immittito, & à uespera usque mane ita macerato, quo uinum illud perodorum subtiliorem

aliquam

aliquam eius partem attractam induat, adeò ut qui hoc uinum sumpserit qua litatem eius persentiat. Huncitaq; admodum potio præparata, & ut palatui arrideat magis adornata. matutino tempore potandam porrige. Nam si æger quispiam, modo, quo diximus, affectus, frequenter hoc potu fuerit usus, malo statim propulso, integram sanitatem nihil aliud faciens recuperabit, & quod imprimis utile censeo, nulla stomachi subuersio patientem comitatur. Atq; ita sufficienter hactenus de lapidis Hæmatitæ in hac re uiribus dictum existimo. Cuius usu tam præsentem in sanguinis eiectione primus reperi, & sæpenumero experientia comprobaui. Docuimus autem, his qui propter abrosionem ex destillatione (quem κατάῤῥοον Græci dicũt) factam, uel ob calidam intemperaturam, sanguinem proijciunt, minimè utendum esse calfacientibus, & exiccantibus, uel aliqua acrimonia præditis medicaminum præsidijs, sed contrà ijs potius, quæ nihil neque acredinis, neq; mordacitatis in se continent medicaminibus curationem esse machinandam & euentum felicissimè conatibus respondere. In cuius utiq; penuria succenturietur lapis Armenicus.

De lapide Armenio.

VBi uerò lapis Hæmatites ad manum non fuerit, nec ulla detur illius uendi, quo modo demonstrauimus, copia, in uicem eius lapidem Armenium sumito. Quoniam is quoq; mirificam quandam in Hæmoptoicæ affectiones curatione uirtutem obtinet. Conducit etiam non parum terra Samia, lapisue qui Samo reperit, (qui similiter adstringendi, refrigerandiq; potentiam habet) uel certè terra Lemnia quam indigenæ in rotulas concinnantes, capræq; figura signantes, σφραγίδα αἰγὸς, hoc est Capræ sigillum (Medicorum uerò scolæ terram sigillatam adpellant,) Habentur porrhò compluria alia quoque præsentis auxilij ad eandem affectionẽ remedia, simplicia & composita, multis quidem modis huic rei adposita, cæterùm usum eorum, quoniam exiccantis & acutæ sunt qualitatis non admodum probo, neq; opis eorum opus esse magnopere censeo. Siquidem solus λίγδος ἁιματίτης, (quo non præsentius reperiri potest auxilium) ad perfectam exputationis sanguineæ ex corrosione curationem eximiè sufficit.

Terra Lemnia.

Terra sigillata

† fortè διὰ κωλείας

Post hæc commendatur in huius morbi medicatione † δι' ἀκόνης pharmacum. Quod minimè gentium, re hoc ipsum clamitante, eis dare conuenit, qui ob gelidam intemperiem, uel ob impetentem catarrhum hoc malo tentãtur, & quibus quod fluit humidum existit aut pituitosum, & qui nihil neque salsedinis, neque acredinis sentiunt, uel habere conspiciuntur, uel alia quapiam qualitate possidentur. Quibus tantum abest, ut Theriaca antidotus officiat, ut uehementer data profit.

Quæ foris in sanguinis reiectione adplicare expediat.

Horum, qui sanguinem (culpa catarrhi) expuunt, capiti foris imponenda sunt quæ cutis redundatias deficcare nata sunt remedia, ne partibus quæ fluxu humoris tentantur, tussis uiolenter inferatur, & uena rupta sanguis erumpat. Cognouimus uerò quempiam qui propter mali & noxij humoris fluxum in pectus & frigida intemperie hoc malũ incurrit, cauterijsc aput inussisse, atq; omnibus illico symptomatis caruisse. Ita sanè, ut ipsa, qua tenebatur humorum, officiũ facientium, plenitudine penitus exhausta, tussiq; sublata, exhulcerationesq; exustionis beneficio fluxu destitutis, sanitatẽ recuperarit. Ita porrhò affectis thermæ summo remedio sunt. Quemadmodum contrà, qui ex calida intemperatura in morbũ incidunt, his calorifica sunt aliena, frigida expediunt.

Cura sanguinẽ in frigore respirando expuentium, ex monumẽtis Galeni.

Fractis uerò in pulmone uasis respirando per frigus, reiectioneq; indesanguinis oborta, hũc in modum succurrito. Sanguinẽ principio statim per uenam sectam detrahito, & secundo loco similiter aliquantulum euacuato, ut ad contraria fiat euulsio, cuius sanè gratia potissimũ fit sanguinis pertusa uena oblatio. Deinde manus & crura perfricare & reuincire expedit. Vespere Trochiscum διὰ σπερμάτων, hoc est ex seminibus confectum, præbeto. Detracto autem sanguine die pectori ceratam ex thapsia imponito, quam sub uespera, ne plus satis incalescat, deponito, & pastillum διὰ σπερμάτων tertio die denuo porrigito, & Thapsiæ ceratam per horas fermè treis rursus imponito. Deinde laborantem lauato. Cibato autem hominem primis quidem diebus sorbitione. Tertio uerò die cum succo ptisanæ, pisces concoctioni nihil renitentes probè conditos edendum dato. Inde in cubitum ducito, & pastillos διὰ σπερμάτων (quoniam somnum accersunt) & citra dolorem arefaciunt, repete. Ardore porrhò fractorum uasorum quiescente, & membrorum bono, ac suo reducto temperamento dandum est quod pectus expurget. Probatur aut theriaca ex uiperis, inde lactis potio, & alij cibi delicati, & ad pristinam sanitatem breui reuertetur.

Quæ fugienda sint Hæmaptoicis.

Quicunq; semel sanguinis sputationi, uomitioniue obnoxij fuêre proprij sua uitare debent ne denuo eandem affectionem incurrant. Quocirca longum, citatúmue iter nonest impetuosè arripendum, iugis & uehemens corporis exercitatio fugienda, uiolentus clamor, & frequens rei Venereæ usus sedulò uitandus. Vitare insuper expedit esum apij, rerum acetosarũ, petroselini syluestris, uel ciborũ acriũ, & casei antiqui. Quæ utiq; imprimis cauẽda sunt ijs, qui sanguinẽ ex abrosionis causa expuũt. Cauenda itidẽ nimia cibariorũ inflantiũ repletio. Fugiẽdus præterea si quid alienæ, furor, medicamẽta grauia & uehemẽtia, & ponderũ quæ manibus fit subleuatio,

uatio. His qui solenniter sanguinis profluuio obnoxij sunt, ea quæ aluum ad stringendi uim obtinent. Hæc ergo sunt in eductione sanguinis propter diabrosim sanctissimè interdicēda. Quibus uerò per nares perq; palatū sanguinis fieri consueuit profluuium, ei solis æstum, caldam habitationem quotidianam caput item calidæ aquæ immergere, aut id ipsum puluere calorifico, acriue aspergere, uel unguine quopiam calido uel oleo oblinire, aut uelare denicq; summo studio uitent. Compari etiam modo ore uenæ alicuius adaperto balnei usus fugiendus est, atq; id quidem modis omnibus. Sed ante omnia temulentia unà cum edulijs omnibus caloreficis Hæc si quis obseruauerit acuratè & solicitius, immunem se ab hoc morbo, exortemq; facile custodierit.

De obseruatione circa lac, & caseum.

Vniuersis qui quoquo modo sanguinem reijciunt. lactis recenter mulcti calci item mollis ac teneri, usus commodissimus est præsertim caprini aut bubuli. Haud etenim ullum pharmacum, aut aliud alimentum, tantum emolumenti in hoc morbo, quantum lac ipsum conferre creditur. Qui igitur hac ægritudine impliciti à principio statim solo caseo perpetim usi ad pristinam ualitudinem reuersi sunt, eandem diutilè inculpatam obseruauerunt. Nouimus quippe uirum qui per integrum annū in cibis ac poculis lacte & quandoq; pulmentario excocto lacte & similagine, h driaue quod Tri uulgo nominant aut farre, aut halica, & ut poline tritici, concinnato usus, reuera perfectam sanitatem recuperauit.

ALEXANDRI

Finis Libri Secundi Alexandri Tralliani de humani corporis partium uitijs, ægritudinibus, iniurijsq;.

ALEXANDRI TRALLIANI, PRAECELLENTIS MEDICI DE SINGVLARVM CORPORIS PARTIVM AB HOMINIS VERTICE ad plantam usq; uitijs, ægritudinibus & iniurijs Liber Tertius, Albano Torino Vitodurensi interprete.

De stomachi affectionibus, & symptomatis, quæ Cardiaca à quibusdam adpellantur, Caput I.

ADfligitur porrò os uentriculi quem στόμαχον Græci nuncupãt uarijs & innumeris non tam ægritudinibus quàm symptomatis, hoc est casibus. Verbi caussa morbo Comitiali quem ἐπιλημψίαν Græcorum Medici nominant, conuulsione, spasmóue syncopa, mœsticia temeraria, timoribus atrebilarijs, hoc est, quæ melancholiam comitantur, & id genus alijs infinitis, puta appetentia canina, malicia, grandi fame, appetitus à cibis auersione, nausea, uomitu, singultu, corruptela, indeuiscerum locellorum scilicet muliebrium, & ueficæ, & pedum deniq; per compatiendi rationẽ dolorem. Quandoq; stomachi affectus uigilias inducunt, & mentis uacillationes, & solicitudines quasdam siue angores, extremarum q; partium frigus. Inest enim illi summa, ut ita dicam sensibilitas quoniam nerueus est. Quo adtecto per consensum iecur, uenis eò tẽdentibus, & cor ipsum adficiuntur. Habet enim situm inter lienem, & iecoris fid

De Appetentia canina uentriculi Caput II.

QVoniam uerò non est una τῆς κυνώδους ὀρέξεως, hoc est, canini adpetitus, occasio, sed quàm plurimæ in notis deprehendendis, omnibus uestigijs inquirendæ sunt mali differentiæ. Accidit autem eiusmodi adpetentia, quandoque ex calida, quandoq; è gelida, uentriculi temperatura. Est quando è pituitoso succo qui in uentriculo continetur, id mali potissimum contrahitur.

Curatio caninæ adpetentiæ ex calida uentriculi intemperie corflatæ.

† Aliàs cathelica, id est adtractrix.

QVod si plus satis caloris insit stomacho, & ingenti imbecillitate quum uniuersum corpus, tum potentia quoq; retentatrix quæ Græcis † cathectica uocatur, laboret, operæ precium omnino est, imò necessarium, quid caussæ sit, quòd uentriculus sine modo esuriat, & cibos identidem adpetat, cognoscere.

Id est mare nã q; prius uitẽ tulerit.

τὸ μὲν πολλὴν θερμότερον ὄντα ἄμπελον, quàm idoneam morbi curationem incognita prius ad unguem caussa, mali seminario concipere. Vt enim diuersæ eius caussæ, ita & remedia sunt. Proinde si ex calidiore quàm par sit intẽperie caninus ille, quo sine modo cibus adpetitur, deuorandi adfectus oriatur, frigida, quoniã contraria contrariorum sunt medicamenta, exhibeantur: Si ex frigiditate proueniat, multò prolixius calida offerenda sunt) quoniã neq; siti uacant, neq; humores acidos euomunt. Quũ enim calor augetur nequeunt succedere id genus accidentia, promptissima extenuatiõe & digestione per abditos meatus, atq; ob id aluus eorum astringitur, uel exiccantur uel gracilescunt. Qui uerò ob totius corporis retentricisq; facultatis debilitatem caninam inediam contrahunt, cibaria cruda, liquida subinde magna copia cunire consueuerunt. Proinde ob corruptionem graueolentius plerunq; olent.

Curatio adpetitionis caninæ ex frigiditate prouenientis.

Si qui uerò in eiusmodi tam auaram incidunt ciborum adpetentiam propter frigiditatem uel pituitæ uentriculum occupantis essentiam, curatione communi quæ per contraria fit, hoc est, calorificis remedijs succurrendum est

Miscere est potui dare.

præcipuè autem uinum meracius, & syncærum, rufique coloris misceri expedit. Conferunt etiam præsentaneam opem edulia pinguiora, præsertim oleacea: magis uerò pinguitudines Phasianorum, & carnium suillarum. Quæ sanè sumpta robur inducunt potissimè. Deinde Adpetitionem intensam reprimunt, eamq; constitutionem inducunt, ut etiã si conentur deinceps cibum præter mensuram sumere, nequeant.

Canina adpetionis edendi ex calida intemperie ortæ curatio.

QVod si canina fames ad nimium colorem referat originem, à uino maximè abstinendum est, cibi concoctioni renitentes præcipuè sumendi sunt. Vehementer enim calorifica ita habentibus, admodum hostilia (& ideo etiam fugienda) sunt. Verbi caussa, piper, uel quod inde conficitur Hydrogarum, uel ex eo compositum conditum. Atqui, ut summatim dicam, cuncta quæ offeruntur frigorifi cum

frigoríficum quiddam & concoctu difficile admixtũ habeant, cuius sortis sunt: caro bubula, struthiones, & iuuencæ pedes.

Caninæ appetitionis ex deiectis uiribus facultatis retentriàs prognatæ curatio.

Quando uerò contentricis potentiæ imbecillitati canina adpetitio accepta ferenda est, causſam ante omnia quæ, ut supra positũ est, distemperantiã lædit oportet cognoscere. Deinde adconferentem curandi rationem deuenien dum. Temeraria etenim hæc est medici curatio, qui solis astringentibus stypti cisue agere conatur. Potissimum ubi gelida intemperies quæ retinendi uirtutẽ quam † cathecticam uocant, prosternit, subesse conspicitur. Quo circa ea quæ promptissimè decoquuntur maximè expediunt. Contingit uerò nonnunquam, ut arida quoq; intemperies cathecticam, id est continentem facultatẽ deijciat. Cæterùm ea curationi medium unguem porrigit.

† Aliàs cathel ticam

Imbecillitatis cathecticæ uirtutis ex frigore natæ, & adpe tentiam caninam inducentis curatio.

Vbi uerò frigidior temperatura huic malo uidebitur occasionem dedisse, calorificis pariter & siccificis subsidijs subueniendum est. Neq; solũ huius notæ uictus, sed & id genus medicamentis utendũ est. Accõmodatus est itaq; il lis & proficuus admodũ cibus ex holeribus brassica ter elixa, gummíq; adiectũ Decoctio item ex uino, & conditi in eadem caules. Pari modo & rapa, & farina hordeacea, & halica cũ uino Cyreo, & holera terrestria. Ex uolucribus expe diunt perdices, merulæ, turdi, & anates. Ex carnibus carnes non carnes (ut ita nunc loquar, hoc est pusillorũ animantiũ, uerbi gratia, caprinæ, & ceruinæ, sed partius sumantur. Fructus sunt cane peius & angue uitandi. Ex mensis secundis quæ Græci τραγήματα uocant, uuæ tantũ sunt exhibendæ, & reliqua bellaria in terdicenda sunt. Esto itaq; huius modi uictus qualem descripsi ratio. Vngenta porrhò & epithemata quorũ usus in hoc morbo cõmendatur, ex lardano, masti che, myrrha, aloë & absynthio sunt præparanda. Potiões uerò medicæ, exspica nardi, Rha pontico, & confectiõe διὰ μήλων, id est ex malis cotoneis, quæ ex gin gibere constat. Antidotum autem quod congruit est Hiera, quod est sacra, & theriaca potissimum. Nam eâ omnium omneis & cõcoquere & ad sanitatẽ per ducere potest dystemperãtias. Laconica & quæ calidum uoluũt hypocausta ua porem & folia principiò effugiant. Pusilla aũt morula interposita remittẽte af flictione usq; ad integrã salubritatẽ aquis utantur calidis, præsertim ijs quæ ad stringẽtis sunt aliquantulum qualitatis participes. Exercitia hos egregiè iuuãt, armorũ nempe gestationes, & locorũ longinquæ alterationes, peregrinationes ue. Nam hæc singula restaurãdi uim obtinẽt, & uniuersi corporis constitutionẽ robur inducendi facultatem habent. Vnde Contentrix potentia suo, & digestrix, cui apocritica nomen est, itidem suo munere strenuè fruitur, & mediocri dele ctu cibus adpetitur.

Retentricis facultatis ex immodica caliditate curatio.

Quando autem retentrix humani corporis potentia, ex biliosi humoris intẽperie proficiscit, præsentissima fuerit curatio panis aqua calida acceptus. Oua item dura hora diei tertia, & ex holeribus intybæ, lactucæ, & maluæ. Ex uolatilibus altilibus gallinæ non satis elixæ, & anserum extremæ partes, & thorax Phasianorum. Interdicere oportet syluestria simul omnia. Ex piscium genere probantur duræ carnis, uerbi causa, acerina, Cyrini pectines, orphus condæ carabi, octocopa, sepiæ, testaceã cutem habentes, astacus & cochleæ. Ex legumentis uerò phaseoli, fabæ & oriza. Ex fructibus mala dulcia & rosea, citreáue, uuæ passæ, caro melonũ, & medullæ cucumerinæ, persica, mala persica siccata.

Conueniunt præterea in hac constitutione uentriculi constitutis, lauacra dulcium quidem aquarum & frigidarum. Thermæ etenim & aquarum calidarum balnea aliena sunt his & inimica, caneq; peius uitanda & angue. Hactenus de his satis superq;.

De Esuritione intollerabili, quam Græci Bulimian, & Bulismon adpellant, nostri Bubulenam, siue Vaccinam nominant, Caput III.

Βούλιμος est (quod uocabuli quoque etymon euidenter declarat) insatiabilis edendi cupiditas, famesq;, ut aiunt, Saguntina. Profiscitur autem ex calore nimio adintima (ut res ipsa manifestè ostendit) coacto, & imbecillitate stomachi. Qua propter nisi citra mensuram cibos ingerant, anxiè & irrequietè infestabuntur, & adsiduè famescentes deficient. Quod imperiti aliquot amusatoi (quos Græci ἰδιῶτας adpellant) obseruantes, continuo rebus fragrãtibus ingentemq; odoris suauitatem, nidorisq; fluxum emittentibus, prægrandi fame pressis, subueniunt, uitalem spiritum exhalantem reuocando. Adijciunt autem odoramentis plerunque panem uino madidatum, carnes suillas tostas & ceruinas, & quascunque eiusmodi odoris, & conditas. Solent præterea, satis præsenti subsidio extremas ita affectorum corporis partes ligamentis constringere, pilos euellere, aureis uellicare, quo suscitent à syncopa, & mamillarum denique capita pungere, uel lancinare aut trahere. Refocillatis uerò illis angoribus remissis panem uino dilutum manducandum ante reliqua cibaria exhibe, mox inde cæteras escas. Sunt uerò reliquo deinceps tempore ocyus, crebrius, & cibis concoctioni renitentibus nutricandi. Danda item sunt cibaria frigorifica pariter roboratrice uirtute prædita. Præsenti etenim sunt eiusmodi edulia ita habentibus auxilio, & tanquam postliminio temperiem reuocant. Proinde non defuerunt qui intollerabilis famis uiolentiam, incendiosumq; uentriculi feruorem extinguere conati sunt, cuiusmodi quidem curandi ratione, manibus, pedibusq; fugiendam, esculentis uerò cõcoctu difficilibus potius utendũ censeo. Nouimus
Hist. ria. quippe matronam, cuius uenter non fecerat officium plurimis diebus, quamquam prægra ndem cibariorum uim usque ingereret, probéque concoqueret

atq;

atque ob id lancinnationem & morsum quendam in uentre, & capitis dolorē iugiter conquerebatur. Hieram itaque cathartícam ad propellendum id mali adsumpsit. Quæ functionem suam perficiente lumbricum, uermémue immani amplitudinis duodecim cubitorum, aut plurium etiam, longitudinis eiecit. Et eo momento anxia & irrequieta, rabidáque cibariorum adpetione liberata est. Quo circa non bulimus, sed anguis ille, insatiabilem atque intollerąbilem inediam inuexerat.

De Anorexia, hoc est inadpetentia, Caput IIII.

NOnignorandum sanè est illud, quod cibariorum adpetitus, auersio (quam Græci ἀνορεξίαν adpellant) uel ab aliqua uentriculi intemperie, uel à quopiam succo in eo contento proficiscitur. Quum igitur stomachus omnia quæ offeruntur respuit, necessum est uno ex his suppetias fieri: uel humorum inanitione, uel temperamenti conciliatione, uel roboris inductione, & crassorum, spissorumq; humorum maximè infestantium incisione, & extenuatione. Fit autem commodissimè euacuatio, uel per uomitionem, uel per alui deiectionem. Quando autem ἀνόρεκτος, hoc est eiusmodi fastidio adfectus naturæ aptitudine citra magnam difficultatem uomere potest, subtiles humores & non admodum crassi & mixti commodius ac promptius per uomitum educuntur & exhauriuntur.

Quibus uomitum prouocare expediat.

QUum itaque humores negotium præstantes, per uomitionem euacuandi uidebuntur, caue per medicamenta id faxis, sed humectantibus magis, & fomētosis. Expedit potio aquæ calidæ, & hydromelitis, hoc est aquæ mulsæ, quod frequentius sumendum est, quoniam minore negocio euacuat, & uomitum aperiendo facilius elicit. Gelidam uerò mulsam in eiusmodi casu explodere quàm primum conuenit, eò quòd prauum corpori temperamentum furtim suggerit & conciliat. Salubrior igitur fuerit calidæ aquæ mulsæ usurpatio. Quippe si cibaria fastidientem ouorum luteis aut ptisana alas, ministrata insu per aqua calida, idque exigua temporis intercapedine impositа facias, deinde uomitio excitata, ut minorem molestiam infert, ita plus adminiculi præstat. Quare multò præsentiore cum fructu hunc in modum uomitus cibum fastidientibus prolicitur. Qui uerò non nisi ægerrimè, multoq; ui addacti tandem euomunt, his cunctanter admodum uomitus arte proliciendus est, ne uentriculus præter solitum uim passus, plus detrimenti & pernicici, quàm adminiculi ex multa irritatiōe contrahat. Maior etenim uentriculi commotio, grandiorq; euersio, ampliorem educit eduliorum adpetitus auersionem. Præstat itaq; ac conducit per alui ductionem humoris deiectionem moliri. Oportet autem corpora quæ quispiam purgare uoluerit prius affatim humectando fluida facere, & moderato nutrimento alere. Facilius enim purgationem ferunt

humecta to prius & dispositio corpore. Materia quippe officiū facessans suborna to corpore purgatiōi citius obtēperat. Sunt uerò purganti medicamento admi scenda quæ robur inducendi potentiā habent. Verbi causſa, picra uel antidota, uel διὰ μήλων. Vel utendum erit rhodomelite cathartico quæ citra anxietatem humores exhariūt, & utilia sunt uentriculo, quorum huiusmodi est compositio.

Cathartícum Dia Melon, id ex malis cotoneis confectum.

Accipe malorum cotoniorum libram unam, corticum malí medicí denarí- os sex, piperis unciam unam, scammonij uncias duas, aquæ cælestis xestas treis cum dimidia, mellis sesqui libram, experimento cognitum est sæpe. Coqua tur uerò instar oxymellis. Postremò injce scammonium, & piper insere. Dosis esto cochleare unum, duoue.

Aliud purgandi uim habens Dia Cydoniôn, id est ex malis cotoniorum confectum, experientia probatum.

Ad confecturam διὰ κυδωνίων μήλων sumito mala cotonia octo, & adijce scā- monij unciam unam & fermento circumlinito, ne per meatus illius scam moniū penetret, post strentam decoctionem fermentū tollito. cotonia uerò cū scammonio leuigato, & in uasculo uitreo reponito, & ubi usus exiget, unū aut alterum cochleare, si uidebitur, porrigito.

Aliud Dia Rhodôn, id est ex rosis confectum, exactius purgans.

Διὰ Ῥόδων habet succi rosarum libram unam, scammonij sesquilibram, aga rici denariū pondo quatuor cum dimidio, piperis obulos quatuor, mellis optimi uncias sex, lento igne decoquito, & ubi coagulari cœperit, scammonium & piper & agaricum immittito & utitor. Exhibebis uerò pro laborantis uiribus cochlearia quinque aut sex.

Anorexiæ ex spissis & uiscosis humoribus natæ curatio.

Quod si cibariorum adpetitus auersio ad spissos & glutinosos humores referat originem, danda sunt ad curationem illius quæ humores inci- dendi, attenuandi potestatem obtinent. Ministrabis itaq; mandu candum propter absterſionem cappares. Sunt etenim Cappares huic functioni ualde accommodatæ, & utiles medelæ, bene lotæ, & cum oxyme lite conditæ. Oliuæ præterea omnes sale aut oxymelite c onditæ spissitudinem egregiè expediunt & disjciunt. Sinapi autē cum aceto & melle comesta effica- tius succurrit, atq; (ut summatim dicā) quæcūq; medicaminosa in edulijs opti- mè adhibentur. Quibus uerò uentriculus frigidior est, his piper quoq; cum gin- gibere prædictis admiscerí potest. Sed præcipuè competit διὰ κυδωνίων μήλων confectura.

Aliud Dia Cydoniôn melôn, hoc est, ex malis cotoneis confectum.

Conficitur præterea haud inutiliter in hunc usum conditura ex mālis cydo- nijs, pipere, gingibere, althæa, quæ & Ibiscus dicit, costo, pulegio. Quanq; non

non desint qui aliter conficiant. Longè autem, lateq; cõmoditate præstat ea confectura qua usus est in huius affectionis cõstitutione Galenus. Cuius descriptionem Capite de Anorexia, id est ciborum fastidio ex gelida intemperie facta, deprehendes. Quod si uehementiore hac absterſione opus esse uidebitur, oxymelite, quod ad Iulianum refertur, utendum est. Stupendæ enim potestatis est non modò in detergendo humores uentriculi, sed & capitis, lienisq; & totius pectoris quod thoracem nominant. Capitis adeò quidem ut morbo Comitiali correptis sanitatem restituat, & ab alijs compluribus & diuersi generis affectionibus uindicet. Cuius confecturam alibi memorabimus. Id sanè genus præsidijs perpetuò utendum iudico. Foris porrhò ungenta calorifica, & robur uentriculo inducentia sunt adplicanda. Cuius notæ utiq; est cui cognomentum est inditum Martiaton. Reliqua uerò epithemata cognomento Baidon & ἐυωδῆς, id est odoriferum, censentur saluberrima, & sunt utiq; à pluribus experimento cognita. Quorum conpositiones mox subijciam.

Epithema stomacho accommodatum cognomento Baidon.

Habet cassiæ denariũ pondo quattuor, iridis denariũm pondo octo, floris rotundi iunci odorati denariũm pondo duũm, herbæ sabinæ (quæ βρᾶθυ Græcè uocatur) denariũm pondo duũm cum obolis quatuor, bdellij, thuris, guttæ Ammoniacæ thymiamatis uniuscuiusque denariũm pondo uigintiduũ, mastiches denariũm pondo sedecim, ceræ uncias sex, rhesinæ terebinthinæ uncias treis, rhesinæ piceæ lotæ sesquilibram, olei nardini uncias sex, olei œnanthini, hoc est ex floribus labruscæ uncias octo, aloës unciam unam, cardamomi, balsami singulorum uncias duas, Caryophyllorum unciam unam. Aridaterantur in puluerem, liquida superinfundantur. Deinde quicquid puluerisrestat inspargatur.

Epithema Euodes, id est fragrans ita habet.

Sordium quæ in apum aluearibus colliguntur (Græci τροπολιν uocant) unciæ treis, crocomagmatis sesquiuncia, bdellij dioboli octo, aloës, myrrhæ singulorum unciæ duæ, malabathrei folij unciæ una, rhesinæ terebinthinæ, thuris, styracis singulorum unciæ duæ, mastiches unciæ treis, spicæ nardi uncia una, cardamomi unciæ duæ, croci uncia una & semis, guttæ Armoniaci unciæ sex, ceræ libra una, colophoniæ unciæ duæ, liquoris balsami unciæ sex, inspeciem epithematis redigantur & ubi res exiget, admoueantur.

Auersionis appetitus ciborum ex sola calida intemperie, citra humorem, curatio.

Vbi autem ex modico uitalium locorum feruore, edulioru auersionem & quasi fugam, puenisse cõspicimus, uictus præscribenda ratio est frigorifica, præsertim ex aceto confecta. Verbi caussa posca quæ uel potui danda, uel

ex ea

ex ea panis dilutus manducandus est, & lac acetosum, hoc est ex aceto & lacte constitutum quod ὀξυγάλα Græci uocant. Mela item & lactuca, & intyba, & aqua egelida modicè hausta, ne calorem, qui aliqua ex parte tuendus est, extinguant. Nam si frigus præter modum introducatur, tantum abest, ut fastidium expellatur, ut ei maiorem ansam hac ratione exhibeas, naturalem stomachi facultatem prosternendo & occidendo.

Cibariorum appetitus auersionis ex sola frigida sine materia intemperie prognatæ curatio.

QVando uerò soli exuperanti uitalium partium algori eiusmodi cibariorum quasi nausea & horror adscribit, aquæ dulcis medicaminibus, quæ Græci ὑδρογαλα (hoc est aquam uel pituitam aquosam prolicientia & educentia) adpellãt, succurrendum est. Vino item perueteri & condito. Inter hæc rutam quoq; & anisum sæpius quidem, sed parcasem per manu offeras. Quin & antidotum ex simplicibus calorificis concinnatum exhiberi debet. Cuius farinæ est theriaca, quæ imprimis congruit. Quoniã adiuuat uentriculum, & malignos humores expellit, & natura fastidij expultrix est. Semper Adagionis μνήμην ἄγαν immemor. Ius quoq; columbinum intra mensuram, modumq; exhibendũ est ita habentibus, & elixatio uuarum. Nam ea quoq; ingentes uentriculo suppetias conferre assolet. Vuæ enim sunt οὐσίμαχοι, id est stomacho perutiles.

De siti tantum non inextinguibili Caput V.

SItis quoque mortales sæpius malè afficit. Vbi dignum est scitu, quod perinde atq; in βουλιμίᾳ & canino appetitu, cibi ingens desiderium & uoracitas sine modò accidit, ita in Bupina potus sine mensura appetitur. Id quod duabus efficitur rationibus ἢ ἐκ τοῦ τῆς στομάχου πολλῆς θερμότητος, ἢ ἐκ πολλῆς ξηρότητος ἐκθοσκησάσης τὰ ὑγρά. Hoc est, Aut ex uentriculi caliditate multa, aut ex ariditatis, humecta depascente, copia. Verũ quandoq; non de uentriculo & eius ore solum, sed plerisq; ex iocinoris, pulmonisq; nimio calore bupina proficiscitur. Hos tamen refrigeriũ delectat & adiuuat, frigidaq; aëris attractio. Sed qui febre ardente, quem κάυσον dicunt laborant, propter incendiosum feruorem potu sitim summo affectu sedare concupiscunt. Illud uerò hic loci ignorandum non est, quod, si quos frequenter intollerabilis sitis infestat, ex prauorum humorum plenitate stomachum molestante, uel ex bileo, pituitoso ue putrescente nascitur. Non solum igitur his quæ frigorificæ sunt potentiæ, sed quæ absterforiam, purgandiq; humores in uentre contentos potestatem obtinent utendum est. Vbi enim bilios us quis fuerit, ea quæ eundem humorem euacuare nata sunt, exhibeant. Veluti si pituitosus sit humor & salsus, qui supra modũ adauctus sitim cõciliat, his quæ id genus hũores exhauriũt, & astringũt utendũ est. Vidimus ipsi quãdoq; eiusmodi

sitim

fitim, â pituita salsa prognatam eiusdem qualitatis dapibus curatum. Verbi gratia, Sardinis piscibus, Nicataris, porro & capparibus. Haud igitur frigorifi cis & humectantibus tantũ, sed quæ causſæ, cũ curiosè oportet expendere, imprimis occurrunt succurrendum est. Cognita etenim causſa, unicuiq; peculiaris adhibenda est curatio. Exempli causſa, siti ex ariditate, humectantibus. Ex calore prouenienti frigorificis subuenire expedit. Quicunq; uerò ex salsa pituita impacienter sitiunt, his quæ detergendi expurgandiq; uirtutem possident auxilijs opitulandum.

Ad eos qui nimia siti ob ardorem stomachi uexantur.

Archigenes egelidam aquam sorbendam esse his quos bupina ob immodicum uẽtriculi ardorem excruciat, pulcherrimè tradidit, præsertim si lanci natur idem, uel animi deliquium, feruorem incendiosum, & cibi adpetitus auersionem comitetur. Vel uuæ acerbæ necdum matureſcentis succum quem Græcè ὀμφάκιον uocant (& si ὄμφαξ eidem genti omnia acerba & nondum matura, neque uuã magis, quã oliuas cæteraq; significet) uel mali cotonij ius, uel cucumeris satiui semen cum aqua frigida. Vel succum mali Punici dulcis, seu acidi cum pari aquæ mensura mixtum. Vel mentæ surculos cum aqua gelida leuigatos. Vel oleum rosarum compari modo admixta aqua frigida. Vel elixationem succi non dum maturatorum persicorum. Vel lactucæ candidæ semen cum aquæ frigidæ mensura quatuor cyathorum. Hactenus Archigenes. Nos commixta potius quàm incomposita medicamina in hac constitutione usurpauimus. Quæ nobis iugi experimento sunt cognita, & comprobata, quorum doctrinam & compositiones deinceps studiosè lectoris gratia recensere operæ precium iudicauimus.

Aduersus sitim globuli.

Catapotium, id est, medicamen, quod non diluitur, sed ita ut est deuoratur, ad sitim compescendam: Seminis cucumeris satiui pondo denariũm octo, tragacanthæ pondo denariũm sex, cum albore ouorum recentium diluuntur & conteruntur. Cui semen cucumeris leuigatum admiscetur, finguntur pilulæ instar erui. Siccãtur in umbra. Dentur sub linguam tenendæ, ubi eliquatæ, cum saliua deglutiantur.

Alterum Catapotium.

Glycyrhizæ denariũ pondo quatuor, seminis cucumeris satiui denariũ pondo sex, seminis portulacæ denariũ pondo duũ ouorũ candido excipiant, & fingantur pilulæ erui magnitudinis, teneantur sub lingua tantisper dum colliquescant, deglutiendo subinde saliuam.

Aliud catapotium ad febre tentatos, quibus parum potus indulgendum est, & ad eos qui ex ardore, & qui ex itinere sitim contraxerint.

Succi glycyrhizæ pondo denariũ sex, seminis cucumeris satiui denariũ pondo quatuor, tragacãthæ denariũ pondo duũ mortario singillatim cõterito, admixtoq; ouorũ albore pilulas effingito, & quẽadmodum prædictũ est, utitor.

Pastillus

Pastillus ad sitim compescendam probatus.

Liquoris glycyrhizæ, seminis cucumeris sanatiui, seminis portulacæ, & corticis radicis eius, uniuscuiusq; denariũm pondo quatuor, albugine ouorũ sufficiente excipiantur, & redigantur in pastillos denarij pondo. Quorum singuli teneantur sublingua, subinde quicquid in ore colliquatum fuerit cum saliua degluciendo. Foris porrhò sitientium non omnino leuiter, uentriculo cucurbitulæ imponendæ sunt, aqua gelida refertæ, uel cucurbitæ rasamento plenæ. Vel hunc in modum præpara, & conducet contra febrem κάυσῳ. Rasamenta cucurbitæ luteo oui elixi, oleoq; rosaceo excipito, & utitor.

Cataplasmata.

Vel cataplasmatis modò, præsertim febrientibus, impone, Sesamum crudum aqua maceratum & leuigatum admixto oleo rosaceo.

Aliud Cataplasma.

Vel fiat cataplasma ex uiridibus foliis uitis conquassatis, uel ex malis cotoneis, uel dactylis, uel mespila cum ceroto adiecto.

Aliud Cataplasma.

Potest præterea cũ caseus nouus cũ farina hordeacea, facto cataplasmate utiliter imponi. Et ut tribus, quod aiunt, uerbis expediam, quæcunq; in ostij uentriculi, qui στόμαχος Græcè & καρδία (unde & hæc καρδιακὴ uocatur adfectio) adpellatur, dolore prodesse docuimus.

De stomachi inflatione ex atra bile, *Caput VI.*

Si præcordia inflantur, & stomachus resoluatur, humoribus id μελαγχολικοῖς ibidem effluentibus acceptum ferendum esse compertum est. Bene in eius curatione tum facient spongiæ aceto acriore immersæ & madidæ quidem, attamen expressæ loco affecto impositæ. Quod si his peractis parum proficiatur, nauseaq; etiamdum perseuerauerit, liquidum alumen, siue rotundum cum atramento sutorio, quod Græci χάλκανθον uocant, cõtritum, pauxillo q; mellis commixto impingito. Hæderæ adhæc folia in uino elixa, cataplasmatis specie superinducito.

Aliud: Aridum item bouis armenti stercus uino decoctum facto cataplasmate inducatur. Quod si stomachi inflatio ex flatuoso spiritu infestat, Nepitæ ius ad tertias decoctum aqua, mellis chocleari uno, & piperis denarij pondo unius ammixtis, potui dato. Neq; enim eiusmodi uentositas ex mala caloris intemperie, neq; etiã ex atra bile deusta, sed ex his potius unde atrebilarius succus etiamdum nascitur, ortum habet.

Conditura ad uentriculum temperaturæ frigidæ Dioporon.

Confectura medicamenti διὰ ὀπώρων, id est fructibus cum æstatis uniuersæ tum Autumni aduersus stomachi subuersiões, cælicolas, id est uentrales tormínosos

torminosos quos Græci appellant δυσεντερικούς. Constat ex malis cotoneis numero quinquaginta, rosarum rubearum denarijs quinquaginta, sorbis mespilis singulorum quinquaginta, aquæ chongijs septem. Est autem Chongius idem quod Chus. Poma omnia contracta uasculo aqua pleno immitte, & ad tertias decoque & si quæ à coctura reliquiæ sordium pomorum restare uidebuntur, denuo colabis, & adijce melli præstantissimi libras treis, & super carbonibus usq; rudicula agitando, denuo elixato ubi uerò mellis spissitudinem contraxerit, ab igne deponito, & reponendum uaso fictili, uitreóue curato, & ubi usus exiget ante cibaria cætera chocleare unum bina, si uidebitur oportunum exhibeto.

Epithemata ad stomachum fluoribus tentatum.

Epithema uentriculo rheumate correpto, in febribus & sine febribus, & cæliacis, & quorum uentriculus per consensum afficitur, & continentibus cibum in stomacho quos στομαχικοὺς uocant, ualde conducibile. Cuius utiq; compositio est huiusmodi: Myrrhæ, croci, aloës, masticis, succi absynthij, styracis singulorum uncia una, ceræ, olei nardini, pinguium palmularũ, quas Græci φοίνικας & δακτύλους dicunt, singulorũ sesquilibra, uini Hadriani quantũ ad palmulas macerandas, satis erit, commiscentẽ. Sunt uerò nonnulli qui ceræ & olei nardini libras treis admisceant, & arida leuigata pariter cum styrace eliquato immittunt, tritisq; omnibus & emollitis utuntur. Nos uerò uniuscuiusq; librã unam & dimidiam indimus, & longè præstantius, multoq; efficacius reddit.

Aliud Epithema.

Alterum ad idem admirandæ efficaciæ epithema medendis stomachi imbecillitatibus, & stomachicis, hoc est cibum non continentibus, accõmodatissimum est, quod habet Palmularũ pinguium Thebaicarũ, unciast reis, œnanthij, hoc est florum labruscæ, ceræ cuiuslibet librã unam, masticbes, thuris, singulorum unciam unam, uini quod ad ea colligenda satis est. Palmulas ante omnia cum uino terito, & eliquanda eliquato: deinde puluercs immittito, & utitor.

Aliud Epithema ad roborandum uentriculum.

Oenanthiæ, succi oliuarum acerbarum, & nondum matureſcẽtium, quod ὀμφάκιον Græci appellant, florum rosarum, aloës iocinoris modo coactæ, unde & ἰσατικὴ uocatur, Gallæ Asiaticæ, acaciæ, balaustiæ, cotoniorum, uniuscuiusq; uncia una, myrobalanorum, ceræ rubeæ, olei cucumerini (hoc est cucumeris syluestris cuiusque unciæ sex, uini prelo expressi quantũ ad comprehendenda ea satis est.

Aliud epithema ad stomachum.

Malorum cotoniorum sceno inuolutorum, carnium ueru assatarum unciai tres, croci, absynthij uniuscuiusq; põdo unciæ unius, & semis, & olei cydoniorum

cydoniorum, denariûm pondo octo. Vini fragrantis quantum epithema postulat, misce & utere.

Aliud Epithema, non tam pro uentriculo & aluo, quàm uniuerso corpore fluoribus preßo, quod accipit:

Gallarũ Asianarũ, spumæ maris quod halcyoniũ Græcè dicũt, nitri, herbæ lanariæ struthij ue singulorũ uncias quatuor, defruti uncias treis. Vtere.

Aliud: Optimè facit ad eundem stomachi effectũ uuarum passarum elixatio (si staphidis in aqua decoquantur) potui data. Quin & ipsæ uuæ passæ per se manducatæ prosunt.

Antidotum ad uentriculum algore tentatum.

Cæterùm quando ex algore stomachus suo non fungitur officio (cibaria malè conficiens) præsentaneum fuerit, & à me sæpius experientia comprobatum, quod hîc subijciam auxilium. Vocatur autẽ id remedij genus κλύμαξ, cuius confectio hæc est: Enulæ Campanæ pondo unciarum quatuor, seminis fœniculi pondo unciarum trium, piperis pondo unciarum duûm, mellis Attici optimi non despumati pondo librarum duarum. Atqui si mellis Attici optimi copia nõ fit, sumatur id quod ad manum est qualecunq; sit, sed probè despumetur. Ipse uerò adijcere consueui seminis erucæ pondo unciæ unius, & petroselini pondo unciarum duûm, mellis pondo unciarum sex. Atq; ita longè salubrius & efficatius in omnibus comperi. Præclarũ enim in multis alijs affectionibus præter stomachi inflationem & cruditatem, præstat auxilium. Quin & muliebria non instrenuè prorita & deducit. Exhibui ego non semel dyspnœicis, hoc est, ægerrimè spiritum trahentibus & admirandam semper efficatiam exerit. Esto uerò integra dosis eius cochlearia bina matutino & uespere à cœna. Obtuli autẽ uespere quidem cum diluta uini potione (quod Græci κρᾶμα uocant, & nectaris instar conficitur) Mane uerò cum simplici aqua, quoniam ructus suaueis concinnat. Exhiberi uerò commodè poterit aduersus quancunq; tussim, & contra fluxũ qui se à capite in thoracẽ confert. Et uno uerbo ad omneis internas corporis affectiones. Facit & contra cibarij adpetitus auersionẽ, & in Venerẽ excitat.

Aliud Dià Melon Kydônôn, hoc est, ex malis cotoneis confectum ad eosdem effectus.

Habet δι᾽ μήλων κυδωνίων succi eorundem foris intusq; mundatorum expressi sextarios quatuor, gingiberis uncias quatuor, piperis candidi uncias treis, piperis atri uncias duas, mellis xestas quatuor.

Aliud:

Succi cotoniorum pondo xestarum duarum, mellis pondo xestæ unius, gingiberis denariûm pondo trium, piperis atri pondo unciarum duûm, aceti cotylam unam, quæ cuncta cum succo & melle sufficiente decoquito & utere. Sed id ante omnia ad carbones mediocriter decoquatur, & despumato tandem puluere gingiberis & piperis inferantur, & denuò quo ad mellis crassitudinẽ contrahat lento igne elixentur. Quod si purgandi uim indere illi fert animus, diagri-

dij

dij uncias ternas adijcito. Quo circa medicamentum illud diagridio nullo ãmixto, imbecillitati uentris summopere expedit, nec minus etiam iocinori stomachoq; affectis. Porrigendum uerò frequentissimè cochleare unum. Quod si à cibo sumatur tantum quidem abest ut uel tantillum lædat, ut etiam proficiat, uerùm multo maiore cõmoditate sobrio mane, uel noctu daturo membra grabato, ita ut à cibo binis uel ternis horis laborans abstineat datur. Optimè facit medendæ inappetentiæ & cruditate uentriculi.

Antidotum ad stomachum præcalidum.

Quando autem uenter nimio quàm par sit ardore molestatur, uerbi causſa bilioso existente qui laborat, abijcias piper cum gingibere & succum tantum cotoniorum, melq; & acetum decoquito, & quemadmodum supra positum est utitor.

Ad stomachum cibum non continentem.

His quorum uentriculus cibum reijcit, danda sunt cochlearia terna uel quaterna medicamenti quod recipit, aloës, rosarum aridarum in unum cõtritarum, utriuscuiusq; denariũm pondo decem. Quod si euacuare uolueris, quæ uentriculum onerant, diagridij, mastiches cuiusq; denariũm quatuor admisce. Euacuabis uerò citra angorem & molestiam.

Aliud ad inflationem stomachi & uentriculorum & ad cruditatem, adq; Iocinorosos, tussientesq; sed magis si ex algore sit uitium.

Habet id piperis pondo unciarũ trium, seminis althææ, ibiscíue, pondo unciarum duarum, ammeos tantundem. Seminis epithymi pũrgati pulegij aridi seminis singulorum pondo unciæ unius, mellis cocti & despumati, quã tum ad comprehendenda ea satis est. Sunt qui adijciant his, seminis rutæ, semi nis apij cuiuslibet pondo unciarum quatuor. Datur autem in ista dosi quàm commodè cochleare unum.

Aliud ad uentositatem, & dolorem stomachi, aliosq; dolores omnes.

Accipit piperis, testiculorũ fibri singulorũ pondo unciæ unius, lacrymæ papaueris, quod opium dicunt, denarij pondo unius, seminis petroselini pondo unciarum quatuor, Spicæ nardi Syriaci cuiusq; denarij pondo unius. Redo unciarum quatuor, Spicæ nardi Syriaci cuiusq; denarij pondo unius. Redige in puluerem minutissimum. Dosis esto cochelarium unum, admixta aquæ calidæ hemina una & dimidiata. Verùm si cum melle temperatum fuerit, cyathi mensura. Hauriat autem quis mane dum tollit, sero quum tradit, ut dixi, membra grabato. Grandioribus quidem natu prolixior haustus exhibendus est. Mitigat etem dolores & concoctioni nihil renititur, potissimè aluinis quũ marium tum mulierum, & uentositati, & crudis humoribus pressis contra febreis, præcordiaq; (sic enim ὑποχόνδρια reddo) dolentibus, febre correptis excruditate & tussi adflictis, & in quibuscunq; tandem resposcit prolicionem uriuæ competit.

Aliud antidotum saluberrimum.

Constat ex spicæ nardi, piperis singulorũ uncia una, cassiæ fistulæ uncijs duabus, costi uncijs totidem. Detur autem in aqua mane & uespere. Optimè facit non modo cibum non continentibus quos στομαχικοὺς uocant, sed & iocinorosis & renum morbo laborantibus, qui νεφριτικοὶ dicuntur. Confidenter utendum est hoc remedio.

Aliud antidotum ad eandem stomachi passionem.

Habet aliud ad eandem affectionem utile antidotum piperis, petroselini, uniuscuiusq; pondo unciæ unius, cymini denariũm pondo quatuor. Datur illud commodissimè laborãti dum lauat in balneo.

Aliud quum stomacho, tum choleræ conducens.

Iridem probatissimam nempe Illyricam in puluerem comminutam & per secernentem angustioris traiectam, mane cum aqua calida ieiuno potui dato, sero autem petenti iam lectum temperato cum uino denariũm pondo trium. Et per Apollinem non est uilipendenda neq; despicienda isthæc potio.

Aliud antidotum compluribus utile:

Habet seminis althææ ibisciue, seminis ammeos, seminis apij, seminis cardui singulorum pondo unciæ unius, piperis pondo granorum triginta, mellis quantum ad hæc comprehendenda satis est. Dandum est matutino adhuc ieiunanti mystrum unum. Vespere lectum petenti comparí modo tantundem præbere conuenit.

Aliud antidotum.

Conficitur id expicræ cuius aloë fuerit ante condituram lota, floris rotundi, iunci odorati, ligni balsami, masticbes, spicæ nardi, asari, croci uniuscuiusq; pondo sesquidenarij cassiæ fistulæ denariũm pondo trium, aloës, iocinoris modo concretæ hepaticæ, uuotæ & arefactæ denariorum pondo quindecim, uel binarum unciarum pondere. Illa confectione concinnata, utere.

Aliud stomachicum inflammationem uentriculi remedians.

Stomachi inflatiõem medetur, petroselini Macedonici & cymini cuiuslibet denariũ pondo quatuor. Miscenda autem est mane ieiuno, & sero sumpta cœna eunti cubitum, cochlearis unius mensura, in paucula admodum calida aqua.

De Cardiaco morbo, Caput VII.

Καρδιακὸν νόσον, hoc est, offensio oris uentriculi, quam Græci ex multo tempore καρδίαν, id est cor adpellãt, & à medicis, ab alijsq; hominibus stomachus uocatur, causa ipsius uentriculi oboritur. Vsu autem uenit huiusmodi cardiæ, offensio his in quorum stomacho prauissimi, uenenosi & morsu uelificantes morsu succi proueniunt & crescunt.

Id autem

Id autem non alia ratione magis quàm ob nimiam imbecillitatem stomachi, adeò quidem ut eo languente nonulli interdum festina morte concidant intolerabilem humorum mordacitatem, ueneno imbutam sustinere non ualentes. Dignum porrhò est scitu, quòd non rarò lumbrici relictis intestinis inferioribus, suprema petunt uiscera, maximè stomachum. Vnde necessariò id morbi genus quod Cardiacum à Græcis nominatur, emergit, & cum angore animi deliquia syncopásue ingerit: ita quidẽ ut nõ pauci morsu lumbricorũ læsi, paucis dein horis è uita discedãt. Quo circa nõ omnes subitaneæ stomachi syncopæ statim pestiferis & uenenatis humoribus adscribendæ sunt. Proinde lumbricorũ quoq; indicia sunt perpendenda, quando stomachus mordicatiõe uellicatur, & animi deliquium cõciliat, indeq; caussa mali colligenda est.

Morbi cardiaci curatio.

In huius morbi curatione cibaria frigorifica, & quæ robur loco uiribus deiecto inducendi potestatem obtineant, offerenda sunt. In quo censu habentur mali Punici quum liquor, tum grana, sumpta enim strenuam in refrigerando & corroborando operam nauare assolent. Eiusdem farinæ censẽt loti plantæ fructus, quæ mela dicuntur, non admodum dulces, & moderatè astringentes. Pira item & mala Persica sicca, uuæ acerbæ cum exigua quadam austeritate & styptícitate. Panis aqua egelida, calídáue maceratus. Præsertim si laborantis temperamentũ sit æquo calidius, & succi in stomacho contenti fuerint mordaces, & acutissimi, quorũ curatio prima est, adhibere quæ Cardialgiæ id est cordis (uocant autẽ ita os uentriculi) dolori succurrunt. Secunda difficilis concoctionis cibos paulatim adijcere. Cuius notæ sunt ex piscibus bulbia, pectines, astaci, id est cancri, locustæ uel hysitia ex pectine confecta & ciritia, uentres anserum, & pedes porcini, atq; ut summatim plurima, comprehendam, quæcunq; ægerrimè corrumpuntur, imò strenuè resistendo & conflictando cum humoribus, malos tandem stomachi succos succumbentes superant. Consulendum est autem his ut uel in quiete, uel morbi remissione incunctantius cibis uescantur. Neq; cũ hic ullum dari potest præsentius auxilium, quàm cibaria quæ & concoctioni & corruptioni, manibus pedibusq;, ut aiunt, resistunt tempestiuè sumpta. Hortari itaq; diligenter oportet, ita habentes ut panem aqua uel calida uel frigida inti & citreum uocatur foris purgatum. Victus sanè ratio quæ Cardialgiæ conuenit, est huiusmodi. Cæterum quantum ad medicamẽta attinet summũ est præsidium Glycia, cuius cõfectura ex his cõstat. Sumito aceti, xestam unã & seminis corticis radicis fœniculi uncias sex, aloës hepaticæ uncias treis, mellis Attici libram unam, & dimidiam. De more condituram effingito, & mystra bina terná ue ministraro. Molliorem autem reddit uentrem & robur inducit, & breui ter longè saluberrimum censetur. Neque Cardialgias tantummodo, sed inci pientem quoque morbum Comitialem & hypochondriorum & stomachum pi-

Glycia.

pituita saburratum, & proinde frigidum, & aliàs denique plurimas affectiones quarum hîc non est narrandi locus. Compertum porrhò mihi est, Anacardinum antidotum id genus passionibus maximè etiam subuenire. Hiera item Picra, nulli bonitate secunda Glycia est. Hactenus de morbo Cardiaco ex humorum acrore & mordacitate proueniente satis. Porrhò de his quæ stomachum non absque symptωmate excruciant, siue ex casuum accidentiúmue qualitatibus siue ex morbis, humoribus diuersi generis auctis incrudescẽtibus, grassantibusq; prestius agendum censeo.

De Nausea & Vomitu, Caput VIII.

VOmitus, siue Nausea symptωmà uidetur esse stomachi. Proficiscũtur autem utraq; uarijs singulorum accidentium caussis. Proueniunt autem nunc ex plenitate, nunc ex cuiuslibet perniciosissimorũ symptωmatum qualitate. Quod si ad plenitatem referatur, suboritur nausea quæ uomitum proritat, quoniam saburratur stomachus. Pestiferi nanque humores, mordicationem concinnant, & uomitionẽ prætereà aut nauseam concitant. Contemplari itaq; in his expedit, et si plenitatis culpa orta fit uomitio, præsentissima curandi ratio erit euacuatio. Sin uerò ad acrimoniã referatur mali principiũ, Cacochymia id est uitiosus succus est. Proinde oportunis præsidijs placare oportet, & tẽperare eos, quo imbecilliores redditi acredinẽ ponant & maliciã, potissimè si bilis flaua fuerit aut atra: nã pituita extenuanda & incidenda est, præsertim quãdo crassa & tenax ac uiscida existit. Vbi uerò uenter tantũmodo humorũ redundãtia molestat, neq; in uniuersum le corpus cõferunt aut diffundunt, non est quod medicamẽtis utant ita affecti: sed satis est hisce donec ad pristinã reuertãtur sanitatẽ (mutatis in melius quiuentrẽ excruciabãt humoribus) sola conferens uictus ratio. At si ex toto corpore humoribus uitioso, in uentrẽ se tanq; in sentinã recipiant praui humores, ad efficatiora deueniendũ est præsidia. Nonnunq; incisa uena sanguis detrahẽdus est si is abundare & nihil impedimẽto esse uidebitur. Et ubi uitiosi succi complures subesse conspiciũtur, ad medicamentũ expurgãdi uim habens confugiendũ est. Quod si quũ sanguinis redundantiã, tum cacochymiã conspexeris, necessum fuerit & sanguinẽ mittere, & cathartico medicamine euacuare: ità quidem ut catharticũ phlebotomiã succedat. Fiet itaq; in principio humorum qui uentre continentur, tantũmodo deinde eorum qui ex uniuersa corporis mole in uentre se conferunt, mentio.

Notæ qualitatis humorum, quomodo fluant, & ubi contineantur.

Necessarium fuerit omnino cognitu, initio statim humorés ne alibi fixi hæreant, meatúsue obstruant, aut stomachi tergoribus tunicisue aut crenis denique se insinuarint, & infarcerint. Quæ singula ex sequentibus indicijs obseruatis facile deprehenduntur. Acidi nanq; ructus frigidum humorem negotium præstantem portendunt meatus scilicet occupando, aut uentriculi membranas

nas siue tunicas, qui inibi accumulatus regnat, id quod in hunc modum licet odorari. Si nauseam mox uomitus comitatur, & iscitra magnũ conatum & uiolentiam prorumpat, pestiferum humorem ex capacioribus uentris spacijs projici cognoscito. At si irritus sit uomentis conatus & à nausea quis in uomitum nõ prorumpat, humores in stomacho imbibitos esse censeto, siue bileus sit, siue serosus, siue spissus humor qui consistit in uentriculo. Sæpe etenim numero uentre omni humorũ superfluitate uacuo, stomachus aliquo humore uitiosus est & occupatur. Quin & iecur quoq; aut lien aut aliud aliquod ex uisceribus obruit. Locus enim qui suscipit, aut mordacitatis affectu incitatur ad uomitum longè grauior existit. Quæ sanæ omnia & singula quoq; sagaci quadam indagatione liquidò discernere & prævidere expedit. Quod si uomitũ subinde cũ conatu prorumpat, & mox magis, magisq; in tantulo quidem intercalato temporis spacio, certum est in uentre uitioso succos esse constitutos. Sin autẽ inter nauseam & uomitũ aliquid spacij interponatur, aut nihil effertur, aut rarius uomitionis molestias inferre uideatur, magis erit considerandum, humorẽ uomitũ prolicientẽ alicunde superuenire. Vniuersam itaq; corporis habitudinẽ cõtemplari, & alia notas rimari & discutere expedit, ac tum demum curationẽ aggredi, siue res ipsa sanguinis missionẽ, siue medicamentũ purgatorium postulet. Neq; emẽ sine sagaci propẽsione prætereundum nauseáne ac uomitus suboriatur, an absq; hac ingruat illa, molestiamq; inferat, & ita per se cessauerit. Nisi emẽ uniuersum corpus probè humoribus uitiosis prius expurget nihil egerit quisquis succũ, qui se in locũ aliquem receperit, expugnare aut expedire conabitur.

Nauseæ ac uomitus bileo aut melancholico humore prouenientis curatio.

Quod si irritus ad uomendum conatus, hoc est sola nausea, ex humore bilioso nascatur, primo lenientibus, sedantibus, & temperantibus omnino utendum est præsidijs. Secundo pernicioſi humoris acrimonia, caussa mali, sedata, aut certæ mitigata, uel per aluum inferiorem, uel per superna euacuato. Exhibendus itaque ante omnia ita habentibus prisanæ succus, qui utramque pronunciam, placandi nempe humoris acredinem, & expurgandi eiusdem retrimenta, egregiè absoluit. Habet porrhò uireis purgandi, & humores ex stomacho profligendi Mulsa aquea. Cæterùm exiguam quandam calfaciendi facultatem retinet. Quo circa uitiosos succos per se feruidos & acreis magis accendit, & auctiores redit. Vitare itaq; oportet aquam mulsam cum cæteris omnibus quæ calfaciendo purgatoriam potestatem possident. Præfertur itaque non iniuria succus ptisanæ, qui & si minimam habeat purgandi naturam, & uires humectãdo tamen, & meatus relaxando mitigat, & humorum acumen hebetat. Vnde laborantes præsentissimum & excellens sentiunt præsidium. Licet enim uomitum minimè proritet, praua tamen qualitas, substantiáue stomachum occupans omnino auferetur, & propulsabitur, id quod etiam in sordibus inquinatis spongijs est cernere. Neq; enim unquam spongiæ exactè mundantur, si nõ uirus

Succus ptisanæ

inde lauetur aqua, fœtoresq; eadem expurgent. Proinde nisi quæ infestat supfluitas aliquo liquore humectetur, aut superfundatur, aut dissoluatur permanebit arida. Compari etiã modo meatibus iam internis relaxatis & reclusis, bileo, melancholicôue succo oppressis solo spongiæ exemplo purgari possunt. Potio etem aquæ, hisce humoribus eximiè subuenire potest: nam etiã si densus & ualidus inhæreat humor, sola aqua calida exhibita promptiorẽ & liberiorẽ exitũ cõciliat. Eò quod subinde exhibita discutit humores spissos, etiã si uiscida admodũ, tenaciterq; infixa fuerit pituita, præsertim salsa & inueterata, licet quem admodũ pleriq; faciũt medicamentũ arefaciendi facultate, calidæq; potentiæ præditũ præter rationẽ fuerit adhibitũ: Quo circa si humor in se ipso excoctus & cõglutinatus efficitur & decrescit, molestiaq; nulla afficit, neq; febris ulla molestat, tum demq; mulsa quæ dictis uehemẽtius abstergit & expurgat. Quod si his adhibitis nihil aut parũ proficiatur, humoribus nõ obtemperãtibus, ad alia
Picra subsidia cõfugiendũ est: præcipuè uerò ad picræ antidotũ, habet em strenuã quãbilem, tum melancholiã è stomacho purgandi potentiã. Cæterũ qui hoc medicamento uti uoluerit, considerare debet, ne calidioris æquo naturæ sit, cui exhibet, néue in solidis, puta neruorum, ac musculorũ partibus, quæ sunt firmissima corporis loca, retenta materia desedeat. Nam quæ calidæ sunt & aridæ temperaturæ, necessariò febres hecticas incurret, uel marasmo, id est senili ariditate marcescunt. Dandum est itaque hoc medicamentum breuiter omnibus quorum stomachum superuenientes humores occupant, exceptis calidi & sicci temperamenti hominibus. Hunc igitur in modum instruenda est bilioſorũ & melancholicorum in stomacho humorum curatio.

Nauseæ ex stomacho pituita repleto, curatio.

Cæterùm si acidæ aut dulcis pituitæ uitio nausea in stomacho suboriatur, his quæ extenuandi uim habent medicamẽtorum præsidijs utendum est. Offeratur itaque præcipuè acetum mulsum quod Græci uocant ὀξύμελι, uel raphani, uel certè acetum mulsum pariter cum raphano. Probantur in hoc censu etiam radices Capparis, & sinapi, porrus, uel διὰ κυδωνίων μήλων, id est, ex malis cotoneis confectio quæ ex zingibere constat, & petroselino Macedonico. Inde enim non concoctio tantum, sed omnium etiam pituitosorum humorum quantumuis crudorum extenuatio fit. Cibaria ita habentibus intra modum & temperatè, somnus & quies indulgenter concedenda sunt. Non rarò enim uero eiusmodi uictus ratione mordicus obseruata non pituitã tantũmodo immutauit & extenuauit, uerùm ipsam quoque materiam bella metamorphosi in frugi sanguen alterauit, adeò ut citra lamentationem aleret eiusmodi succus: nam si acida existat pituita, dulcibus occurrendum est. Si salsus humor idem sit, attẽdere oportet illico unde salsuginẽ cõtraxerit. Quandoq; em ex cõmixtione serosæ, ut uidetur, essentiæ salsorem induit. Est quando non inde, sed ex calidiore intemperie calfacta & assata penitus pituita, & salsedine & pinguitudine inficitur. Proinde si salsitudinem quoq; uidetur ex nimio quãm par sit ardore contraxisse frigi-

frigidis oppugnanda est, quoniam à caloríficis non expugnatur neque resolui-tur, sed ab his quæ & refrigerandi & humectandi uim obtinent. Vt enim ardo-re magis conglutinantur, & frigorificis & humectantibus diluuntur exemplo salis & nitri, quæ perinde atq; à calore cõstringuntur: uerbi causſa igne, & sole, ita ab aqua resoluuntur. Si pituita ab ardore exiccata & ceu torrida facta sit, his quæ memorata sunt, præsidijs subueniendum est.

Stomachi seroso & tenui humore imbuti curandi ratio.

Quum tenuis & serosus humor qui à Græcis ὀρῤῥώδης, id est, sereus nuncu-patur: ὀρῤῥὸς enim eidem genti serum lactis notat: quum uidelicet pingui tudine humor subtilis instar seri lactis defluit. Ita & liquidus quilibet humor à pingui decurrens Græcis ὀρῤῥώδης dicitur. Si is inquam, hoc est cum pingue-dine subtilis humor in uentrẽ se conferat, omni consideratione iussa ualere, in-cunctanter uomitus calida aqua exhibita affatim ciendus est, uel certè ptisanæ succo potui dato proritanda est uomitio. Atqui si liberaliore humectatione ui res deiectæ uidebuntur, & stomachus prostratus est & exolutus (unde malis fons est) & creber uomitus, adeò quidem ut neque conterretrix neq; attractrix facultas suo fungatur officio: Tum utiq; ita affectis medicaminibus siccificis & reprimẽtibus, succurre. Cuius notæ sunt ipsa cotonia mala tosta, stomacho emplastri modo impositа, uel manducata per se, uel quod cum his conficitur medicamentum cum pipere solum, uel, ut alij præparant, adiecto etiam zingi bere, petroselino Macedonico: Quidã admiscere garyophylla & costum: Vue-rùm hæc sunt quàm par sit magis medicaminosa. Optimum longè & excellen tissimum est cui piper tantummodo adijcitur, aut ad summum profectò zingi ber & piper. Nam hæc ad roborandum & calfaciendum stomachum, uentrém que sola sufficiunt, quæ utrique necessaria sunt humido stomacho, acrimonia humorum uacanti. Vbi uerò perliquida & acisr admodum redundare ti-bi uidetur materia, his utendum quæ robur inducendi, constringendiq; & mi-nimè calfactoriam uim obtinẽt, in quo censu sunt, malorum cotoniorum sim-plex succus, & idem cum melle confectus. Compertum etenim est satis, hunc omnem humorem bileum & acrem mitigandi, & corroborãdi uireis habere: quo nomine imbecillo, & calido stomacho, uel materia inbilem mutata. Conferunt castaneæ, mespila permatura, fabulum cum posca elixum, & uuæ, & alica simili modo exhibita, & ut quæ sunt infinita paucis expediam, cuncta quæ roborare, reprimere & arefacere nata sunt, non in cibarijs tantummodo, uerùm in medicamentorum quoque præsidijs offerenda sunt.

De inflammationibus stomachi & cura Caput IX.

Hactenus de indicijs, & curationibus singularum à medio discedentium temperaturarum, ex humorum qualitatibus stomachum occupantibus, uel aliunde ex aliqua alia corporis parte, seu locis in hunc demanantibus, satis, supérque, ut uidetur, recensuimus.

De phlegmone eiusdem uiscéris deinceps differendum. Quum inflammatione aliqua stomachus tentatur, nauiter omnino & summa cum industria agendum est. Siquidem is, paterfamilias uocitatus, ut incolumis totũ animal solus gubernat, & singularum fermè partium functiones sua uirtute promouet, ita si ægrescat, uita (ut supra admonui,) in ancipiti est. Quo circa omnem rudentẽ, ut aiunt, mouere, plurima & uaria auxilia, neq; ut quidam censent, sola laxatiua adhibere oportet, ne robur eius prosternatur, & indesummũ discrimen succedat, neque enim alimento deperdito statim cibos appetit. Offerenda itaque sunt pariter cum relaxantibus cõfortantia stomachũ. Verbi causſa, Oenolæon, id est uinum & oleum cui absynthij parum, & mastiche admixtũ. Haud sorti olenter autem animaduertendum est, utrum necessitas ipsa magis expostulet, laxatiuáne an quæ robur conciliãt. Nam si quæ resoluunt magis desyderabuntur, aspergínibus, quas Græci ἐμβροχὰς dicunt, oleum chamæmelinũ admisceto. Et si febris remissior sit, glaucininum, adipem quoque adijce & defrutum. Si uerò defectioni angor accedat, non admodum relaxantia quæ omnes iam Græcè uocare chalastica pharmaca adspergínibus indito, sed oleum potius melinum, id est de malis cotoneis, uinumq; infundito: uino autẽ absynthium & rosas immitte, & pariter decoque. Flores præterea labruscæ, id est uitis syluestris, quam œnanthon Græcè uocant, & fructus loti, & palmulas, atque ut semel dicam, omnia quæ robur inducunt, aut chalastica sunt adhibenda, neque Embrochis tantum, aut cataplasmatis, sed & ceratis & epithematis curatio molienda est.

De Cerotá & epithemate ex decretis Galeni.

Quod si phlegmone inflammatio non magna, sed mediocris uexat, satis auxilij Cerotũ Galeni tulerit. Quod habet olei nardini in hyemalibus quidem horis denariũm pondo octo: in æstate uerò denariũm pondo sex, ceræ candidæ pondo unciæ unius, aloës denariũm põdo quinque, mastiches denarij pondo unius. Oleum in uase duplici diluito & cætera admisceto, & ubi usus necessitas est utere. Si uerò maiore opus est robore, adijce aloës plus denarij pondo unius: potes etiam addere succum absynthij & flores labruscæ, uel succum tenellorum palmitum uitium. Aestiuis porrhò horis si febris adsit non leuis, olei nardini loco oleum cotoniorum insere. Si stomachus ualde imbecillus uide-
Bileum. bitur Nileum siue Nilei Cerotum superinductum remedio est. Quin & Philagrij epithema nullo alio adiecto per se, uel epithemate διὰ σταχύος ex spica nardo admixto, si stomacho imponatur, iuuat. Si quando inflammationi duricies accedat, quæ emolliendi uim habeant adplica. Verbi causſa, διὰ μαλαθράου id est exsertula campana confectum. Eiusdem notæ est aliud à nobis concinnatum, quum roborandi, tum mollificandi facultate præditum. Cuius confectionem hãc subijciam.

Cerotum

Cerotum mirè confortans & emolliens.

Accipit thuris pondo unciarum quatuor, comarũ absynthij tãtundem, guttæ ammoniacæ pondo unciarum septem, styracis pondo unciarũ sex, ceræ pondo libræ unius, olei nardini tantundem, uini phalerni quantum satis est. Arida uerò in uino pridie, aut biduum macerato & obnixè contrito. Deinde cera & oleo diluta cæteris indito, & utitor. Admirandæ etenim est in stomachũ emolliendo & confortando efficatiæ.

Aliud eiusdem facultatis.

Mastiches, aloës croci, myrrhæ uniuscuiusq; pondo unciæ unius, styracis pondo unciæ unius & semis, succi absynthij pondo unciarum duarum, ceræ pondo unciarũ sex, olei nardini pondo libræ unius, concinnato, & ad easdem operationes utitor. Quod si inflammatio in stomacho iam inueterauerit, id quod usu interdum uenit, adhibenda sunt ea quæ incidendi uim obtinẽt, Græci ea uocant Κοπτικὰ. In quo censu sunt, quæ mox subijcio.

Malagma duricies stomachi inãdendi uiribus præditum.

Propoleos, hoc est, sordium aut fecis apium quæ in aluearibus colligitur, pondo unciarum sex, styracis pondo unciarũ duũm, mastyches pondo unciæ unius, rhesinæ terebinthinæ denariũm pondo quatuor, magmatis olei nardini quantum ad comprehendenda ea satis est, concinnato.

Aliud malagma admodum conducibile duriciebus stomachi emolliendis, & fluxibus & doloribus, adeò ut tribus horis laborantem leuet & continuo præsens auxilium exerat cuius hæc est compositio.

Accipe ceræ rubeæ punicæ ue pondo unciarum sex, rhesinæ terebinthinæ pondo unciarum quatuor, myrrhæ pondo unciarum binarum, aloës pondo trium unciarum, aluminis fissi galbani singulorum pondo unciæ unius. Myrrham primò in uino dilue, & quod uulgò dicunt, infunde, & leuigato: siccarum uerò rerum puluerem insere, reliquaq; eliquata admisce, usui adhibeto in panno quod magnitudine quatuor digitos impleat.

Ad eos qui frigido humore laborant, & inflammationem habent.

Si succus egelidus pariter & phlegmone sollicitet, optimum sanè excellens remedium fuerit epithema cognomento Εὐωστὸς. Cuius quidem plures admodum habentur confecturæ. Nos uerò eam cuius sæpenumero periculum feci musu usurpandam propinabimus. Compositio eius talis est: Croci pondo sesquiunciæ, aloës pondo unciarum duũm, Phylli, id est folij herbæ, pondo unciæ unius, sordium ex aluearibus apum pondo unciarum trium, thuris pondo unciarum duũm, styracis pondo unciarum trium, mastiches pondo unciarum duarum, spicæ nardi pondo unciæ unius cardamomi pondo unciarum gemminarũ, crocomagmatis hoc est recremẽti & fecis crocini ungentis seu olei pondo unciæ unius & semis, guttæ ammoniacæ pondo unciarum sex, ceræ pondo

libræ

libræ & dimidiatæ, colophoniæ pondo duûm librarum & dimidiæ, succi balsami pondo denariûm sex, palmularum pondo unciarum sex. Huic sanè epithemati non est aliud præferendum curandis his qui ex algore infestantur, & duriciebus pariter anguntur, quibusq; pituita molesta est, & quos dolores, distentionesq; excruciant. Neq; stomachi tantummodo, sed & iocinoris & intestinorum inflammationibus & doloribus denique uentris longè est commodissimum & præsentissimi auxilij.

Epithema cognomento (quia ex fertula Campana conficitur,) Dà meliloton diuinum medicamentum. Cuius descriptionem hic, ut citra sudorè, quærendiq; molestiam sit obuia, ponimus.

Accipit fertulæ campanæ heminam unam, ceræ cotylam unam. Conducit autem id non solum modò non continentibus cibum, quos Græci dicunt σωμαχικοὺς, sed & iocinorosis & alijs affectionibus bene multis.

Malagma Polyarchion, prosit machicis peripneumoniæ, doloribus rerum, pleuritidi, iocinoris aquæ intercutem laborantibus Vesicæ item & locellorum multebrium affectionibus utile.

Habet id ceræ, cardamomi, rhesinæ terebinthinæ uniuscuiusque cotylam unam, guttæ ammoniacæ denariûm pondo triginta quinque croci, myrrhæ Cyperi, thuris ligni ballami, cinnamomi fertulæ campanæ, quam Græcè μελιλώτου nocant, uniuscuiusque denariûm pondo quindecim, spicæ nardi Indici denariûm pondo sex, olei Cyprini heminam unam, uini Italici quantum ad ea colligenda satis est. Vbi uerò usus necessitas est, oleo prius Cyprino cerotum dilue, & utere.

Aliud:

Succi absynthij, florum labruscæ, nardi singulorum pondo unciarũ trium, masticches pondo unciarum quattuor, ceræ pondo unciarum sex. Ceram liquefacito, nardinumq; oleum & trita cætera immittito, & cerota concinnata, utitor.

Aliud Epithema ad dolorem stomachi.

Sumito sulphuris uiui pondo unciarum duarum, masticches tantundem, ceræ pondo libræ unius & dimidiæ, olei irini tantundẽ. Sulphur ante omnia & masticchen in pila leuigato, ceram & oleum eliquata superinfundito, subactisq; & emollitis inuicem, utitor.

Aliud Epithema ad omnem inflammationem stomachi, omnisq; generis duriciat, præsertim Aquæ intercutem inchoanti, & spiritibus flatuosis in præcordijs expediens.

Styracis calamythæ pondo unciarum trium, aloës iocinoris modo concretæ pondo tantundem, rhesinæ terebinthinæ pondo unciarum quattuor, laudani pondo unciarũ duũ, bdellij translucidi põdo unciarũ trium, euphorbij recentis põdo unciæ unius, uel adipis anserini pondo unciarũ quattuor, olei nardini põdo duũ unciarũ, ceræ Punicæ pondo unciarũ duodecim. Sũt alij nõnulli qui

qui picis mundæ adijciunt pondo unciarum ternarum, uini fragrantis & odori quantum ad colligenda ea sufficit.

Vnctiones ad algorem stomachi.

Vngenta aduersus gelidam intemperiem stomachi simplicia plurima & innumera propemodum conficiunt. Cæterùm cui nomen inditum est Marciatom omnibus palmam bonitate facile præripuerit, & odoris suauitate gratius est & uiribus efficatioribus. Duricias si quæ infestãt permollit, & stomacho robur calfaciendo inducit. Conficitur autem eadem unctos ex styracis calamithæ, ceræ singulorum pondo unciarum trium, medullæ ceruinæ pondo unciarum duarũ & dimidiæ, rhesinæ terebinthinæ pondo unciæ unius, succi balsami sesquiuncia si nouellus sit, sin antiquus immitte pondo unciarum duarum, olei nardini pondo unciarum sex, redige in unguenti condituram & utere, supramodum est utile. *Marciaton.*

Aliud Martiaton præsentissimæ commoditatis quod habet:

Styracis calamitæ unciarum pondo trium, medullæ ceruinæ unciarum pondo totidem, aloës iocinoris instar coactæ, mastiches singulorum unciarũ pondo duûm, olei nardini unciarum pondo trium, succi balsami tantundem, ceræ unciarũ pondo quinque, effingito unguentũ & utere, optimũ & excellẽs est.

Aliud unguentum Myracopon, id est odoratum & dolores sedans, atq; ad eadem quæ Marciaton conducent, eademq; omnino designans, nisi quòd hoc quàm illud calidioris est potentiæ. Proinde quum uehementiorem caliditatem exposcit stomachus, magis commendatur præsentis unguinis usus. Compositionẽ habet eiusmodi.

Myrrhæ troglodithicæ unciarum pondo trium, uini Syriaci meracioris libræ pondo unius, opobalsami unciarum pondo quatuor, mellis unciarum pondo trium, rhesinæ terebinthinæ unciarum pondo unius & semis, euphorbij unciæ pondo unius, ceræ rubeæ primicæ ue guttæ ammoniacæ cuiuslibet unciarum pondo trium, compinge, ungẽtur, & contra omnem algorem utitor.

Ad frigidum uentriculum intinctus, siue intritus.

Protrimenti (quod Græci ἔμβαμμα, ἀπὸ τοῦ ἐμβάπτειν id est intingedo uocant) stomachũ frigidum emendantis talis est compositio. Barcarum iuniperi, quæ ἀρκευθίδια Græcè uocantur, unciarum pondo duûm, piperis tantundem, zingiberis unciarum pondo quattuor, Petroselini unciæ pondo unius, mellis quantum ad comprehendenda ea satis est. Præpara & utere.

Antidotum siue pastillus, cognomento Amazonon.

Antidotum siue rotula quæ uulgò dicitur Amazonon multorũ sæpe experimento in uehementibus stomachi doloribus mirificè prodesse cognitum est. Dolores etenim sedat, si potui detur. Est autem eius confectio talis: Seminis apij, anisi, uniuscuiusque denariûm pondo sex, absynthij denariûm pondo trium, myrrhæ, piperis denariûm pondo duum, cinnamomi denariûm

pondo

pondo ſex, teſticulorum fibri, lachrymæ papaueris cuiuslibet denariũm pondo duũm, leuigato in aqua & redige in paſtillos. Et exhibe integra doſi denariũm unum. His qui cibum continere non poſſunt, ſtomachicisue cũ defruti cyathis tribus, cum elixatione myrthi, lienoſis cum aceto mulſo. Verùm & alijs quoque multis affectionibus ſuccurrit ille paſtillus. Nempe & quidem primiter, his quiſe aſſiduo uomitu, & iugi mordacitate ſtomachi expeſtiferis humoribus uexantur. Hactenus de ſtomacho & uentre ſatis.

De uiſcerum duricia & curatione, Caput XIII.

Hic quoque loci, quemadmodum & ſupra admonui dignum eſt ſcitu, quod non omnis duricies quum ſtomachi, tum iocineris, tum lienis, tum cuiuſcũq; alterius partis ac uiſceris ex eadem fonte commeat, ſed ex diuerſis occaſionibus prouenit. Humores ſiquidem ariditate, feruoreq; præcedente conglobati facile indureſcunt, & tumores conſtituũt. Nam & gelidi eiuſdem ſunt efficaciæ. Sunt itaq; uigilanter perpendenda & ad unguem quæ præceſſerunt cognoſcenda, atq; ita ex indicijs conferentibus cauſſæ indagandæ diſcuſſa potiſſimè ſingulorum intemperie. Mox inde medicamentorum ſubſidijs occurrendum. Ingens enim mœſticia quandoq; & anxia quæ anteſſit ſollicitudo, quin & labor & ſtudium, uel ciborum ac potuũ circumciſione, & eorum itidem calidorum uſus id maliſæpe concinnat, & efficiunt quæ omnia, ut dixi, exactè cognoſcere & duriciei inde cauſſam olfacere expedit. Quoniam uerò maxima ex parte uiſcerum durities ex humoribus aduſtis & mediam temperiem longè excedentibus, proficiſcitur, neceſſariò igitur eiuſmodi affectioni tepidis & tẽperatis medicaminũ adminiculis ſuccurrendum eſt, & non ſemper ualde caloríficis. Non deſunt uerò quibus, ceu demonſtratũ eſt, duritia ex algore naſcitur. Et proinde, quoniam res ita ſe habet, omnẽ oportet moram rumpere, manus adhibenda eſt medica ocyſſimè. Docuit autem Ariſtoteles, alijq; celeberrimi autores, quod quicquid conſtringitur & cõgelaſcit, id etiã indureſcit. Quapropter caput curationis eiuſmodi affectionum eſt, congelationem inductam protinus ſoluere. Hunc ſcilicet in modum, ſi ad calorem, ariditatémue referatur conſtrictio, neceſſarium omnino fuerit, rebus humectantibus & frigoríficis duritiem contractam reſolui, ueluti liquidò in ſale (ut ſupra poſitũ eſt) & nitro fieri conſtat, quare ardore magis magisq; inareſcunt, & tãtum non in lapidem indurantur, aqua uerò diluuntur promptiſſimè. Et quemadmodum quæcunq; ex algore coëunt & congelantur citra ſedorem igne & ſole reſoluuntur, ſicuti liquet in cryſtallo, glacie, & niue, quæ, ut uel cæco adparet, Phœbi, Vulcaniſq;, ut ita dicam, caloribus confeſtim eliqueſcunt. Curaui itaq; uiſcerum duricias ipſe, ſolis humectantibus & temperantibus remedijs adhibitis. Verbi gratia, balneo, hydrolæo hoc eſt aqua mixta cum oleo humectante. Verum & oleo prætereà roſarum, & chamæmelino in eadem curatione uſus ſum, atq; integram inde ualetudinẽ æger recuperauit. Aſpergines ad hæc (quas ἐμβροχὰς Græci uocant) tepidis, perinde atq; in alijs ex gelida ſcilicet cauſſa duriciebus, de nar-

do

do, glaucio, oleo glaucino, & anethino, & martiatõ, & id genus alia usurpaui. Curiosum porrh ò uictum iniunxi, calidum nempe, exempli causſa cibaria cum pipere, aniſo condire iuſſi, & alia huius notæ præſcripſi. Potui nouiſſimè dedi potiones è ſpica nardi concinnatas. Et alia, uno uerbo antidota quæ attenuandi & calfaciendi uirtutem obtinent.

De acida eructatione & acra Caput XI.

ACcidit præterea in ſtomacho ſæpius Acida eructatio, quæ item non ad algorem tantum, ſed calorem ſuam ſcaturiginem refert. Hallucinantur itaq; medici (nam ſunt plures in ea ſententia) quotquot frigori ſolummodo ſtomachi hoc quicquid eſt uitij adſcribunt, & proinde nõ niſi caloríficis in eius curatione medicamentorum præſidijs utuntur. Noui equidem bene multos eo malo uexatos qui ut calidis edulijs offendebantur, ita & gelidis dapibus ſumptis priſtinam ſanitatem recuperarunt. Vnde uſu ſanè non adeò raro uenit, ut uinũ aceſcat in quorundam ſtomacho, & quæ de pipere & aniſo præparantur, & breuiter omnes caloríficæ potiones. Quo circa quum hæc obſeruaſſem præcepi ut è medio ſublatis ijs, contrariam omnino amplecteretur curandi rationem, eoq; inſtituto aquam calidam liberaliter potui dedi, boniq; ſucci alimenta, & quæ concoctu ſunt difficilia: In quo cenſu dicũtur inteſtina, grus, uentres anſerini, & buculæ, pedes cum poſca, & defruto, hoc eſt, uino decocto, & hyſitia, quod eſt cibus ex carnium extremitatibus porcinarum ὗς enim Græcis porcum, ὗτος cibum ſignificat. Ex piſcibus uerò Acerina orphós ue, pectines & oſtreæ coctioni renitentes huic affectioni præcipuè ſuccurrunt, adeò ut nulla ampliùs acida eructatio, neq; cruditas premat. Quorum uerò ſtomachus ex frigore acidus eſſe conſueuit, cibaria calfaciendi & pituitam incidendi tollendiq; poteſtate prædita ita affecti manducent. Vtendum autem eſt in eadem adflictione peculiariter hac conditura. Accipe piperis denarij pondo unius, ſeminis anethi denarium pondo quatuor, cymini tantundem, quæ trita in puluerem redigito, & lectum petenti myſtrum unum cum uino temperato, ubi neceſſitas poſtulabit, propina.

De Amarulentia oris, Caput XII.

ORis amaritudo haud aliter quàm acidi ructus cognoſcenda eſt, atque in illius quoq;, quemadmodum in his, non illico omnibus ſimpliciter frigorificis & humectantibus utendum. Quandoquidẽ ſpiſſi poſſunt habundare humoribus, à quibus bilis ſequeſtrata ſuperi ora petit, & os amarore huiuſmodi inficit. Omnes namq; Regio morbo oppreſſi, oris amarulentia uexari poſſunt, cibi tamen frigidi non omnibus, ceu reſipſa declarat, ſuccurrunt. Pleriſq; etenim muria aut aliud id genus ſumpta, præſenti fuit auxilio, adeò quidem ut ſalute recuperata ab ardore & amaritudine penitus uindicati ſint. Vnde facile datur colligere Arquatum non ad unam modo cauſſam originem ſuam referre. Aliàs enim ex iocinoris inflammatione, aliàs ex

O praua

praua calida intemperie uentris & nonnuquam exuiscidis, tenacibus & spissis humoribus, atq; huiusmodi uniuersis haud aliter quã solis caloríficis & extenuatoriam uim habentibus, succurritur.

De his qui humido sunt stomacho Caput XIII.

PRæuidendum insuper gnauiter etiam ijs quibus stomachus admodum humidus existit, oreq; saliua perpetim pleno subinde sputum ejicit. Neq; etenim omnibus nullo discrimine, ex multo stomachi humore id accidit. Fieri nanq; potest, ut calor huius rei parens sit. Proinde qui ieiuni, & parum cibi sumentes id mali crebrò sentiunt, & saliuam incessanter proijciunt, usq; adientaculum, quod Græci ἀκράτισμα adpellant, uel quomodocunq; expressius enunciare uolueris sumptionem ciborum, euidens admodum erit indiciũ calore succos in alto abditos resolui. Quemadmodum enim ex lignorum ardentibus teleis, acut Græcè dicã schizis aquosus humor caloris ratione distillat, ita & saliuarum effusionem calor prolicit. Itidem omnino in carnibus quæ ad carbones torrentur, aut assantur uulgò fieri cernimus. Succurrendum uerò ita habentibus, hoc est præ magno calore subinde saliuã ejicientibus cibarijs frigorificis & concoctioni resistentibus, sicuti contraria ratione his qui ob ingẽtem humiditatem, saliuam identidem expuunt caloríficis pariter & siccificis dapibus. Quoniam semper contraria contrariorum sunt remedia.

De Cholera Caput XIIII.

FAcienda nunc est mẽtio, stomachi pariter & intestinorũ uitij, quod χολέραν Græci nominarũt. Quoniam aũt acutissimũ malum est, & grauissimã syncopam inducit, cum multa bilis deiectione & uomitu immoderato. Quapropter acurata indagatiõe cuiusmodi morbus sit discutiendum est, quo sine mora manus ferantur auxiliares: nã grauissimus, ut dixi, morbus est, & breuissimè uitã abrumpit. Procrastinare igit in hac affectione curationẽ, non leuem modò ac simplicem iacturã, sed uitam omnino propter corruptionẽ in ancipiti ponit. Scire ita q; oportet cholerã esse immodicam uentris perturbationẽ cum uomitiõe molesta coniunctã, in qua simul & stomachus & uenter torquẽtur. Græcorũ quidam in hunc modum definiũt: χολέρα ἐστὶ ἔκρυσις κατὰθὲν διὰ γάστρος ἢ ἄνωθεν διὰ στόματος ἐμετὸς. Hoc est Cholera per inferna deiectio, supraq; per os momitus est. Nemo uerò credat χολέραν adpellari à Græcis ob bilis, ut uulgus putat, abundantiam, & Cholerica nominari bilíosa, sed à multo bileæ materiæ fluxu qui per inferna & superna fit, hoc est, intestina, uentrem, & os. Prísci nãq; Græci χολάδας intestina laxiora, q; in ea χολὴ fundatur adpellant. Et inde hunc morbum cholericũ, hoc est intestinorũ affectionẽ gens eadem cognominauit. Oritur aũt non ex una tantũmodo caussa, uerũ ex pluribus: nempe ex ciborũ perpeti cruditate, ob ingurgitationis nimietatẽ, dum eã confici nequit nimietas corrumpitur. Fit etiã ex qualitate sola aut ex redundanti humorum prauitate: maximè uerò mollium. De cibarijs prætereà & potibus

bus præsertim his quæ stomacho officiunt, & lædunt. In quo censu sunt Limones, omnia pinguia, & dulcia cuncta, & oleum copiosè in edulijs oblatum. Nascitur ad hæc & ex redundantia bilium, id est χολέρας supra infraq; natura stimmulãte erumpentiũ. Eo uero à colica affectione secerniculo dissidet, quod in laxioris intestini dolore, (quod κῶλον nominant) uenter ne officium quidẽ suum faciat, ne dum fluxu aliquo laboret. Est quãdo χολέρα ex occasionibus gelidis emergit, puta epithematis aliquibus frigorificis, uerbi gratia, multa aquæ algẽtis lotione, siue potata, uel certè superfusa. Quibus singulis acurata perpẽsione animaduersis, de singulorũ curatione uerba necessariò faciẽda sunt.

Choleræ ex cibariorum crudorum plenitate prouenientis curatio.

QVod si χολέρα morbus ad alimenta corrupta suam referat originẽ & nihil notatu dignũ cum deiectione tum uomitu ejiciatur, cũ nausea & conatu, confestim ad ea quæ uomitũ uehementius prolitiunt præsidia confugiendũ est. Cuius farinæ præcipuè censẽt hydromeli hoc est aqua mulsa, quæ utrũq; iuxtà citra molestiam functionem absoluit, hoc est supra infraq; eruptionem concitat. Si uerò cholericus aquã mulsam horreat, aquæ calidæ potũ affatim bibat, & ad uomitum nolẽtem, uolentem impellas, digitis aut penna ori ihsertis, quoad quicquid corruptũ intus continetur, prorsus porritiatur. Vbi uerò tibi quicquid corruptũ erat uniuersum proiectum uidebitur, auersendus est uomitus, concilianda quies, & calfacienda præcordia quæ Græci uocant ὑποχόνδρια. Summè etiam facit æstiuis quidẽ horis olei dulcis calidiq; inunctio. Hyemis uerò tempore nardino, glaucininoue siue unguento quod uocitatũ est Martiaton, utere. Post uerò sufficientem euacuationem inducta quiete si non febricitet æger à balneo inducí præcipito. Et pedetentim nõ cõfertim cibum ministrato, cruditatẽ manibus pedibusq; euitãs. Atq; si nihil usu ueniat, quod iure obstet, confestim ad solitum nutricatũ reuertí moneto. Verũ de cibariorũ corruptorũ plenitate prognata passiõ cut uocãt cholerica, haud proprie adpellẽda est affectio cholerica, sed eduliorũ appendix.

Choleræ ex uitiosa qualitate stomachi prognatæ curatio.

SI propter euacuationem, defectũq; qui antecessit stomachi ea affectio quæ propriè χολέρα adpellatur, importuna existente deiectione & ut supra positũ est uomitu, facta fuerit, & non ex corruptorum ciborum plenitudine, oportet ægrotantem, & imbecillem stomachũ confortantibus & pristinã salubritatem recuperantibus instaurare. Nutricatus uerò negligendus non est, sed curiosè offerendus, & Ceres inculpata cum Bacho bono, uinoue Myrtite, id est ex baccis myrti arboris, aut cum melle omphacino, quod ex una portione uuæ acerbæ & immaturæ & duabus mellis conficitur, aut uino †palmite, aut Serapino potissimum si febre careant malehabentes & se frigidos esse putant, & uictus sit debilis, & penitus depascentẽ infestarint. Quippe hoc modo se habentes natura simul cum uomitu κακοστομαχία hoc est uitio & malitia

† Palmatiano

licia stomachi maximè infestari perhibentur. Ingurgitationis itaque nimietate affectiones cholericæ proueniunt. An uerò uomitu infestentur & imbecillo acutioso sint stomacho, res ipsa & experientia docet. Si febre laborant & natu grandiores sunt, & non ad aquã frigidam, sed ad pinguedinẽ potius alia quã, aut dulcia, aut oleosa quæ stomachum magis magisq; subuertũt, referat morbus, & ructus adsint fumosi, non est eis panis uino infusus exhibendus, sed in melle omphacino, aut hydromalo, †Cyphirhaticóue, uel aqua mulsa aut posca quod Græci ὀξύκρατον uocant, aquáue rosarũ maceratus offerendus est. Idẽ liquor in quo panis maceratus & infusus est utiliter sorbetur. Quod si his peractis parũ profeceris, & uomitus nõ quieuerit, aut etiã magis increuerit, decoctũ mẽtæ, nã præsentissimi est auxilij, potui dato. Et si stomachus imbecillus suo neque at fungi officio, idem decoctũ magis proficit. Si corporis robur prosternatur, partesq; extremæ, manus puta & pedes algescant, conuulsionibusq; & torsionibus circa umbelicũ (quos στρόφους Græcorũ medici adpellant) tentant, luri mentæ uinũ admiscere utile est. Noui equidẽ aliquot multos iam cõclamatos, hoc est deploratos, qui ab ancipiti periculo solo uini potu uindicati ad integrã sanitatem reuersi sunt. Ergo confugiendum quoq; ad uinum est. Sunt prætereà partes aliquæ corporis oleo Irino, aut nardino, aut cucumerino, aut aliquo indolorio, (quod Græci ἄκοπον dicunt) quæ neruorum contractionibus conducunt, & algores solantur, perfricandæ. Foris porrhò cataplasmata sunt adplicanda, quæ prosunt autem imprimis his qui cibaria non retinent. Verbi caussa, panis siligineus, aqua coctus adiecto oleo ex malis coroneis pariter & farina hordeacea uino ex myrti baccis expresso, decocta. Quod si id in promptu non sit, in uino uel palmite uel Tyro, uel Serapitite in quo absynthium decoctum sit, admoueto. Rosas insuper, & mala cotonea, & palmulas, mollium item uitium palmitis succum, non erit alienum porrigere. Post hæc farinam hordeaceam (quod ἄλφιτον Græci uocant) decoquito, mastiche & oleo malorum cotoneorum additis. Cuncta quippe hæc sunt admodum conducibilia, quoniã robur inducunt, neq; humoris quicquam eodem commeare sinunt. Ab his potest transitus fieri ad epithemata, quorũ compluria à priscis Medicis sunt ad eiusmodi affectiões descripta, è quorum quidem numero, unius sæpe numero bonitatẽ expertí, cuius compositio talis est.

† Fortè Cyphi Atticum.

Epithema super stomachum cholericum.

Labruscæ florum œnanthésue denariũ pondo duũm, succi acerbarũ & immaturarũ uuarum denariũ pondo quatuor, acaciæ, rosarũ aridarum, uniuscuiusq; denariũ pondo octo, gallæ Asianæ denariũ pondo quatuor, palmularum denariũ pondo sex, uini austeri quantum ad ea comprehendenda satis est, olei ex baccis myrti, ceræ cuiusq; denariũm pondo sedecim, picis denariũ pondo duodecim. Confice & utere. Hoc etenim iocinorosis, & torminibus intestinorum cibum nõ cõtinentibus, & iugi uomitu pressis summè cõfert. Vbi uerò circa umbilicũ torsiones, quos στρόφους adpellari diximus, & distensiones ex flatibus in uê

tre

tre collectis conflatæ fuerint, consentaneum est cucurbitulas admouere, haud etenim leniunt solum, sed eximiè etiam ad miraculum usq; auxilio sunt. Conferunt etiam plurimum emolumentum ijs qui ob imbecillitatem cibum continere non possunt, stomacho adglutinatæ, quæ si simulq; adpositæ sunt laborantis uentriculo, detrahantur, & hucilluc deducantur, uomitionem arcent. Sed diutiè inibi perseuerantes concoctionem ciborum promouent, & aluum plus æquo solutam, astringunt. Præstat autem ut calidæ & citra scarificationem adplicentur. Quod si phlegmone aliqua inueterata adfuerit, & scirrhosa duricies præcordia occupauerit, tum facta prius scarificatiõe scalpello adhibitæ, tantum abest ut noceant, ut etiam magnificè opitulentur.

Notæ Choleræ ex bilium plenitate procreatæ.

Ventris deiectionem cum uomitu immodica exbilium habundantia prouenisse his notis colliges: Ingens uellicatio & mordicitas, ardorq; uentris, & præcordiorum infestat. Et ea quæ per inferna deijciuntur pariter & uomitũ, omnia bilio sa sunt, bupina excruciat, & lingua salabrosa est, præcipuè si æstas fuerit, & si calorifica cibaria, uel bilio sa morbum præcesserint. Quibus certissimè deprehendes exbilium nimietate morbum emersisse.

Choleræ ex bilis copia redundanti prognatæ curatio

Gelidis itaque & humectãtibus rebus quum in potu, tum in cibis affectio eiusmodi curanda est. Quin & cataplasmatis & cerotis & epithematis, ex eiusdem farinæ essentijs utendum est. Succum igitur ptisanæ frigidum potare utilissimum censetur. Lactucæ itidem cum exiguo aceto exhibitæ refrigerant. Pari etiam modo intyba, endiuia sylue stris, serisue. Præcipuè uerò panẽ gelida unda madidatum offerre expedit & pectines, & ciriatia sæpius lota, & intestina seu uuluæ, & grues & cancer astacus uebis coctus, & pisces durioris carnis, potissimũ quæ inde sit hysitia. Ex anseribus uerò, pullis item & gallis carnis, potissimũ quæ inde sit hysitia. Pomorũ aũt permatura expediunt, & modicè acerba, conferũt uentriculi. Pomorũ aũt permatura expediunt, & modicè acerba, hoc est constringẽtia, & præ cæteris fructus loti, & pira & mala Punica, & uuæ pendulæ Ex bellarijs uerò castaneæ. Conducit item aquæ frigidæ potio, non auarè, aut semel largiter præcipitata, sed sensim & multis uicibus & præsertim inter medium cibum pota. Quod si ex ingenti sympτωmate robur deijciat, haud absurdũ puto fuerit uel hydromeli, uel ompha comeli potui dare, aut pauxillũ certè uini Sabinensis, uel Cydonite, uel Cnidiũ. Nam uigilijs infestantibus uel ob nimiã exagitationẽ, uel aridi tatẽ, uinũ, quo minus capiãtur mẽte, circũcidendum est Atqui tũ omniũ præstantissimũ est remediũ ita habẽtibus confectio Διὰ κοδρείου, è passo Cretico cõcinnata. Vbi uerò paululũ obdormierit patiens, aliquid sed parũ tamẽ potionũ, quæ supra positæ sunt admiscendũ est. Super ilia, hypochõdriaue semperuiuũ & lactuca a diectis paniũ micis leuigatis, & oleo rosaceo, cataplasmatis more ponantur. Quin & cerotum exijsdem concinnatũ stupendi est auxilij. Quod si per tempus licebit succos palmitis uitiũ adijcere multò præstantius & præsentissimo fuerit remedio. Si adhuc efficatius reddere uo-

lucris medicamentũ, herbam sanguinalẽ prædictis adijcito. Hæc quippe cerota refrigerandi, robur inducendi, humorẽ in stomachũ manantẽ reprimendi, uentrẽ astringendi, temperandiq;, & adpetitus ciborũ auersionẽ profligandi. Hæc inquam pariter omnia designabit dicta cerota, si modo, quo diximus, studiosè conficiatur. Memoratis itaq; medicamentorũ subsidijs usq; utendum est cholericis, hoc est ijs quos iugis uexat alui deiectio, & assidua uomitio. Item his qui cõuulsione tentantur, & quibus laborantibus syncopa lætalis accidit. Certè præsentissima sunt, quæ demonstrauimus, simul & deiectioni & uomitui medicaminum auxilia, modò quemadmodum docuimus ritè adhibeantur.

Choleræ lenis ac paruæ curatio.

VBi autem Cholera perexiguam tantummodo alui deiectionẽ, & uomitionem itidem non magnã effecerit, sed si mulata solum natura, conatus, quum uomendi, tum cuniendi tantum non irritus sit, non erit alienũ neq; superuacuum purgatione uti, quo cholericus humor per aluum euacuetur, maximè si caussa nõ inueterauit, & si purgationẽ uentris per medicamẽta antea consueta, quispiã superfederit. Quam sanè prouinciam nulli alij cõmittes tutius & utilius quã scammonij liquori & oxycrato cum succo mentæ, aut aqua rosarum, aut melle rosato (quorũ hoc Græci ῥοδόμελι, hanc ὑδρορόδοσκορ appellant) exhibendo, citra omnẽ molestiam & angorem officientem humorem exhaurit. Verũ si humor bilios⁹ uidebitur stomachi aut uentris tunicis imbibitus, atq; inde cum deiectionẽ tum uomitũ prolici, picram id est amarã antidotum cum scãmonio præparato, quod diagridiũ uocant, pro ægrotantis uiribus præbeto. Confert itaq; plurimũ ita affectos confidenter purgare. Euacuatione quippe peracta, & humoribus superfluis ita exhaustis, ne noxius humor se amplius in uentrẽ conferat, nauseam protinus tolli necessum est. Nutricatus tum offerendus est paulatim, ægerrimæ corruptionis, sed qui ad laborantis sanitatẽ tuendam adprimè accomodatus sit. Illud porrhò obseruatu dignũ est, quod magna ex parte omnibus quotquot cholerica affectione opprimũtur, conducit assidua calidarum manuũ lenis & mollis frictio. Colligatio prætereà extimarũ partium expedit. Et si uentris superflua urgeat deiectio, commendantur imprimis brachiorum & coxarũ ligaturæ. Si contra uomitus magis infestant inferiores potius corporis partes crura uidelicet tibiæq; & malleoli, deligandi sunt. Quũ uerò manusq; pedesq; algescũt, cõuulsioq; impetit, si per uires licebit, easdem partes in aqua calida tantisper foueas dum tumorẽ ponant, & rubore non paruo loca suffundantur. A fotu autẽ illico ne frigescant lanis inuolùito. Denuo quidem peragendum, quũ uomitiones crebrius ingruũt, & materia uidetur se ad superiora conferre, brachia inquam rursum sunt strenuè fouenda. Perinde atq; pedes ediuerso si uentris fluor sit profusior. Præscripta itaq; singula in choleræ curatione, ceu docuimus adamussim sunt perpetranda.

De

De iocinoris affectibus, & primitus de inflammatione. Caput XV.

HAud aliter atq; in singulis corporis partibus omnes de calido & frigido sanguine inflammationes oboriũtur, ita & omniũ, ut monumẽmenta eorum testantur, sapientũ sententia, oritur in iocinore quoq; inflammatio. Cæterũ non sine diligenti perpensione considerandum quibus notis deprehendatur aut discernatur, iecurne an loca ad iecur attinẽtia, an tunicas eiusdem uisceris, an foris partes hepati circũiacentes phlegmone occuper. Neq; enim uero febris continuo capit priusquàm hepar tententur inflammatione. Pari etiã studio cõtemplandum & acuratius etiã discutiendum, gibbosane hepatis pars, quam κυρτὸν Græcorum medici cognominãt, simãue hoc est caua, uel utræq; pariter inflammatiõe opprimatur. Nam si hæc cuncta ad unguẽ perpensa & cogitata fuerint, sine obstaculo statim adhibitis medicaminũ præsidijs pristina reuertetur sanitas.

Notæ inflammationis in gibba iocinoris parte.

QUod si extrinsecus in gibbosa scilicet iocinoris parte potius quã aliàs phlegmone insideat, cognitu haud erit difficile, potissimè si in spacioſum tumorem surrexerit. Nam tũ febres quas à multo ardore καῦσος Græci nominãt, cũ bilis uomitu impensius infestat. Et nos interdum certè non rarò uidimus uomitũ æruginosum & dolorem usq; ad iugulum ascendere. Tussis præterea agitatur, & torquentur, & anguntur etiam præcordia, maioráq; grauitas & quasi põdus loci existit, quã dolor. Oritur item interdum inflammatio in iocinoris mẽbranis, quas tunicas uocant, uel in uenis iocinori adiacentibus, quàm longè graviores cruciatus, quàm hepatis essentiam occupet commitantur. Hæc quippe indicia phlegmonen gibbam iocinoris partem obsidere portendunt. Deprehenditur idem quum uisu tum tactu, aut alijs iam pridem positis indicijs. Quod si inflammatio leuis & exigua sit ægrius deprehenditur. Nulla etenim febris oboritur nisi phlegmone notatu dignæ magnitudinis subsit. Neq; enim sensibus uel uisus tactúsue liquidò adparet, cæterũ ex alijs quibusdam signis liquebit cognitio. Quo circa si laborantẽ spiritus eximo trahere conspexerimus, & graue dolo cum dolore sentiatur in eadem parte, argumentũ certissimũ est phlegmonẽ quantulamcũq; uel iecur ipsum, aut gibbum exti eiusdem occupasse.

Notæ phlegmones concauum hepatis partem occupantis.

INflammatiõis in sima iocinoris conflatæ inditia hæc sunt. Confestim à principio tument inferiores potius corporis partes quã supernæ. Angores cum animi deliquio urgent. Corpus neq; instauratur, neq; refocillatur, imò pallore suffunditur & gracilescit. Qua propter refrigerato corpore, aqua intercutẽ cõmitatur. Quo utiq; modo, inflammtionẽ simæ iocinoris, à gibbosæ eiusdem uiscerís partis phlegmone discernes.

Nota inflammationis in musculis iocinoris.

Signa uerò quibus inflammationes musculos aut tunicas, aut uenas ipsius iocinoris uel finitimas & adiacentes partes occupantes, cognoscuntur, hæc sunt. Suprapositorum quidem symptωmatum nullum contingit, sed ubi le erigit ægrotans, etiamdum inflammatio in musculis figuram uidetur exhibere, & forinsecus multò liquidius oculis subiacet & non in cum modum quo in similis partibus, intrinsecus locum obtinet. Hæc utiq; musculorum hepatis incensionem derogant.

De phlegmones inflammatione, siue iocinoris curatione.

In hepatis phlegmões curatione præ cæteris omnibus uniuerso corpori prospiciendum est. Proinde si sanguen plus æquo habundarit, ante omnia citra omnem procrastinationem, uena inferiore iecoraria scilicet, quam & Basilicam uocant, dextri brachij scalpello incisa detrahendũ est. Quod si eam pertundere non datur Mediã, quam et Nigram uulgò nuncupant, secato. Quisquis enim id facere superfederit, anceps sibi uitæ periculum conciliabit. Quippe materia putrescente, necessariò hulcus uulneisue comitat, uel in duriciem non sensilem, quem Græci σκίῤῥον adpellant, immedicabilem commutatur. Qua de re neque cataplasmatum usus, neq; fotus ante sanguinis missionem unquam probari debent. Quum ante omnia à sanguinis detractione per uenam auspicanda est curatio. Secũdo loco corpore euacuato uictus ratio præscribenda est, placandi uim, & nihil mordacitatis, uel acredinis obtinens, potissimum intra primordia, nam phlegmone etiam dum feruente, iecur nihil huiusmodi sustinere potest. Quare talem uiolẽtiam prorsus amouere præstat, quoniam astringitur inde magis, fluxusq; nexu humoris uberius in eam partẽ tendit, & increscit inflammatio. Quo nomine exhibendus est succus ptisanæ, qui discutiendi, loca astricta laxandi & flagrantẽ deniq; inflammationẽ mitigandi uires continet. Auena itidem, Amygdaláue manducandum offerenda sunt. Oua uerò plane interdicant quandoquidem liquorem præpinguem possidẽt, et phlegmonẽ magis incendiosum reddunt. Micæ porrhò panis quũ lotæ, tum coctæ exhibendæ quidem sunt, sed nequid nimis. Vitanda sunt cæteracuncta quæ concinnãtur ex frumento. Verbi gratia, similago quam & similam promiscuè dicunt, hyenæ, quæ dicuntur pultes & placentæ. Fugiẽda sunt similiter omnia pinguia, & omnia testaceaq; cute prædita, quæ Græci ὀστρακόδερμα adpellant, excepto echino, & pectinis pauxillo, quæ tum demum sunt efferenda, quũ mali causſa bilea esse conspicitur, sitisq; infestat acrior, uigiliæ prætereà immodicæ uexant. & inflammatio nimium incendiosa existit, & erysipelacea. Dantur insuper summa cum utilitate intyba, endiuia agrestis, herba solariscireáue, quam Græci ἡλιοτρόπιον uocant. & succus eiusdem, & beta mollis, & pipiones, & piscis instellatus. Dulcia uerò cuncta manibus pedibus fugere expedit, siquidem malum augmentant. & in tumorem uidemus inde malum elecuta non hominũ tantummodo uiscera, uerum gallinarũ etiã, & porcorũ, & uno

Nutricatus Phlegmonem hepatis patientium.

uerbo

uerbo omnium brutorum animātium, quam ob rem non iniuria cane pēius & angue, ut aiunt, uitanda sunt ita affectis dulcia. Neque etiam minore odio prosequenda, uitandaq; sunt styptica, quoniā astringunt, & occludunt, congestosq; rumores inducant, & concoctioni uehementer resistunt. Qua de caussa mala Punica, & breuiter cuncta malorum genera ne per somnium quidem, ut ita dicam, in cibatu, aliásue offerenda sunt. Vinum uerò non circumcidendum modò sed ne tantillum quidem concedendum, præsertim incendiosa admodum inflammatione oppresso. Cæterùm uinum minimè stypticum, obturationem saltem (quam Græci ἐμφράξιν adpellant) citra inflammationē, patienti nihil officit, imò eximiè proficit. Hactenus de nutricatu eorum qui iocinoris inflammatione tentantur memorata sufficiant.

Potiones & elixationes.

In hepatis inflammatione pro diuersitate caussæ, uaria etiā adhibenda sunt medicamentorum præsidia: Præcipuè quidem simplices nonnullæ potiones. Cuius sortis utique sunt, radicum apij decoctum, quod Græcis adpellatur ἐπιζύμα. Quin & potui dare conuenit, inflammatione inchoante concoqui, clanculum enim & furtim materiam per urinas subtrahit, & diminuitur inde tumor. Et si Medico uidebitur competere non erit alienum in remissione febris & indicijs concoctionis apparentibus, ea quæ maiorem uim incidendi, uel extenuandi, laxandiq; siue aperiendi facultatem possident. Verbi caussa asarum, radix Pontica quæ ab incolis Rha uocatur, nardum Gallicam, offerre. Composita autem, post omnium concoctionem & maturata iam exactè in affectione, exhibere congruit, quoniam & flammationes soluendi & duritias emolliendi, & ἐμφράξεις absque febre liberandi, meaculosq; obstructos relaxandi, soluendiq; & expurgandi denique potentia regnant. Quorum confecturas haud erit, ut reor, superuacaneum paulò inferius subijcere.

Notæ iocinoris obturati Caput XVI.

Ἔμφραξιν autem iocinoris his notis liquidè comprehēdes: Dolores pariter cum grauedine & distensione simā iocinoris partem infestant, adeò quidem ut dextrum latus mole grauatum afficiatur. Febres nullæ, neque ardor ullus in eisdem locis apparent.

Obturationis hepaticæ curatio

Vbi igitur olfeceris iocinoris obstructionē, succis quibusdā noxijs esse adscribendam, potionibus succurrendū est. Foris secus medicaminū ea præsidia quæ incidendi, attenuandiq; uim habent, admouēda sunt. Quorum subsidijs in cipiētibus quoq; scirrhis quæ hepar quandoq; obsident, meo cōsilio utendū est.

De Sarrhomatis iocinoris Caput XVII.

Quicunq; hepatis scirrho tentatur, in horum curatione ab initio statim ea sunt adhibenda quæ duritiam emollire, ut sic dicam depsere nata sunt. Deinde ubi scirrhus iam egregiè fuerit quasi subactus & emollitus, materia inibi cōstipata, res relaxādi & aperiēdi potestate præ-

præditas efflagitat mox etiam quæ coquendi, digerendi & educendi obtinent potentiam. Nam si quispiam medicamentis, obturata condensataq; antequã tumorem emolescere et discutere moliatur, & plus nocumenti is quàm emolumenti laborantibus inrulerit, quum ea ratione id quod tenue & subtile adfuerit, partim digerit partim detrahit, & id quod crassum spissumq; est relinquit. Humores etenim desiccati & ueluti torrefacti & exusti, ueluti in lapidem durescunt, & deinde nulla neq; arte neq; ui concoqui ac digeri possunt. Enumerabimus igitur deinceps ea quæ in unaquaque affectionis cuiuslibet inflammatione imprimis expediant.

De Epithematibus & cataplasmatis contra inflammationes & constypationes, quas Græci Emphraxes, & duriciem in sensilem quam eadem gens Schirron uocat.

DE singularum itaq; affectionum hepatis medicaminibus tractaturi abijs quæ foris adplicari debent locis inflammatis, emphraxim aut scirrhoma patientibus, exordium sumemus. Phlegmone igitur iecur infestante, cataplasmate ex malis cotoneis cũ farina hordeacea aut fœno Græci decoctis facto, impositum medetor. Robur etenim inducit inflammationem maturat ac digerit & duricias emollit. Amplis autem inflammationibus quibus stomachus infestatur & latera intenduntur medendis, Dactylos exemptis ossibus obnixè cum æquali pondere cerotæ oleo rosarum contritos, & in mortario unà curiosè usque dum se inuicem comprehendant, subactos, admixto olei rosati pauxillo, factaq; cerota, adhibe.

Altera cerota ijsdem affectionibus conducens.

HABET Guttæ Ammoniacæ, ceræ singulorum denariũm pondo octoginta, croci denariũm pondo quatuor, olei cyprini mensuram heminæ unius, cerotũ refrigera alijsq; immissis confice. Summè dictis affectiõibus prodest.

Aliud epithema ad inflammationes non admodum incendiosas.

ACCIPIT Maioranæ uiridis, (quem σαμψυχον) denariũm pondo uiginti quatuor, thuris denariũm quatuor, cæræ denarium põdo sedecim, thebinæ piceæ denariorum pondo sedecim, olei cyprini heminas sex, mellis heminas quatuor. Quæ sunt eliquanda eliquato, aridaq; leuigato, & emollita liquatáque superinducito.

Aliud epithema ad ingentißimas inflammationes & cætera expediens.

MAXIMIS inflammationibus non musculorum tantummodo, sed iecinoris etiam multò commodissimum & experimento à plurimis sæpe cognitum epithema, quod recipit. Comarum absynthij, nardi Gallicæ, croci, asari uniuscuiusque unciam unam, iridos, myrthæ, stiracis, bdellij, guttæ ammoniacæ thymiamatis cuiuslibet denariorum pondo duorum, medullæ

medullæ uituli denariûm pondo quatuor, fingito epithema, & utere.

Epithema Apolozantis admodum conducibile, ad eadem quæ superiora.

Ceræ denariûm pondo octoginta, rhesinæ terebinthinæ denariûm pondo quadraginta, mannæ thuris tantundem, magmatis olei irini, guttæ ammoniaci thymiamatis cuiusque denariûm pondo octoginta, in pila contunde, pila olei irini crocomagmate illinito, & facito epithema incidendi ui præditũ, quod Græci uocant κοπτικὸν, & ubi usus necessitas est utere.

Epithema Galeni ad idem.

Ad inflammationem iocinoris Galenus commendauit epithema, cuius compositio talis est. Aloës denariûm pondo quattuor, mastiches tantundem, ceræ denariûm pondo trium, olei spicæ nardi, siue de malis cotoneis denariûm pondo trium. Quod si maiorem roborandi uirtutem indere uidebitur, infere aloës unciæ pondo unius. Nam id quum stomachi tum iocinoris inflammationi succurrit. Quemadmodum & διὰ μηλοπίκων, & διὰ μηλιλώτων, hoc est ex malis perficis, & ex sertula campana cõdituræ. Præterea Epithema quoque ad maiorem iocinoris schirrhum, hoc est duriusculum tumorẽ sine dolore, qui citra febrim existit factum. Ad eos uerò qui tumoribus & duriciebus hepate absq; febre infestantur, & scirrhosos tumores diutinos habent, summè conducit Emplastrum Ammonis, & Ariobarzanius, & cui cognomentum est Helladicum, & ut paucis plurima perstringam omnia quæ incidendi uiribus sunt prædita. Cæterûm compositiones eorum, quæ nobis usu & experientia prope cognita sunt, libenter tradimus.

Hepaticum optimum & excellens, & alijs quibusdam affectionibus conducens.

Iocinoris affectibus, & lienosis, stomacho item duro & distenso, ita ut tactui non cedat, summè facit quod sequitur. Præstantissimum idem remedium & laude dignum est duriciebus emolliendis, adeò ut nulla desideretur restaurativa curandi ratio. Eius descriptio hæc est. Ceræ denariûm pondo uiginti quinque, maioranæ denariûm pondo quinquaginta, piperis candidi denarium pondo octo, nitri untiæ pondo octo, fœno Græci, cremati, (siue elixi) denarium pondo quinquaginta, rhesinæ terebinthinæ denariûm pondo octoginta quinque, olei Cyprini libræ pondo unius, uini cotylæ pondo unius. (Sunt autem qui Cotylam, hoc est heminam pondus nouem unciarum esse affirment.) Arida tundantur & per cribrum angustius trajciantur, & uino per triduum macerentur. Deinde conterenda frientur, & resoluenda resoluantur. Postremò subactis, & emollitis omnia curiosè in pila reponantur. Et ubi usus necessitas fuerit, cum uncijs tribus huius medicaminis, permisceto cerotæ ex oleo rosarum confecti uncias totidem, & utere.

Epithema

Epithema Euodes, id est odoriferum, iocinoris inflamationi & stomacho impendio conducibile.

Propolis. Accipit epithema Εὐώδες croceí pondo unciæ unius & semís, bdellij denarîum pondo nouem, aloës. myrrhæ singulorum pondo unciarũ duûm, solij unciæ pondo unius, sordium ex aluearibus apium (προπόλις Græcè) unciarum pondo trium, rhesinæ terebinthinæ, tãtundem, thuris denariûm pondo sedecim styracis unciarum pondo trium, mastiches denariûm pondo uíginti, spicæ nardi unciæ pondo unius, cardamomi unciarum pondo duûm, hydiocri pastilli, cro-comagmatis uniuscuiusq; unciarũ pondo unius & semís, guttæ ammoniaci thymiamatis unciarum pondo sex, ceræ libræ pondo unius, Colophoniæ librarum pondo duûm, succi balsami, palmularum cuiusq; unciarũ pondo sex. Haudscio an huic secundum, ne dicam utilius resoluendis duricicbus, & medendis affectionibus frigidis reperiri possit.

Aliud malagma incidendi uim habens.

Κοπτικὸν & illud μάλαγμα quod subijciam est resoluendis & emolliendis duricicbus factum, adeò sanè duriusculos tactuí non cedentes ac sine dolore tumores quos σκίῤῥους Græci uocant, & omnes simul iocinoris & stomachi duricias relaxet, ac dissipiat. Compositio eius talis est: Propoleos, id est sordiũ ex aluearibus apum denariûm pondo sex, styracis denariũ pondo duûm, mastiches denarij pondo unius, rhesinæ terebinthinæ unciarum pondo quatuor, magmatis olei nardini, quantum ad colligendum satis est. Quibus contusis repostulante utitor.

De Potionibus & antidotis, quibus Iocinoris affectionibus succurritur.

Nunc demum, ut fidem liberemus, potiones siue antidota, quæ usu & experiẽtia in iocinoris affectionibus sæpe comprobauimus, promamus in medium. Hepati conducit, cui cognomentum, ab immortalitate, Athanasia nomẽ est, confectio. Expedit & doloribus renium, sed morbum inducit usus eius Regium, & sudores proritat. Eius compositio ex his constat.

Athanasia hepatica.

Sumit cinamomi denariûm pondo duũ, cassiæ, myrrhæ electæ, schœniantho, uulgò squinantum uocant, uniuscuiusq; denariũ pondo octo, mellis Attici quantum ad ea comprehendenda satis est. Dosis eius iusta est fabæ Græcæ quantitas. Febre correptis cum aqua mulsa hydromelitéue. Cæterum hominibus temperamentí natura calidi hoc antidotum minimè exhibendum est. Verum his potius qui gelidam & udam temperaturam sortiti sunt.

Pastillus iocinoris expediens, & Arquato.

Seminis anethi, seminis apij, asari, amygdalorum amarorum & mundatorum, absynthij cuiuslibet denariûm pondo quatuor, conficiantur cũ aqua,

&

& effingantur pastilli pondo denarij unius, quos admixta aqua languenti potandum exhibe.

Ad Phlegmonem hepatis.

Contra iocinoris itaq; inflammationes utilissimè cum uino & melle chamæmelon (quam uulgò chamomillam dicũt) potui datur, extemplo enim quæcunq; phlegmone eius curatione penitus sanescit

Antidotum ad ingentes inflammationes & hepatis obturationes & scirrhosas affectiones experimento cognitum.

Habet id piperis denariorum pondo duodecim, spicæ nardi obulorum pondo quatuor, aloës, fœno Græci, asari, ueratri, singulorum denariũm pondo duũm, mellis libræ pondo unius. Datio huius antidoti est mistrum unum cum cõdito. Summè quidem id facit in temperatura non calida, sed ubi obstructio ad solos humores crassos ac glutinosos refertur.

Puluis ad obturatum iecur, à nobis sæpe numero expertus, habet:

Costi, eupatorij, cuiusque denariorum pondo quatuor, piperis denariũm pondo duorum. Redige in puluerem & per triduum dabis mane semper mensuram cochlearij unius in uino Ascalonite. Cæterum is qui assumit decumbat in latere dextro horam dimidiam. Accipiat porrhò tantundem etiam uespere. Quisquis autem hoc remedio uti uoluerit, acetum imprimis cauere debet, ac balneũ, legumenta, item ut semel dicam omne genus, & rapas, & breuiter quæcunq; inflationem, quæ Græcis ἐμπνευμάτωσις uocatur, in corpore uehementer excitant.

Aliud contra iocinoris & splenis obturationem.

Medendæ iocinoris & lienis nimiæ emphraxi competit hoc preciosum antidotum, quod duricias quantumuis ingentes emollit & relaxat. Habet id quidem guttæ ammoniaci thymiamatis diobulorum pondo quatuor, thuris diobulorum pondo duorum. Administrabis autem per treis dies in condito. Præsenti enim est remedio, quoniam uiscosos humores collectos per uentrem euacuat. Aquam intercutem pro foribus cubantem profligit, quin & eadem mala affectione captos liberos reddit, id quod ipse usu & multa experientia sæpe cognoui.

Aliud ad iocinoris Emphraxim.

Radicis capparis obulorum pondo octo, crocí obulorum pondo quatuor, contundito, & per secerniculum trajcito. Non febricitantibus quidem datur commodissimè in uino, Febre uerò correptis utiliter cum aqua calida offerri expedit.

Aliud.

Costi, fœnograeci, piperis, stercoris leporini, æquali singula pondere contũ dito, & cribrato, non febrientibus propina mistrum unum cum uino. Febre oppressis cum aqua calida. Decumbat aũt qui hauserit in dextra, eiusdẽ partis manu capiti subdita, & extensa per horam dimidiatam.

Aliud Dia Daphnidôn, hoc est ex bacis lauri, accipit:

Baccarum lauri, costi uniuscuiusque denariũm pondo octo, folij diobulorũ pondo octo, piperis candidi diobulorum põdo decem, spicæ nardi denariũ pondo sex, mellis quantum ad ea excipienda sufficit. Exhibere autem oportet singulis diebus mistrũ unum cum condito in balneo. Et huius factum est sæpe periculum. Conducit aũt potissimè hæc potio his, quibus pingues & spissi humores hepatis oppilationẽ constituũt. Inter hæc autem intercalare oportet simplicia medicamentorum subsidia, quæ ad Oribasium autorem referunt. Vel ea quæ à plerisq; & uarijs celeberrimis authoribus explorata sunt præsentissima iecoris auxilia. Viticis semen iocinori tanctis in callum indurato succurrit & opilationes constypationesq; aperit. Centauri minoris succus, & potu, & adpositu hepatis duricias discutit. Radices ἐρυγγλώσσου, id est plantaginis aridæ, folia item & semen, atq; id quidem maximè, prosunt. Asparagus, Myacantha, præsertim radices eius ac semen iocinoris uitia, & felle suffusos emendat. Radix Pæoniæ, quam & Glycysiden Græcè, Rhomani castam herbã uocant, itidem facere perhibetur. Cortex radicũ lauri arboris in uino perodoro haustus oboli pondo uniusidem designat. Rubiæ satiuæ (quã Græci ἐρυθρόδανον dicunt) radix cum aqua mulsa melicratôue magna utilitate iocinorosis & felle suffusis bibitur. Eupatorium quoq; iocinori imbecillo uireis, roburq; inducit. Lupinorũ porrhò decoctum addita ruta contrita & pipere potum, & farina lupinorum cataplasmatis modo impositа remedio sunt. Iris, Pistaceæ nuces, marrubium quod Græci πράσιον uocant, amygdala, dracunculi, Colubræ uera dices adiuuant, & uiscera expurgant, humores crassos & spissos extenuant.

Simplicia ex Oribasio.

Thapsia, Polium, Trixago, locorũ obstructiões expediunt, & humores pingues extenuãt. Agreste porrum, Agaricũ, Anthemis, quam Græci χαμαίμηλον, uulgò Chamomilam dicunt, ilibus quæ Græcè ὑποχόνδρια uocant, præ cunctis alijs opitulantur.

Purgantia simam hepatis.

Polypodiũ, herba Mercurialis, succo cucumeris syluestris, qui ἐλατήριον Græcis uocatur, & oxymeliti permixta simam iocinoris partem egregiè purgãt. Chamælæa, quã Latini herbam oleastellum nominant, pota cum absynthio & hydromelite. Succus item brassicæ exhibitus. Nitrum in aqua mulsa epotũ.

Radix cyclaminj, lupinorũ decoctum, oleũ, mel, & nitrũ, serum lactis, galli ueteris ius, ciceris ius. Hæc singula simæ iocinoris inflammationes etiã chronicas in integrum reficere possunt.

Purgantia

Purgantia gibbum hepatis.

Emundant,& à noxijs humoribus gibbosam iocinoris partẽ uindicant,nardus Gallica potu sumpta,amomi decoctũ,itidem haustum,schœniãthos hoc est rotundi iuncĩ odorati flos,acor[1] radix,Agaricum unà cum uino ac melle epotum,Gentiana in aqua sumpta,uitis albæ folia cum aqua mulsa,cortices radicum arboris lauri obulorum pondo trium cum uino potati.Radix Pontica dulcis radicis liquor,cum defruto,pentaphylli radicis succus,salicis Amerinæ,uiticisue semen,Daucus Creticus,apij semen & petroselini,baccarum folia,cardamomũ,centaurium,Glycyfidæ,quod est Pæoniæ semẽ,anisum frictum,absynthium,costum,succus balsami,myrrha,asarum,meũ. Hæc præter quã quod hepar expurgant,ægrimonias quoque eiusdem uiscerisdiutinas,siue cum tremore,siue ex intemperie quacunque nãtas,ad pristinã sanitatem reducunt,doloresq; eius extĩ omnes persanant.

De iocinoris imbecillitate & hepatica dysenteria Caput XVIII.

SVper iocinoris phlegmones,obstructionis,& scirrhi curatione hactenus memoratum est,de imbecillitate huius extĩ,nullo id genus infestante,tãtum ex intemperatura eiusdem uiscerisprognatæ medendi methodo deinceps agendum uidetur.

Signa debilitatis hepaticæ.

Sunt hîc quoque ob oculos ponenda quædam indicia,ex quibus elicere & odorari,iocinoris imbecillitatem,(quæ ἀσθένεια Græcis uocatur) cum causſa facile est.Siquidem attractricis potentiæ,quã Græci ἑλκτικὴν dicunt,uires fuerint imbecilles uentris deiectiones quidem persucculentæ reddunt̃,eò quòd nullam uentris affectionem præferunt,sed liquidiora sunt,quia debilior est iocinoris distractio,quæ Græcis ἀνάδοσις est,Latinis uerò digestio.Si uerò hepatis factus distractio,quæ Græcis ἀνάδοσις est,Latinis uerò digestio.Si uerò hepatis factus inculta quæ cibum potionemq; mutat,ac confundit,cui ἀλλοιωτικὴ nomen est,infirmior existat,aluí sedimina,aquæ in qua recens mactata caro ablutã est,similia derjciuntur.Et nominatur hæc Hepatica dysenteria. Qua in re uulgus medicorum errans,huiusmodi indicijs deceptus,hunc affectum non iecoris,sed dysenteriam esse putat.Et proinde non statim,quemadmodum respoſcit,medicamina quæ in aquam praſidijs hepati succurrũt,sed robur uentrí,factis ad hoc remedijs incaminum moliuntur. Foris enim medicamenta ex aloë,floribus mali Punici,malicorio,quod σίδιον Græci dicunt,& est cortex mali Punicí,myrto & flore fabricæ cataplasmatis more imponunt. Intus autem intra corpus radicem Ponticam aut Macerem,quæ uulgò Macis dicitur,manducandum miniſtrant. Quin & theriacam aut aliud id genus antidotum in potionibus nonnulli exhibent,neq; dubitant potimata purgatoria,hoc est potiones mundandi uim habentes & pastillos porrigere. Quibus sanè omnibus languentem miserè lædunt

& cruciatus longè maiores inferunt. Quoniáq; inde magis, magisq; corrũpitur languidus, & iecoris acrior intemperies, & maior imbecillitas deprehenditur. Non sunt itaque id genus medicamenta adhibenda, imò ante omnia semper curiosè scrutandũ, & rudẽs omnis, ut aiũt, mouẽdus quid causſæ præcesſerit, unde hepatis, pueniat defectio, uel cuiusmodi intẽperatura, calidá ne an frigida, udá ne an arida ſupuenerit. Quin & ex duarũ cõiugatione, calida ſcilicet & humida, calida & ſicca. Aut certè interſecopulatis gelida & uda, frigida & arida intẽperie hepatis imbecillitas, hoc eſt functiõis ipſius uiſceris infirmitas, puenit. Peſtifera nanque non rarò materia iecur ſaburratum malè afficit, & obſtructione ſeu pituita alijs humoribus permixta, in hanc affectionẽ incidit. Oriturq; non ſimplex morbus ſed mixtus & uarius. Proſequi igitur ſtudioſè primo conuenit ſingulæ intemperiei indicia. Mox uniuscuiusq; enumeranda ſunt medicamẽtorum præſidia.

Notæ calidi iocinoris.

Infirmitatem ad æquo calidius hepar referendam eſſe multis nominibus licet deprehendere, uerũ præcipuè ex immodica, qua afficiuntur, ſiti, oris amaritudine & bilis uomitu, interdum etiam & crebrius quidem æruginoſo aut uiridi æri ſimilem faciem obtinente m, eundem aſpectũ habent quæ per aluũ deijciuntur. Lingua ſunt ſalebroſa, corpore arido & gracili, iocinore uitiato, aut arido. Aluí receſſus, aquæ in qua nuper mactata caro abluta eſt, ſimiles, quaſiq; ſanguinẽ liquores deijciuntur. Tractu uerò temporis diutius perſiſtente affectione iecoris tandẽ eſſentia ponit. Poſtremo uerò ipſum quoq; iecur eliquatũ per uiroſo odore uideꝛ deijcere. Hæc igitur calidi hepatis cognoſcendi ratio. Cæterum licet id etiam ex ætate, aut tempore, uel cibis qui an teceſſerunt conijcere. Nam quibus præcalidum iecur eſt, gracilento ſunt corpore & ſicco, criſpulo capillitio, & cirrato. Prompti præterea & perciti animo & furibundi. Hiſce igitur ſingulis ad amuſſim contemplatis, multò facilius temperaturam prauam elicies ac penitus etiam deprehendes.

Notæ frigidi iocinoris.

Qui autem affectum frigidiori hepatis intemperaturæ adſcribunt, ſiti propemodum nulla premuntur, neq; bilioſum euomũt, neq; oris amarore uexantur, ſed acidum potius quum ſaporem, tum uomitum, ſiquidem uomitiõe tentãtur, ſentiunt. Aluí ſedimina neq; bilioſa, neq; graueolentia, teterrimeq; fœtida, neq; ſanioſos, aquoſoſq; ſanguinis humores, quos Græci ἰχῶρας uocãt, neq; ſubtiles admodũ & extenuatos habent. ſed contrà ſanguineos, craſſioreſq; atq; ſubnigros. Horũ facies nihil à ſua forma recedit, neq; aridior fit, neq; corporis uniuerſi habitudo quicquã cõminuitur, neq; ut breuiter dicã uel tantillũ à ſanitatis militudine recedunt, quin & curatiore cuticula eſſe uidentur. Malum quippe naturæ ipſorũ temperamentũ frigidius adparet, & nutricatus qui anteceſſit eiuſdem qualitatis extitit. Laborantes ad hæc corporis cõſtitutio natura pinguior eſſe

esse deprehenditur. Præcessit item usus lauacrorũ, atq; is quidem frequẽter â cibo. Hæ sunt utiq; notæ ex quibus citra sudorẽ, ut aiunt, cuiuis solerti Medico gelida tanquam ex speculo hepatis intemperies liquebit.

Aridi hepatis inditia.

Totius corporis habitus aridítas, & gracilentia ficciorem iocinoris temperaturam quàm cõueniat, portendunt. Bupina item, id est sitis tantum non inextinguibilis, aluí sed minum pinguior facies.

Vdi iocinoris inditia.

Quibus humidius est iecur, ij neq; siti premuntur, neq; linguã habent aridam, & habitiore sunt corpore, & colore natura uenusto, & uultu sereno, humiditate quũ in facie, tum in corpore omni elucente. Quorum deiectiones alui liquidiores esse cernũtur. Cæterũ illud ignorandum non est quod ubi materiæ qualitates confundantur, alia atque alia pro earundem diuersitate apparebunt inditia.

Calidi iocinoris curatio.

Calidiori hepatis dystemperaturæ frigorificis medicamínum præsidijs succueniẽdum est, & collecta dissiciendi, cõstypata reserandi, imbecillis robur inducendi potestate præditis, quæ districtionem, quam ἀνάδοσιν Græci uocant, expeditiorẽ efficiãt. Cuius utiq; classis sunt succus ptisanæ, qui sanè præsenti utilitate cæteris omnibus palmã facile præripit. Panes ex decocto radicis apij confecti & intyba, & succus ipsorũ, magis uerò cicoriũ & endiuia, quoniam amarorem in se continent, & hepar obstructione liberant. Nam eo, est eorum quidem holerum natura, ut calidiori intemperaturæ adiumento, frigidæ uerò nocumẽto non sint. Neque enim algoris immodici, sed ea uoluptate prædíti censentur, ut solo tactu leniant, & citra omnem huius extí oblæsionem sumi optimè possint, eò quod affatim omnia in se continent, quæ iecoris sunt necessaria, nedumutilia & quæ infirmitati ipsius præsenti possunt esse auxilio. Neq; eñ ullum ex holerũ generibus aliud reperitur, quod esu sanguinem inculpatum generet, exceptis his quæ memorauimus, quæ utique non sanguinem modò bonum efficiunt, sed & hepar ab intemperie uindicant, & temperamentum inculpatum restituunt. Vidímus quippe non paucos iocinoris affectibus tentatos & fluore eiusdẽ uisceris, (quem dysenteriam hepaticam dicunt) oppressos, solo huiusmodi holerum usu pristinam penitus sanitatem recuperasse. Cæterum non sunt hæc largius ægrotis corbitanda, sed per uices ídentidem sub crepusculo, non tantum matutino, sed & uespertino cottidie, nunc in iure, nunc aliter condita accipienda. Nam est coriandrum omnino horum elixationi inserendum. Quod si in fimis iocinoris partibus euenisse obstructionẽ, aut in eius gibbo cõiecturaueris, præsentissimum sanè & omniũ utilissimũ putato si decoctioni apium adijcias. Nam ut hoc maiorẽ cibo suauitatem conciliat, ita & digestionem & hepatis distrahendi potentiã concinnat. Sunt uerò oua inid genus affectibus maximè ui-

tanda potissimum si qua adsit duricies. Halica itidem nisi qua affectione alia fastidióue molestẽtur fugienda est. Nam quum cibi adpetitus auersio planè quẽ piam cœperit oppresserit q̃, halica interdicenda non est. Si uerò cibi inadpetentia nihil torqueat, satius est neque halicæ, neque citri, neque orizæ uel tantillum admittere. Sed ante potius omnes escas ptisana, & pane & memoratis oleribus præuenire. Sin autem dictorum holerum ad manum copia non fit, lactucas iure conditas offerre cõuenit. Magis uerò delectabunt, & adiuuabũt ualidius si de
Volucres. coctiom aceti parum confundetur. Ex uolucribus autem gallina domestica utilitate cæteris omnibus anteit, & iura superioribus ex holeribus decocta. Exquisita proinde iura & salsamenta, præsertim pinguia seu cymino, seu origano condita, breuiter omnia condimenta fugienda sunt, quoniam condimenta eiusmodi semper & concoctionem & digestionem quam Græci anadosim uocant, impediunt, & bilium humorem copiosiorem efficiunt. Perdices uerò & phasiani non saginati longè saluberrimi in cibatu sunt, & anserum uentres, & galgulæ, & merulæ, & fiscedulæ, & turtures & turdi, & aues perpusillæ cæteræ. Anates manibus pedibusq̃ uitandi sunt & omnes uno uerbo palustres alites, & quæcunque sunt carnibus atrebilarijs uel nunquam uel perrarò ita habentibus sunt mandu canda. Nihil enim id genus in cibarijs exhibitum excalida hepatis dystemperan
Pisces. tia languentem iuuare potest. Piscium uerò comprimis probantur marini, squamosi scilicet, quas aspratiles uulgo adpellant in mari puro non lutuso, stagnóue degẽtes. E quorum classe est merula, scarus, thessa, chrysophi, sygena. Ex his aũt quæ acrore pariter & calore, uiribusq̃ ualidis prædita sunt: Verbi caussa, Labaraca, orphus, atque cyrida, hysitia concinnanda est, absque melle & liquamine uel saltem exiguo, nam inde conflata hysitia tantum abest ut opis aliquid
Quadrupedã conferant, ut etiam uehementissimè usurpantes lædant. Quadrupedantium ue
ũm. rò animalium conueniunt pulmones, & intestina, uel inde Cordylæ concinnatæ uel nazacaræ. Nam ita adpellant eas, uulgò uendentes. Cæterum cor eis & lien admiscere consueuerunt. In hac uerò caussa non est quod admisceãtur. Verum his sublatis exhiberi oportet ne corrumpantur facile & calido iecori repugnent. Nam si intemperies illa fuerit biliosa, uitium humorum (quam uulgo cacochymiam Græcè dicunt) uehementius augent. Quippe quos obstructio exigua tantũ, aut inflammatio infestat, ea sanè offerenda sunt quæ cõcoctu difficilia sunt, aut ualentiora admodũ cibaria. Fructus item si per tempus licebit permaturos & dulces uerbi caussa, fructus loti, quæ mela dicuntur. Cæterum ijdem cum Gallina quũ assati cum elixi maiore cum utilitate dabuntur. Cauendũ uerò est ne inter assandũ mela adurantur, sed paulatim tempore longo torrefiant & assent succingẽte pasta, spartóue, ita quidẽ ut amiciatur undiq̃ deinde clibano imponat. Nuclei porrhò malorũ Punicorum quas ῥοιὰς Græci nominãt, ante cibum pauci. A pane uerò postea sumpto cõpluria mãducanda sunt. Nam hæc iecori quantũuis imbecillo, stomachoq̃ debili sumpta, roburi ndere possunt. Intolerandaq̃ siti premẽte duracinis utendũ. Mollia quoq;

malorum

milorũ medicorum quæ & Citrea dicuntur, ante cibũ modicè edenda sunt. Cerasis item pirisq; & mespilis semel atq; iterũ modo utendũ est. Quoniã crebrior eorũ & omniũ etiã astringentiũ usus, uires siccandi & uentrẽ superiorẽ constipandi, alui retrimenta & omnẽ cuniẽdi solennitatẽ uel prorsus impediũt, uel durũ cacare faciũt. Vitandi adhæc sunt fructus omnes styptici, neq; cibariorũ ratiõe offerẽdi. Foris cõpetunt cataplasmata pluripharia. Bellaria uerò quæ Græci τραγήματα Latini Secũdas quoq; mensas adpellãt, uerbi gratia, uuæ, et potissimè quæ Lasciniæ dicunt. Neq; sanè quicq; facile reperiẽt, tã præsentaneiq; excellẽtisq; in hepatica dysenteria præsidij, q; uuæ sunt Bonitates etenim omnes in se cõplectũtur, neq; promptè putrescunt, & uireis prostratas recuperãt. Frugi nanq; & percõmodum omnino medicamentũ est, quia alimentũ præstãt, & sine multa dilatiõe in succũ inculpatũ transeũt, & si quẽ fortè malignũ & noxiũ humorẽ deprehendũt cõfestim expurgãt. Nucibus aũt pistaceisq; & nucleis pineis tanq; hostilibus abstinendũ est. Proinde castaneatũ esus nõ improbat, qm̃ nõ tam minoribus natu, q; grãdioris ætatis hoĩbus bonos succos nutriũt, corruptiõisq; resistunt si in calida hepatis intemperie exhibeant. Hunc in modũ etiã demõstrauimus de dysenteria hepatica quæ ad ardorẽ refert, in qua memorata imprimis eligenda sunt cibaria, quoniã neq; distrahunt, neq; robur inferũt, sed iocinoris intemperantiã pulchrè emendant, & nonnullã interim discutiendi, relaxandi, resistendiq; facultatẽ obtinent. Vbi uerò nihil id genus ad manũ sit, alia quæ temperiẽ cõciliant adhĩcienda sunt: conficiũt em̃ potenter quæ cõtinentur in iecore. Ptisanæ quoq; succũ inter cætera ita se habentibus conferre dictũ est. Atqui grana quoq; ipsa elota, plerũq; si offerant, salutaria sunt. Itidem & holera, uerũ omnium potissimè intyba, imò adhuc longè magis cõpetit eudiuia: primas nanq; tenet in hac constitutiõe, cuius rei gratia uel per se administrare hanc, uel unà cũ gallina, perdicéue, aut uentribus anserinis, uel adiectis aliquot carnibus, ad comparandam suauitatis gratiam elixare, oportet. Cæterum id te latere nolim holera in hac affectione constitutis non tam elixa, quàm & cruda, summa cum utilitate exhiberi itentidem posse.

Hepaticæ dysenteriæ ex gelida iocinoris intemperie curatio.

Quando de uniuersis calidi iocinoris medicaminum præsidijs hactenus satis superq;, ut reor egimus, de contrariæ nunc eiusdem uisceris intemperiei curatione mihi deinceps disserendum arbitror. Frigidæ igitur (quod perpetuum est) & humidæ intemperaturæ calidis & siccis edulijs occurrendum est. Quæ certè non sine delectu à solerti Medico seligenda sunt, nempe ea semper potissimè à quibus præsentaneum magis præsidium expectatur. Quo nomine principio statim calidus panis, uel per se esui, uel maceratus in uino aut Tyrio, aut Byrechio, aut Seraptino, aut palmite, hoc est ex palmulis confecto, aut odorato uel Cynodino denique porrigendus est. Frequentius autem cum Assenio Assióue. Si febre non infestentur, & hepar ualde sit algidum unà cum simílis dystemperantiæ stomacho. Nouimus quippe non paucos Medicæ

rei, pfessores, qui uētriculo egregiè pfrigerato, uel extis multò algore oppressis uinum conditum adiecta Cerere aut oryza porrexère, & sanitatem laboranti bus pristinam reduxerūt. Quo circa si id quod uehementiorem habet calfaciendi facultatem præsentioris est auxilij in tempore oblatum, immanitas algoris quoque infestantis, & calfactoria medicaminis, quod offertur uis accuratè perpendenda est. Ex holeribus imprimis ita habentibus cōgruit Brassica, aqua inter decoquendum tertio cōmutata, inde uino indita exhibenda est. Vbi uerò condita fuerint holera, uel citra additamētum per se, uel intybo adiecto endiuiáue syluestri. Nonnunquam uerò, uel gallinam,, uel perdices, uel turdos seu merulas denique admiscere expedit. Carnibus porrhò torrefactis hepatica fluore oppressi uescantur, uentribus item & hysitia. Sed aliorum cibariorum appetitus auersione ingruente, laborantemq; acrius infestante non nisi rarenter hisce utendum. Vitanda sunt autem cibaria, quæ concoctioni renituntur, temperamenti admodum frigidi. Alteram porrhò nutriendi rationem hunc in modum instituendam & disponendam censeo: Panicum probè elixum, Pultes item ex milio offeruntur summa commoditate. Quibus uerò testea cutis est quæ Græci ὀστρακόδερματα adpellāt, in hac affectione cōstitutis prohibeantur. Nam calidiori intemperaturæ sunt accommodatiora. Ex piscibus competunt, Merulæ, cossi, orphus, teclæ. Qui sanè quum assati, tum elixi remedio sunt, præsertim si saliti assenī. Quin & castaneæ tostæ intra modum & ex interuallo non crebrius sumptæ impendio prosunt, quoniam nihil algoris continent, & fluxus, prætereà quos Græcè ῥευματισμοὺς uocant, placant, pinguis aliquātulum humoris particípes, rosionis uerò inexpertes. Vuas ad hæc ita habentibus suppeditare expedit, quoniam omnibus iocinoris ægritudinibus citra inflammationem ualde conducibile alimētum est, quum quod robur inuehendi, tum quod noxium & prauum, qui imbi cōsistit in meliorem emendandi facultatem obtinent. Pistacia uerò, quos uulgò Fisticos adpellāt, & amygdala in hepatica dysenteria obnixè uitanda sunt, eò quòd promptissimæ non corruptionis solum, & oleacea sunt, sed metamorphosis etiā in bilem ualde obnoxia, & quod humorū tum superfluitatem tum asperitatem concilíant, adeò quidem ut inde uenter & inclementius & frequentius irritetur. Hactenus igitur de hepatica dysenteria ex algore prognata disseruisse satis est.

Si porrhò cæteræ qualitates, puta siccitas & humiditas cum materia morbum inuehant, ex ijs ipsis quæ mox recensuimus cum delectu despicienda sunt medicamínum præsidia. Seligere quippe in eam curationem expedit ea, quæ neque manifestam calfaciendi neque refrigerandi obtinent potentiam, sed inter utrunque excessum calidi ac frigidi medium locum possidēt. Proinde horum etiam medicaminum, quorum usus in potionibus & emplastris cataplasmatisue summæ probatur, mentionem facere in præsens conuenit.

Potiones

Potiones, cataplasmata, & Embrochæ quæ malè temperato hepati subueniunt.

POtiones quæ Hepaticis dysenterijs ex calida intemperie natis competunt, hæ sunt: Citri succus mensura cyathi unius cum aqua mulsa, (quod μελίκρατον Græci adpellant) summa cum utilitate potui datur. Pari commoditate succus intybi, (quod holus serin Græcè nominant) simili modo porrigitur. Succus item endiuiæ syluestris. Vbi uerò iocinoris intemperies non fuerit supra modũ calida, succi præpositi cum uino tenui hauriendi sunt. Habent enim naturam & uim coacta dissipandi & obstructa expediendi. Quod si earum succi nequeat esse copia, aridæ & leuigatæ in potu oblatæ æquè succurrunt. Cæterùm multò commodius rediguntur in globulos.

Catapotia ad eandem affectionem.

ACcipiunt cicorij denarij pondo unius, intybi denariũm pondo trium, radicis aiugæ (quæ Græcis χαμαιπίτυς dicitur, hoc est si interpretêre humilis & coactæ ad terram breuitatis Picea,) denariũm pondo quattuor. Quæ singula contundito, & per cribrum trajicito, melleq; despumato adiecto, cõfingantur pilulæ. De quibus nucis Ponticæ, hoc est auelanæ quãtitatem tum calidæ aquæ tribus cyathis potui dato. Sed quos incendiosus uexat iocinoris feruor, ijs aqua rosacea, Græcè hydrorhosatũ uocatur, aut intybi succus cuiusq; mensura binorũ cyathorũ singulis diebus hauriẽda sunt. Prosunt etiã Embrochæ.

Adspergo ad calidam iocinoris intemperiem.

ADspergo autem (quam ἐμβροχὴν Græci nominãt) calidiori quã par sit iocinori ex oleo chamæmelino, & oleo nardino utilissimè inspergit. Quæ utiq; omnino ante cataplasma inspersa efficatiam acriorẽ exerit. Cataplasma igitur iure sequetur, cuius compositio talis est.

Cataplasma pro iocinore calido.

COnstat ex croci in uino Ascalonite subacti & contriti denariũ põdere quattuor, herbæ arnoglossi aridi & leuigati, & per secerniculum anguſti oris traiecti unciarum pondo duũm, farinæ lentis denariũm pondo quattuor. Vel farinæ hordeaceæ tantundem. Elixantur uerò hæc simul in hydrorhodino, hoc est aqua rosata iuxta carbones clementes ac molles. Atq; ita dein temperatũ, quum iocinori tum uentriculo cataplasmatis more superinducatur.

Antidotum Cyphi ad gelidum iecur.

CYphi conditura & antidotum frigidis huius exti in temperaturis præsentaneum præsidium. Habet croci denariũm pondo quattuor, cinnamomi tantundem, aspalathi, floriscq; odorati iunci (quam squinantum uulgò dicunt) unius cuiuscq; denariũm pondo triũm, myrrhæ denariũ pondo duũm uel ut alijs uidetur, bdellij denariũm pondo quattuor, calami odorati denariũm pondo duũm, casiæ denarij pondo unius, spicæ nardi tantundem, rhesinæ terebinthinæ denariũ pondo sedecim, uuæ passæ pinguis, suiscq; nucleis purgatæ unciarum

arum pondo duũ, mellis heminam unam, uini quantum satis est. Tum uuam passam exemptis nucleis & myrrham in uino, & rhesinam terebinthinam, cum melle subigito. Cætera deinde tusa cribrataq; his admisceto, & ita diligentissimè simul trita in uase picato, repositа, seruato. Optimum equidem hoc præsidiũ medendis iocinorosis ex frigida caussa dysinterijs in pluribus comperi. Quando quidem succos prauos deficcat, iecori robur indit, humores redundantes digerit, & cunctos ut summatim expediam quum uentris tum iocinoris, superfluas tabes, putridosq; humores emendat. Quoniã conflatum est, quod uides ex odoratis & aromatibus. Et uua passa ab acinis repurgata nutrit. Et habet peculiare quiddam in se quod iecoris est alimentum.

Aspergines & cataplasmata.

ἐμβροχαὶ. ἐμβρέγματα

Diximus alibi supra, nisi nobis opinio imponat ἐμβροχὰς esse & ἐμβρέγματα quæcunque humida & liquida fronti, temporibus, capiti, alijs ue corporis partibus ad fouendum, dissipandum, cõpescendum, & reprimendum inspergũtur. Nos adspergines non inepte, ut puto interpretamur. In ea hepatis affectione qua de hĩc agimus competunt, quæ oleo anethino, uel sampsuchino, hoc est ex maiorana, nauiter concinnant. Aspergines excipiant statim cataplasmata quæ ex ruta contusa, & nigella, (quod Græci μελάνθιον uocant) cymínoq;, & malo terræ procero (quæ eidem genti ἀρισολοχία μακρὰ uocatur) in hunc modum conficiunt. Redactis his in puluisculum elixentur in melle & exiguo uino quod à loco quo nascitur Arsinoëte, Arsitioúmue dicunt, & in oleo præterea Cyperino, hoc est quod ex iunco odorato anguloso fit. Cæterũ prius probè diuq; decoctũ fit admixtis speciebus caloríficis. Et inter coquendum oportet ad manũ uinum esse ne in pastillos coëat, postremò infundendum & admiscendum est oleum.

Imbecillitatis iecoris curatio.

NVnc tandem ad genus, hoc est iocinoris debilitatem, atque adeò eius curationem reuertor. Proinde quando hepar immodica imbecillitate oppressum succumbit, adplicandæ sunt principio adspergines ex absynthio, epithymo, & oleo suprapositо confectæ. Adhibendum itidem & cataplasma cui inserere oportet puluerem rosarum aridarum, & aloës loco palmulas, quos dactylos cognominant, adijcere, nec non & mala cotonea. Epithemata quoq; huic rei aptantur, quæ robur inducendi uim obtinent, cuius sortis est quod sequitur.

Epithema iecori pariter ac pectori uires reuocans & instaurans, & inflammationes maturans & discutiens.

Habet guttæ ammoniaci thymiamatis unciarũ pondo triũ, sertulæ Campanæ tãtundem, florũ labruscæ, succi absynthij, spicæ nardi, cassiæ, myrrhæ, croci, aloës, folij uniuscuiusq; unciæ pondo unius, mastiches, styracis, amomi cuiuslibet unciarũ pondo duũ, ceræ libras duas, olei Nardini quãtumad constituendum epithema satis est. Conferũt etiã in hoc factæ potiones.

Potio

Potio Tonotica, id est robur concilians.

Potionem quæ hepatis imbecillitati, cum obstructiõe (quam ἔμφραξιν Græci dicunt) coniunctus accommodatam, ex elixatione brassicæ cõficies, admixto rere Syriaco, (quod sumach quidam adpellare uidentur,) trito & in puluisculum redacto. Quam in hepatica debilitate potui dato, & deprehendes, ui debisq; efficatiam admiratione dignam.

De uentris fluxu & curatione Philemonis Caput XIX.

Alocinore ad uentrem ueniendum est, qui & ipse aliquot malis, & fluoribus maximè obnoxius est. Nonnunquam enim aluus liquida & in febribus & dum febres absunt sæpius quam consuetudine fertur, quod Græcis est χυματίζεσθαι. Cæterũ rheuma uentris, id curationi magis repugnat, quod in febribus infestat, & proinde cum accurata perpensione, & solerti cura præmeditatoq; adhibenda sunt medicamentorum præsidia. Intra enim morbi statim exordia, utiliter sanè effunduntur qui intus læsuri erant humores superflui, quibus se natura, quoniam aliter seruari non potest, exonerare molitur. Accidit uerò idem nonnunquã in summo morbi uigore. Interdum etiam in remissione, quam uulgò Declinationẽ adpellant. Et quandoq; profectò cum immodico fluxu & improuisa ac subita effusione, qui fluxus plerunque decretorius est, & prouali tudine. Quandoq; uerò pedetentim, sensimq; ingruit, & per dies aliquot multos demorari consueuit, & in ipsa remissione fermè consistit. Huiusmodi itaque existente occasione, aluus tantisper dum natura se collegat, & pristinam ualitudinem recuperet, contrahenda nõ est. Nam si quis ut Charybtim effugiat, aluum supprimere moliat, periculũ est ne in Scyllam, ut aiunt, incidat. Quoniam ingẽti cuipiam morbo fenestram, quod dicitur, apperiẽs, prægrandius malum concitabit. Vidi equidem sæpenumero inter exordia statim affectionis quibusdam alui impetum intra quartum aut quintum etiam diem, uel per se, ut paululũ astringentis cibi sumptione, prohibitam. Vnde ægrotãtes in summũ deuenêre periculum, adeò ut redderentur dementes phreneticiue, aut ueternosi, quos Græci adpellant λιθαργικοὺς, uel circa aures periculosi abscessus qui παρώτιδες uocantur, emergerent. Quo circa si principio sit aluus liquida & leuior etiam dum recens, ceu dixi, deiectio, noli protinus constringere, ne infestans materia in aliam partem delata, prædictas ægritudines inferat. Verùm ratione uictus uix tantillum contrahente paulatim usque ad summum uigorem, fluxu non suppresso frenum utcunque imponere, & temperare, ne immodicus fluxus (nam ut spacium ita & nimietas periculosa est) habitum corporis consumat, uires deijciat & febriculas aliósue morbos excitat, quin cõtraria animaduersione opus est, circa uentris impetum: nimius ne sit, an moderatus, aut cessetè nullus omnino. Si nimis sit, prohibere, si moderatus sinere. Si astricta sit aluus

aluus lubricam reddere, uel foris medicaminibus adplicatis, uel intus intra corpus sumptis oportet: Vel aliis præsidijs in hoc factis adesse ad iudicatorium usq; diem conuenit. Bileus nanq; humor tostus etiam atq; etiam mitigantibus cibarijs proliciendus est, atq; profligandus etiam ex corpore. Aceruato etenim in uentre bilioso humore, uel in ieiuno intestino (quod hira à quibusdam, hillaq; à Græcis uerò κίνσιφ adpellatur,) collecto & ita impacto ut exitum nō habeat, partes finitimæ malæ afficiuntur, stomachus subuertitur, caput per consensum obstructione opprimitur, uiscera inflammātur. Febres magis inconduntˉ, sitis acrior fit, & uniuersi semel corporis morbi irritantˉ, & maximè suscitantˉ.

Curatio fluoris bilioſi.

Huiusmodi affectioni circa febrim, lac caprillum seu bubulum tepidum ac recens mulctum potui datum pulchrè subuenit. Subuenit item ad ignē usque ad tertiæ partis consumptionem decoctum, iugi interim adhibita cum rudicula agitatione, & inde tepidè haustum. Illud uerò quod lac diacochleon adpellatˉ, comprimis aluí fluores potissimè bilioſis expedit: fit autem id cochleis (pro quibus nos litterales calculos quos Græci κάχληκας uocant, sumimus) ex igne candentibus lacti immissis. Prodest similiter quod candente ferro decoctum est. Sunt porrhò qui lacti ita præparato, decocto mel expumatum adijciunt, atq; ita potandum exhibent. Cæterùm inter coquendum id quod abscesserit, nempe spumam, penna, cochlearióue undique detrahendum est, & si quid in labijs aulæ feruet, spongia purgato, nam id sæpius reliquum lac corrumpit. Neque profectò, aluo fluenti, maximè si bilioſa fuerint excrementa, ullum inuenies aliud præsentius subsidiū. Cunctis itaque alijs anteferēdum. Verùm ijs quorum aluus identidem ἐνμαπτίζεσθαι, id est prauo & noxio humore tentari, consueuit ac purè exhibitum plus nocumenti quàm emolumenti attulerit. Lacti uerò quarta parte aquæ admiscenda est. Coquendum autem sensim, paulatimq; ut pars media absumatur, & altera pars concoquatur, atq; ita deniq; potui dandū. Hæc utiq; aluo bilioſa excremēta subinde egerenti eximiè prosunt.

Curatio fluoris aliorum humorum.

Cæteris aluí fluctionibus, quos Græci ἐνματισμοὺς uocant, ab exordio adspergines ex oleo, uinoq; succurrunt. Esto autem oleum ex oliuis acerbis nec dum matureſcentibus expressum, quod omphacinum adpellant, uel rosaceum. Bonitate uerò in hac re relíqua anteit & excellit Myrteum, tertia quartáue parte uini admixta. Vel bilioſis quoque deiectionibus. Obstruunt autem & constypant uehementius adspergines quæ ex oleo myrtino, in quo galla Asiana uel malicorium, (quod Græci σίδιον uocant. Est autem mali Punici cortex) uel radicis quinque foliˉ, & tenellæ Cupressi galbuli, quæ Græcis στρόφαιρα, id est pilulæ & coni dicuntur, decocta sunt. Lana quoque sicca partibus sub ventriculo impoſita, aluum exiccando sistit. Quin & oleum purum cymino trito adiecto, seu apij semine, seu utriſq; partibus æquis commixtis cum lana superinductum

Curatio noxij humoris fluxus intestinorum.

Nunc ad intestina ueniendum est, quæ dum frigido humoris mali fluxu tentantur, his medicaminum præsidijs curantur. Oportet autem ita habentes siue doloribus infestentur, siue doloris expertes sint fomentis haud quaquã negligenter fouere. Habent præterea maximã desiccandi uim crumenæ ex milio, & panico cõcinnatæ. Multò magis & admiraculum usq; auxilio sunt saculi exsale, modò quis singulos salis & hordei calfactos saculos singulatim admoueat. Quod si fluxus fuerit immodicus, marsupia exsale uentri imponantur, cæterum de hordeo coxendici adplicentur. Si contrà fluor sit exiguus, nõ frequens, conuerso ordine marsupium ex hordeo anterioribus particulis de sale posterioribus imponas. Nam & sedem quoq; ipsam huismodi bursis fouere expedit. Vel ex creta in area laris foc óue calfacta, ita ut super has locetur. Vel ex creta Cimolea calente & mero extincta. Vel area balneorum pari modo uino infuso, tenera sic lana sedem (quam Græci sphigereta uocant) affecti circundatam oblinito. Calor enim si inferatur, adiuuat. Spongia porrhò aqua calida imbuta & expressa superponatur, uapore nanq; suo ano fert suppetias. Quin & oleo lana imbuta & ei parti quæ sese identidem inquinat indita eximiè subuenit. Posteris diebus si intestina torquẽtur, uitiũ ex phlegmone tumoréue intestinorũ esse oportet. Qua propter facto ex farina tritici & seminis lini, uel milij, uel panici farina cataplasmate curatio molienda est. Reddetur autem id magis stypticum si uini aut aceti paululum cum melle admisceas, & inde post elixationem exiguum pollinis mannæ ue thuris, uel corticis malorum granatorũ, uel gallam denique inseras emplastro. Atqui si nullus intestina dolor excruciat, epithematis quæ astringendi ampliorem uim obtineãt, utendum est. Cuius notæ sunt, quæ ex palmulis constituuntur admixta acacia aut alumine aut cyrino hypocistidé ue, aut syluestris Punici flore (quod βαλάυστιον uocant) uel decoctum malicorium. Et cerota cum oleo myrteo prædictarũ aliquot speciebus adiectis nempe polline thuris & galla. Sunt porrhò nonnulli Medicæ artis non pœnitendi artifices qui emplastra quoque stiptica ad fluctionem alui contrahendam, concinnant. Primas uerò in ea re tenent †διὰ σιδίου, id est ex malicorijs, & διὰ οἰνάνθης, idex floribus labrusceæ. Est autem prioris confectio eiusmodi.

Epithema Διὰ σιδίου, id est ex cortibus mali Punici.

Habet gallarum, hypocistidis, aluminis rotundi, acaciæ rhou obsoniorum quo culinarij utuntur, malicorij aridi, seminis apij singulorum unciæ pondo unius, uisci quercini, guttæ ammoniacæ uniuscuiusq; denarium pondo quatuor, picis aridæ ceræ cuiuslibet denarium pondo sedecim, olei myrtini uel cucumerini, quod fit ex cucumere syluestri, singulorum pondo unciarum duarum. Gallam primo quidem & malicorium in uini tribus cyathis ad tertias usq; decoquito, atque ita tum contunde & adiectis reliquis speciebus cum eo uini decocto confunde. Gutta uerò ammoniaca cum aceto ad mellis usque concretionem

Q nem

nem siue spissitudinẽ leuigetur. Viſco autẽ cum aliquantulo olei ſubacto & emollito, picem quoq; & ceram eliquatam pariter cum alio oleo ínſuper fundito & cõterito. Compeſcit item alui torminoſas fluctiones id quod hĩc ſubijciam cataplaſma.

Cataplaſma ad rheumaticam dyſenteriam.

Accipe polentæ, hoc eſt farinæ ordeaceæ (Græci id uno uerbo dicunt ἄλφιτον) unciarũ pondo ſex, pollinis thuris denariũm pondo octo, cum aceti duplo, & defruti tertia parte, & redige in cataplaſma. Satius uerò fuerit ea oleo myrtíno ínquo rubi radices aut malicoriũ aut galla elíxa ſint excipere. Pari etiã modo conducit exulceratis intus inteſtinis alui fluxionibus (quas Græci ἀνοστηρίας uocant) illud cataplaſma.

Aliud cataplaſma.

Conficitur in hunc quoque uſum cataplaſma ex polenta hordeacea, aut haliceæ (ſic enim ἅλιξ reddimus) aut tritici farina dum elixantur cum melle & exiguo aceto, adiecta etiam redacta in pulucrem galla. Miſſis omnibus & tritis ínpila tantiſper dum coëant, utere. Expedit etiam quẽadmodum admonui Epithema διὰ οἰνάνθης, hoc eſt ex floribus labruſcæ confectum. Necuerò tefugiat idẽ ex cataplaſmatum numero & epithematũ emplaſtroruḿq; cenſeri. Habet autem eximiam, & miram in inteſtinorũ fluctionibus' ,medendis efficatiam. Optimè item facit ad ſtomachum, & cibariorum adpetitus auerſionẽ, & febrem ardentem quam καύσον dícunt, & alios denique angores. Cuius utique compoſitio talis eſt.

Diœnanthes, hoc eſt ex floribus labruſcæ confectio.

Florum labruſcæ, ſucci gallarum Aſiaticarum, acatiæ, roſarum aridarum, ſuci uuarum acerbarum & non dum matureſcentium, (quod ὁμφάκιον Græci uocant, Latini Agreſtam) uniuscuiusque denariũm pondo octo, aluminis rotundi, aloës cuiusque unciarum pondo duũm, olei myrtei, ceræ, picis ſiccæ, ſingulorum unciæ pondo unius, roris Syriaci cuiuslibet unciarum pondo quatuor, uini Phalerni uel Aminei quantum ad ea compræhendenda (prout uel epithema uel cataplaſma ſiue emplaſtrum contexere uoles) ſatis eſt. Cæterum arida in uino terantur, cætera pariter cum cæra ínfundantur & commiſceãtur, ítaque ſurpandum. Hæc igitur ſunt quum ſimplicia tum compoſita medicamentorum ſubſidia, quibus alui fluxionibus ſubueniendum eſt. Conſtat porrhò ad easdem extimarum partium & articulorum conſtrictionẽ pluſculum conferre. Verbi cauſſa manuũ ac pedum. Fit autem ligatio illa faſcijs nunc líneis, nunc pro re nata laneis. Prodeſt etiam algentes corporis extremas partis è rebus calídis ungento quopiam & oleo cucumerino calfacere aut oleo perantíquo, cui ſanè pyrrethrum, piperq; & nitrum cum baccis lauri indere expedit. Adhæc ceræ etiam eliquatæ parum ſedandi doloris gratia admiſcere conuenit. (Reddetur enim hoc modo ἔκτριμμα) poſtea illínito. Pari modo ualebit ſi id ex communi

oleo

oleo medicamentum confeceris. Summè insuper adhæc faciunt acopa quæ ex euphorbio & althea confiunt: calfaciendi enim uim habent, & dum articulis illiniuntur pulchrè mordicant. Facit ad rem quod subijcitur hîc cataplasma.

Cataplasma pro his qui torminibus excruciantur.

Aluminis unciarum pondo trium, acanthi Aegyptiacæ unciarũ pondo sex, acaciæ pondo unius, myrrhæ tantundem, malicoriorum unciarum pondo sex, atramenti sutorij quod χάλκανθον est, unciæ pondo quatuor, succi uuarũ nondum maturarum unciæ pondo unius, farinæ lenticulæ unciarum pondo sex. Confirmato ex his omnibus puluere, reponito, & ubi res ipsa poscet sumito huius puluerís libram unam, farinæ hordeaceæ sesquilibram & cum aceto sufficienti decoquito. Sunt & emplastra quæ meatus obtinent.

Nutrimenta qui affectionibus ex alui fluoribus competat.

Cibaria quæ influctionibus alui conferre poterunt, sunt quæ astringendo retinent, quæ corporibus spissitudinem conciliant, quæ impinguendi uim habent, quæ humores cogendi, quæ exiccandi & materiam denique consumendi uirtute prædita sunt. Cæterum nos uireis eorum aliquo cecerniculo optimè dirimemus.

Frumenta.

Ex omnibus frumentis oriza in astringendo principatum tenet, maximè cũ aqua (quæ per se tale quid obtinet) in qua palmulæ, quas dactylos uocant, elixæ sunt, sedita quidem ut in qua oriza decocta est ualidissimè exprimatur. Atqui his qui non febriunt cum uino diluto & austero præbenda est. In eundem quoque modum orizam dare licebit ex halica, in pultem simul redactam, decoctioni inserentes, adcui sani nonnulli uel gallarum, uel malicorij pulueres, decoctioni inserentes, admiscent. Nos uerò Rhum obsoniorum quod Gothi pro sale obsonijs inspergunt, elixatiõi huic libenter admiscemus. Vel mala cotonea decocta, & cũ pulte mollificamus. Conficitur porrhò pulticula simili huic astringendi facultate prædita ex pane Alexandrino friato, per incerniculum traiecto, & instar pultis concocto. Præterea ex milij farina ad focum diutilè elixata, factaq; inde polenta. Prodest itidem & lenticula bis decocta, prima abiecta aqua, & demum sale concocto. Præterea ex milij farina ad focum diutilè elixata, factaq; inde polenta. Prodest itidem & lenticula bis decocta, prima abiecta aqua, & demum sale & aceto & oleo condita & commesa. Longè uerò præstantior & iucundior efficitur si mala cotonea, siue orizam admisceas.

Holera.

Ex holeribus autem uti oportet intybo, plantaginéue aut beta nigra simul aut seorsum singulis decoctis. Hæc quippe per se & cum lente aut cum oriza decocta eximiè succurrunt, Brassica quoque duabus aquis decocta priore abiecta, & ultimæ decoctioni paululò aceti admixto in affectionibus cum fluxu summæ utilitatis exístit. Condituræ porrhò quæ Græci ἐμβάμματα Rhomani intinctus & liquamina (quorum usus pro irritamento gulæ est) nuncupant in ea constitutione commendantur, hunc in modum conficiuntur. Ac- ἐμβάμματα.

cipe cymini cum exigua quantitate salis, acetū item & olcum quantū satis esse uidebitur, fiat condimentū perliquidū quo obsonia & esculenta immergantur, nam id est, unde deriuatur uocabulum ἐμβάμμα, Græcis ἐμβάπτειν, quod sonat intingere, seu ut interpretati sumus immergere.

De Pisabus.

De usu piscium uix scio quid cōmemorem, quoniam plerique omnes uentrē lubricare ac soluere consueuerunt. Reperiuntur tamen nonnulli exiles astrictoria facultate præditi. Verbi caussa, Menæ, Streciæ, aruinæ, scauri, & crytrini, quos sanè supra prunas assare, non torrere flammis, expedit. Scorpio item piscis assatus atq; cum præfati cymini embamate præsenti utilitate exhiberi nonnunquam potest. Prosunt item ostrea pariter cum testis assata & manducata.

De Volucribus.

Ex auibus autem. maritimæ magis congruunt & magis syluestres ac soliuagæ. Exempli gratia, merulæ, turdi, perdices, palumbi, columbæ uel. Ex domesticis autem pulli assati, & prius elixi longè maiorem astringendi uim obtinent. Adhuc autem multò uehementius aluum cohibent, si puluis myrteus carni tostæ inspergatur. Vel sorba secta & insole siccata & in farinam demū redacta, atq; ita carnibus dictis (uel obsonijs etiā) pro sale inspersa. Eundem usum, carnes quoq; pomorum aut liquor pressus ex uuis acerbis & immaturis, quem agrestam nūcupant, simul decoctus, eximiè præstant. Adhæc comparatum quoque medicamentum est expomis, cui à Græcis ἀπὸ ὀπωρῶν id est ex pomis quæ quum autumno, tum æstate tota maturescunt, inditum nomen est, quod exhibitum summæ cohibendo fluxum utilitatis sit: ueluti de malis cotoneis, aut sorbis, uel piris immaturis, & de malis Punicis denique cōtexta medicamina. Vuæ item in ampullis expressæ, uel foliis suis suspēsæ, & fumigatæ, aluum fluidam cōpescunt. Huiusmodi igitur edulia in uentris fluxu comprimis expediunt.

Fructus.

Potiones quæ confirmant.

In istiusmodi alui fluxionibus has potiones propinare magnopere conuenit. Aqua cælestis probè decocta utiliter quidem exhibetur, sed non ante cibum, neq; prima aut secunda mensa, uerum, interposito aliquo temporis spacio, à cibo sumpto. Quæ dum exhibetur non ἄθρων, hoc est uniuersum raptim & quasi absque interspiratione potanda est, sed pedetentim paulatimq; & modicè haurienda est. Quod si pentaphylli herbæ radices pariter cum aqua cælesti coquātur præsentissimi reddetur adminiculi. Si rubi quoq; radices unà elixentur, multò amplior cohibendi uis indetur. Nec desunt qui triticū, semen arnoglossi, & uinaceorū nucleos aridos leuigatos, & per incerniculū traiectos potioni inserūt. Vel sorborū aridorum farinā itidem. Sunt præterea potus alij complures quibus fluxui uentris compescendo occurrit non tam simplices q̄ compositi, quos in

in præsentia prudens prætereo. Quoniam quæcunq; ad absolutam dysenterico rum curationem spectant, ea mox sequenti capite, quod ex professione de dysenteria agit, prolixius cuncta in medium promemus. Vinum porrhò suo tempore, nempe in mali remissione symptomatũ & inflammatione febris declinante meratius quidem sed austerum †Porentanũ, Albanum, Tygrinum, Marsicum, & ex Italicis Amineum, uel alia quæcunq; acerba & adstringentia, ubiubi locorum prouenientia, & experimento cognita sunt.

†Vel Pherentanum.

Balnea.

Balnea quæ in hac affectiõe constitutis expediunt, potissimè oleo carere debent, nitri uerò naturam imitari. Confert enim si quicquam aliud nitrum crematum & læuigatum corpori in balneo aspersum tantisper dum cutis φοινιχῶσ, hoc est Puniceo colore rubescat, & cruento cum rubore tantum ex erosione non exhulceretur, & ex alto incutis superficiem fluorem trahat. Deinde cutis aspredine, quam Græci λέπραν dicunt aut ψώραν, quæ scabiei genus sunt inducta cutem balneo perungito, meaculisq; laxatiõe immodica apertis transmutatim in aluum destillationem (Græci ῥευματισμὸν uocant) sanat.

De fluore Dysenterico & curatione eius Caput XX.

Proximus his torminosus fluxus esse consueuit, qui Græcè δυσεντερία Latinè tormina uocatur, quum uidelicet ex intestinis exhulceratis cruor manat. Vocamus autem ῥευματικὴν δυσεντερίαν (id est destillationem cruentam in aluum cum exhulceratione & phlegmone intestinorum) quòd ex eo intestino quod Græci μεσεντέριον, Latini Medium aut Medianum dicunt inter iecur ac uentrem medium positum habens, per uenas effunditur in intestinum.

Causæ fluoris Dysentrici.

Esculentorũ quippe succus quum Allocotica uirtute in sanguen alteratur, in intestina defluit, atque ita admixta bile excernitur, nequit enim propter bilis acrimoniam cõtineri cum cibo, sed ab intestinis eliminatur. Atq; hæc est torminum cum fluore aluí occasio, cuius mali huiusmodi habentur indicia.

Notæ fluoris torminosi.

Signa dysenteriæ sunt: Alui sedimina, quæ excernuntur, biliosa cruenta, acria, & uaria (propter multipharios humores) Sitis uis intolleranda, carnosa interdum descendunt, emaciatur corpus, obori tur cibi adpetitus auersio, torquentúrq; dolore stomachus intestina & aluus. Quod si longo tempore id malum inueterauerit in ueram δυσεντερίαν, hoc est tormina intestinorum transit.

Curatio rheumaticæ dysenteriæ.

Dysentericus itaq; alui & intestinorum fluor impositis super uentrem reprimentibus cataplasmatis curari egregiè potest. Summum ad hoc momentum afferet lac ad medietatis usque consumptionem decoctum loco ac

tempore exhibitum. Esto autem lactis non minus cotyla una. Sorbere, etiam oportet aquæ cælestis modicũ. Cui utiq; admiscẽdus est panis, quem maceratũ æger deuoret. Vel cum lacte Ceres infundatur, & pari modo comedatur. Tractu uerò temporis, nempe à tertio die quod διὰ τρίτου Græci uocant, uuas in fidelia uitreóue uaso repositas pani adijcere conuenit, uel pira uel mala cotonea elixa, uel sorba, uel mespilas. Cæterum inijciendi sunt & pastilli. Porrhò si lac bibere detrectent, aut nequeant, pulticulam ex oriza, uel auena, uel milij polenta uel de pane Alexandrino confectam in uicem eius administrato. Ad hæc ptisanæ uellentes uel oua in melicrato elixa sumãtur. Oũorum autem lutea super per prunas assata cum rore Syriaco, & aceto, magna cum utilitate offeruntur Quin & holera denuo elixa. Panem item bis coctum, & ex auibus quemadmodum supra compræhensum est sumi expedit. Multis præterea modis uinum stypticum huic rei aptum est. Quod si diuturnitate radices iam altius morbus egerit maleficus & rebellis est, & genuini spiritus defectionẽ æger patitur. Non erit tum alienum ualidioris nutrimenti rebus & robur in becillo corpori indere potentibus curationem moliri. Vtile autem fuerit hoc adhibere cataplasma.

Curatio mali muete: aũ.

Cataplasma.

Hordei combusti farinæ unciæ pondo sex, mannæ hoc est pollinis thuris denariũm pondo sedecim, dupla aceti mensura & tertia defruti parte excipito. Et si æger id non sentiat, nedum malum discrutiatur, malicorium adijcito, siue alumen tritum æquali pondere. Quod si ne tum quidem remittatur, grauiore existente mali causſa, admisce liquorem Cyrenaicũ rorem ue Syriacum & achantum Agyptiacum. Quibus pariter decoctis & in cataplasma redactis tribus diebus cum usus postulabit utere.

De dysenteria, id est intestinorum torminibus ex Philomeno, Caput XXI.

DYsenteria, hoc est, Tormina intestinorum cum inflammatione & exhulceratione intestinorum ingruit. De qua prisci philosophi uno ore omnes consentiunt, & pro diuersitate locorum (uarias enim intestinorum partes occupat) multipharijs & dissidentibus causſis nasci, cuius rei alui sedimina quæ excernuntur argumento sunt. Proinde si huius aut phlegmone intestina occupauerit, his facile notis deprehendi à solerti medico potest.

Signa dysenteriæ hulceroſæ & inflammatæ.

Si in intestinis exhulceratio, inflammatióue suborta sit, principio cruenta, mox sanioſa, ac uelut aquosi sanguinis humores quos ἰχῶρας Græci uocant, per aluum excernuntur. Per multis cum uellicatione & morsu oritur, & proinde pinguia deijciunt. Quod si affectio perdita fuerit & malicioſa ualde feci similia

&

& tetrum odorem spirantia eggerunt. Vbi uerò hulcera cancrosa demum facta fuerint, excrementa uaria, atra, carnosaq; (hoc est instar laminarũ putridarum carnium) descendunt. Comitantur item febres & bupina hoc est fitis non tolleranda, cibi adpetitus auersio, carnis liquefactio, & gracilentia, subuersio intestinorum στρόφοι ue cum murmuratione uentris quem Græci βορβορυγμὸν hoc est rugitum nũcupant, & ingens deniq; cruciatus cum uigilijs. Hactenus Philomenus.

De Dysenteria & curatione eius.

Tormina porrhò intestinorum δυσεντερία à Græcis (quemadmodum non semel admonui) adpellata morbis natura non acutis sed longis & diutinis annumeretur, Græci χρονικοὺς uocant, quæ frequentem desidendi cupiditatem, τενεσμὸν Græci nominant, magna ex parte sequuntur. Quod si id usu uenerit, semper grauior & acrior intestinorum exhulceratio à cessante tenesmo fieri adsolet. Et plerunque in aluo, quæ ab alijs longanon ab aliquibus rectum intestinũ dicit, uel in crassiore intestino quod κῶλον uocant, aut certè in grácilioribus intestinis cõsurgit. Orit uerò interdũ comitãte febre, interdũ sine febre: nunc cũ dolore, nunc doloris exors. Quod si febris comitet, difficilioris curæ fit, & hulcera intestinorũ putrescent, sordibus obducuntur, fiuntq; inflammationes & cancri In febribus enim peculiaris debet fieri curatio. Quin nec communis est utriusq; uictus ratio, uerum qualitate & quantitate offerentium composita, potissimè loco ac tempore pro febrium molestia. Deinde quum remisit neque arida admodum udifica nimium cibaria offerenda sunt. Febris quippe aridis intenditur, fluxus humectantibus prouocatur, inter utrũque itaque excessum medio tuti simus ibis. Proinde acuratè animaduertendum est, quantum pro uiribus cuius que laborantis exhibere cõueniat. Quoniam multa conficiendi potestas dysenterícis ob intestinorum, uentrisq; imbecillitatem, potissimè dum febre infestantur non est. Porrhò haud incommodum fuerit uel in phlegmone maximis cum doloribus tentante, calida cataplasmata toti uentri imponere: inflammationẽ etenim quandoq; extinguunt & fluctionem compescũt, ueluti usu plerunq; uenit in his quos mediocris uexat exhulceratio. Quo circa commodissimũ est interinitia medico ad laborãtem accersito, præsertim si febricitet istiusmodi statim curationem aggredi. Primis duobus quidem diebus circuncidenda est nutritio, & præscribenda abstinentia est. Ad hæc si per ætatem, tempus ac uires licebit ad sanguinis missionem, incisa uena brachij, cõfugiendum est, neq; minus duabus heminis detrahẽdum. Adhibitis dapibus moderatis. Lapsis uerò tribus dieculis lac propinari debet. Certè si uena pertundatur & nihil sanguinis extrahatur post duorum dierum abstinentiam lac omnino hauriendum est, id quod tum maximè fieri cõuenit, dum ab exiguo affectu morbus sumpserit exordiũ.

Aluus.

Sanguinis missio in dysenteria.

De modo lactis præbendi.

Principio igitur lactis decocti trium cyathorum mẽsuram potui dato. Lac autem inter coquendum subinde rudicula agitari oportet. Et â hausto, interposito duarum horarum temporis spacio, denuo tantum lactis ingurgitet. Nonnulli uerò tertio lactis potu proluuntur quo integra compleatur cotyla. Quod si eo die satiati cibo uidebuntur, indicenda est abstinentia. Nam ad hũc modũ bilis extrahitur, & humores corrupti mediocriter expurgantur & placantur. Procedente tempore dimidiatam cotylam in geminas parteis dirimimus, atque perinde atque supra cõpræhensum est binis horis intercalatis potu reficimus. Post hæc tertio loco duæ partes heminæ siue tres uno hausto sumẽdæ sunt. Trium deinde horarum spacio post lactis haustum, pulticulam ita affectis dabimus aut panem aridum, aut palmulas Thebaicas, uel micas panis cum lacte. Cæterùm in quouis ægritudinis momento semper lac caprillum ceu multò præstantius præferendum est. Verùm si illud ad manum non sit, bubulo contentos esse oportet. Post enim caprillum, bubulum primum bonitatis locũ obtinet. Asininũ uerò & equinũ infimũ, q; ampliore aridítate cæteris prædita sunt. Nos ubi in matutino laboranti tres lactis cyathos porreximus, mox cibi loco recentem caseum hunc in modũ concinnatũ sumi præcipimus.

Confectura casei uentrem constringentis.

Concinnando caseum ualidissima manuũ subactione condepsere & exprimere indicimus & aquam insuper feruentẽ superfundere, & id sanè terq; quater ue, adiecto melle potissimũ despumato. Quem idem coactũ & incrassatum, elitandum porrigimus. potenter etenim aluum nõ compescit & astringit solum', sed & hulcera in intestinis contracta emundat & sanitati restituit. His uerò offerẽdus est maximè caseus ille, qui non febriunt. Nec te fugiat inde præsentaneum ac summũ expectari præsidium. Febre etenim oppressis haud ita facile lac, aut ex eo contextum quidpiam exhibẽdum est, quoniã in eorum stomacho cytius acescit, & corrumpitur aut crudescit, uel condensatur, uel ex caldore in caseum coit, quàm concoquatur. Atque ita tantum abest ut uel tantillum succurrat, ut etiam dolores concitet, & augeat, distensiones uiscerum inducat, & capitis dolorem inferat, ciborum inappetitionem conciliet. Quocirca ut his qui febre correpti sunt citra noxam exhiberi commodè queat, acuratius fuerit præparandum, cæterùm pueris semper ac iuuenibus longè commodius, cũ; grandioribus natu & decrepitis senibus, administrat. Proinde ut minus reddat noxiũ, lacti aquæ cælestis, fontisue iculpati aclympidissimi quartãpartem cõfundemus. Et ita clemẽti, lentoq; cinere, uel eiusdẽ modestiæ Vulcano assidua cum rudicula agitatione decoquimus usq; ad consumptionem mediæ partis. Dentur potui cyathi terni siue quaterni. Demonstratum itaq; iam est, quo nam pacto lac torminosis non febricitantibus sine caseo exhiberi conueniat. Caseus enim uero in febrili affectione constitutis non modò inutilis, sed & iam noxius ac pestilens est. Cæterùm his qui absque febre torminibus uexantur, lac ipsum citra omnem admixtionem aquæ dari alie-

Caseus febrientibus pernitiosus.

num

num non ſit. Coquendum uerò illud eſt tantiſper dum quicquid ineſt ſeri coctura euaneſcat. Sunt qui lac ad tertias uſque decoquendum cenſeant. Nos uerò uſque dum ter quaterue inferbuerit. Deinde tollitur ab igne præcipimus, & litto ralem calculos (quos Græci κάχλικας uocant,) maximè ex ripa torrentis rotundos ac ſolidos tres, igne ex lignis aridis ac roboreis candãtes ſingillatim, ita ut uno extracto alter immittatur in uaſum lactis, mittimus. quod hoc modo probè decoctũ à Græcis γάλακτοκισον hoc eſt lac ſciſſile ſiue fiſſum cognominatur. Quod ſanè dyſenteriæ & alui profluuio, cœliacisq; haud mediocre præſidiũ eſt. Præſertim ſi calculorũ iſtiuſmodi incendioſorum, ut dixi, quater aut quinquies demiſſio. Et ubi deferbuerit, non ſolum torminoſis in nulla febræ conſtitutis, ſed & febre haud leuiter tentatis confidenter potui dato. Pari quoque modo conficitur demiſſione ferri ex igne candentis in lac. Quod haud aliter atque ſuperius potandum eſt. Hactenus de obſeruatione & adminiſtratione lactis in torminibus hoc eſt δυσεντερίας.

De Dyſenteria iecoraria.

Inter inteſtinorum mala aluique fluctiones numeratur etiam haud iniuria puto δυσεντερία ἡπατικὴ, hoc eſt, ex praua intemperie iocinoris proueniente, uentris non ſine torminibus fluor. Cuius in præſentia, & ſi locus efflagitare uideatur, mentionem, non dico facere, ſed repetere ſuperuacuum arbitror, ſiquidem iam pridem in cenſu nempe affectuum iocinoris tempeſtiuè nimirum, de hoc ſatis eſt ſupérque, mea quidem ſententia preſsè ac fusè etiam tractatũ proinde ſi quid hic loci ſuper eadem reſcire laboras, eò te conferas & plenius omnia hauries. Nunc quæ uictus ratio in dyſenteria obſeruanda ſit docebimus.

De Nutricatu dyſentericorum.

Torminoſis pulmentaria ex fumento confecta offerre expedit. Cæterùm halica cæteris frumentorum facile omnium ualentioris alimenti eſt, & minus reliquis concoctioni reſiſtit. Oriza uerò minoris quidem numenti, quã halica exiſtit, ſed ampliorem in aſtringẽdo uirtutem poſſidet. Deq; utrisq; pulticulæ maioris aſtrictoriæ facultatis quàm ex farre concinnantur. Pulmentum porrhò ex milio & panico reliquis adhuc multò ualentioris nutrimenti eſt & incraſſat, ſtercusq; aridius facit, & quaſi in nucleos diuiſum cogit quod Græci σκύβαλα nuncupant. Ex pane inſuper Alexandrino in farinam contrito & per incerniculum traiecto pultem in hunc uſum conficiunt. Compari etiam modo ex tritis ſeu libis aſſatæ. Atq; geminæ hæ ſpecies cum melicrato poſcãue & ſale pauco cõpoſitæ condimẽti loco exhibeantur. Congruit & puls ex auena cõcinnata. Cæterũ in omnes huiuſmodi pulticulas in olei uicem adipes auferinas ſiue pullinas ſiue caprillas infere. Quod ſi in dyſenteria uellicatiões quoq; ac morſus uentrẽ infeſtãt, & deiectiões bilioſæ excernant pultes ex lacte cõſtituere cõuenit. Atq; ante oĩa halicã, uel orizã, uel far deniq; in aqua elixata oportet

oportet, postea colare & exprimere etiã decoctum, admixtoq; lactis exiguo, ad prunas lenes decoquito, & ubi aruerint, lac sensim ipsum admisce, idq; ter si ue quater, usque dum decoquantur, additoq; salis aliquantulo absque oleo esitandum ministra. Porrhò si uidebitur edesmatis, hoc est pulticulis rorem marinum, & grana acidi mali Punici trita, & mali cotonei quadras mundatas, & sorba arida quassata liquorem uuarum acerbarum & nondum maturescentiũ quod Græci ὀμφάκιον nostri agrestam uocant, siccatum & contritum. Vinaceorum nucleos compari modo leuigatos. Sunt uerò nonnulli qui gallam Asianã leuigatam subinde ad adstringendum inspergunt, cæterum inutilis est & noxia uentriculo. Neque desunt qui hanc aquæ ubi pulticulæ coquendæ sunt, indunt. Præstat uerò ei sorba seu pira quum cruda tum matura, seu mala cotonea, aut mespilas, aut siliquas, aut palmulas Thebaicas contusas, ut simul decoquantur adijcere. Oportet uerò commi Arabicum pariter & Amylum, hoc est sine mola factum & ceram recentem donec mellis induat cõsistentiam addere. Ad eundem modum caseum quoque nouellum colato per incerniculum ualidè trajecto, concinnataq; inde pulmentaria manducandum præbeto.

De appetitus à cibarijs euersione.

Porrhò si quis æger cibum horreat ac fastidiat, atque obid pulticula frui nõ possit, halicam ei siue orizam in elixatione dactylorum, aut prunorũ Damascenorum sorborúmue aut mespilarum porrigito. Vel in iure in quo mala cotonea decoxeris, aut pira nondum matura pulmenti loco exhibeto.

De Legumentis.

Omnium leguminum lentes stypticitatis plus cõtinent, cæterum detrahendus est cortex, quoniã & cruditatẽ & fluxionẽ concitat. Sunt uerò qui lenticulam obiter macerantes fricant, deinde in mortario contundentes angustiore incerniculo cribrant. Nec desunt qui aqua calida superfusa aliquantisper differunt, & manibus tantisper subigũt cũ omnis exuatur cortex. Innocẽtior aũt redditur, si quũ ea bis aut ter ferbuerit, missaq; in pilam ubi inalguerit manibus teratur, nã eo modo pulchrè expurgat. Atq; ubi iam sordibus omnibus exuta fuerit, olei loco butyríq; rore marino supráue cõprehensis adipibus cõdito, & paulum aceti adijcito. Vel mali Punici grana trita cũ salis paucitate. Porrhò lente cõdita more sorbitionis, plantago aut beta nigra, uel intybũ, cõmixta & exhibita remedio sunt. Est quando modo pultis cum oriza & farre cõpositè incrassat. Vel cũ malis coroneis elixis & leuigatis probeq; cõmixtis lenticula, esui datur. Sunt qui cortice nõ exuto, lenticulam decoctã ualida manu condepsere cõsueuerint, adeò ut liquor inde manat, quẽ per linteũ purum mappulámue mũdam curiosè colant, colatũq; succũ cum pane Alexandrino in pila, uel cũ itrijs libisuè scitè decoctis subigunt. Ex his pulticulas conficiũt, quas admixtione aceti cõdiunt.

De

De Ptisana.

Cæterum ptisana per se nullam habet adstringendi, obturandiq; facultatem, sed expediendi potius & laxandi & acescit promptissimè. Ea cum melle cõdita frequentius laxat & acrius deducit. Conficienda uerò est hoc modo: Ptisanam bene concoctam in fideliam nouam cum aqua cælesti in uesperti*no* dimitte & operculatam undique aulam circumlinito, fornaciq; candenti- *Ptisanæ confectio.*
bus prunis instructo, impone, quæ inibi inuoluta in proximũ usque diem persistat. Hoc etenim pacto uapores soluũtur, & crassior & glutinosior efficitur. In matutino autem mel sigillatim admisceto. Detur inter decoquendum opera ue nullum nidorẽ contrahat. Cui adijcias itrias & denuo cum ptisana decoques duabus horis aut tribus Hoc modo edendum præparatam dato. Quoniam non tam nutrimentum quàm præsentaneum etiam remedium est.

De Holeribus.

Inter holera autem maiorem adstringendi, arefaciendiq; uim habent, Intybum non tam satiuum quàm erraticum, arnoglosson quæ plantago est, beta nigra elixa, fortiter expressa, & contrita, & cum aceto condita. Hæc aluum efficacissimè compescit. Facit eadem cum lente decocta. Cæterùm quæ cruda quoque edendo, adiecto pane sumantur, Brassica satiua uel quæ in montibus prouenit bis cocta alui sedimina incrassat & sistit. Sub cruda uerò εὐκοίλιος, id est bonum aluum facit. Estur autem compescendi, de quo hic agitur, gratia, cum aceto, & sale, oleoq; condita. Sunt qui alteram decoctionem in oxycrato id est posca faciendam autument.

De Piscibus.

Ex marítimorum genera piscium uix pauci comperiuntur qui torminosis cõducere, aluũq; eorum compescere ualeant, cæterũ nullo morbo obnoxijs hominibus pisces nõnulli constypationẽ conciliant, qui tamen uentrem fluctione obrutum mini mè fistunt, imò ne expediunt quidem. †Scardua estur co- *†aliàs scarpetica*
cta & cum aceto, cyminoq; condita. Murex uerò mugilis ue, & Erythinus salita & cum aceto, cyminoq; condita. Murex uerò mugilis ue, & Erythinus salicta

exenterare eas myrthis, uel sorbis aridis, ac tritis, uel minutatim incisis, uel mespile, uel piris uiridibus infarcire. Neque alienum fuerit ex malis cotoneis contexta fartura euisceratos alites implere, atq; ita decocta post hæc assata. Et condonandum est aliquid consuetudine.

De carnibus quadrupedum.

Iumentorum & omnium quadrupedum carnes interdicere quidem oportet. Sed interdum propter libidinem illis uescendi, porcorum lumbi macerati, hædiniue admittendi sunt.

De ouis & alijs quibusdam.

Oua gallinarum oxycrato elixa, & tantisper dum indurescunt frixa & exhibita uentris profluuium torminosum egregiè compescunt. Lutea uerò ouorum exempta sine additamento assata, & cum aceto leuigata, cumq; rore marino mandendum oblata ampliorem constringendi facultatem obtinēt.

Præterea si rosmarinus, uel malicorium exigua quātitate, galläue aut agresta pultibus admisceatur efficacissimam alui compescendi potentiā habebūt.

Aliqui uerò ungulas uitulinas in hoc ptisana totius noctis spacio dum eliquentur ungulæ decoquunt, unde succus ptisanæ crassior, ac densior, magisq; uiscidus ac glutinosus redditur. Hunc alui compescendi gratia cum pauco aceto conditum esitandum dysentericis offerunt. Efficacissimè enim alui profluuium sistit. Verùm non est præbendum nisi his qui ualida concoquendi potestate sunt prædita. Quorum nanq; uentriculus imbecillus est, hos perturbat uehementius, & fluxum maiorem concitat. Hactenus de his quæ ab animalibus sumuntur, satis sit.

De fructibus.

Fructus dulces inflationem pariunt, & promptè acescunt, atquè ob id quidem interdicendi sunt. Offerendi autem sunt acerbi & astringentes. E quorum contubernio sunt sorba uetusta, lapidosa corna, pira uiridia, mespila, mala cotonea, uuæ in aula, uel cum foliis infumo suspensæ, dentibus tantisper terendæ sunt dum nuclei ipsarum comminuantur. Oportet autem fructus pariter omnes nō sine admixto pane comedere. Quoniam perse promptissimæ corruptionis sunt. Nuclei porrhò mali Punici sanorum uentrem astringere, ægrorum uerò minimè, sed dulciora potius in stomacho effici & corrumpi solent. Palmulæ Thebaicæ, uel ut alijs placet frixæ, masticatæ cum pane efficacissimè uentrem cōpescunt. Hæc de dysentericorū cibarijs sufficiant.

Potiones simplices alui fluorem compescentes.

Dysentericis hæ potiones conueniunt. Nardus Indicus potu sumptus alui profluuium sistit. Myrrhæ item electæ fabuli quātitas redacta in globulos & deuorata uentrē compescit. Idem facit rumicis syluestris semen, cum aqua leuigatum, hausumq;. Ventris dysenterium fluxum coaguli leporis de-

naiju

narij pondo unius potatum astringit. In eundem quoq; usum cornu ceruì ni cremati & eloti mystra duo cũ tragacantha potui dantur. Galla quoq; Asiana & malicorium, bursaq; pastoris quod Græci πολυγόνιον dicunt in potu data constringũt cocta usq; ad tertias. Ladanũ adhæc cum uino austero potui datũ Acatia item rubea & hypocistis & lyciũ Indicũ, & terra Samia, & terra Asteris terra Lemnia quã eius insulæ indigenæ σφραγίδα αἰγός, id est capræ sigillum à figura (conformãt enim pastillos instar capræ) adpellant, trita. Obest autem eorum decoctum stomacho. Quo circa ratione perpensa, robusto præbẽda sunt uentriculo. Neq; unquã febre oppresso, neq; dolenti, neq; imbecillis stomacho constringendi gratia exhibenda arbitror.

De imperitorum medicorum præposttero iudicio.

Sunt artis imperiti qui sibi uendicant nomen Medici, qui in dysenteria mox à principio pastillos, & antidota summis laudibus efferunt & commendant Vel, quod magis miror, ex papaueris lachryma, quod ὄπιον Græci & μηκώνιον uocant, uel ex Altercо quod eadem gens ὑοσκύαμον adpellat, confectiones, uel ex papauere nigro, uel mandragora exhibere non uerentur, quod, ut anodyna dolorem sedare, & somnum accersere consueuerunt. Fallunt certè seipsos, & tota ut dicitur uia, errant, qui salutare putant esse si ægrotus huiuscemodi potu sumpto omnem noctẽ dormiat, & uentris profluuium narcoticorum (hoc est stupefacientium) remediorum uirtute compescatur. Postero nanq; die res ipsa docet hoc opus, hoc studium plus noxæ quàm fructus adferre. Aceruatis etenim iam in unũ humoribus, cõtinuo & sine interuallo semel deijciuntur, capiteq; grauato, uiribusq; corporis deiectis deterius uẽtris malũ ingruit, & grãdiore fastidio tentantur. Proinde rarenter hisce utendum est, imò nunq; nisi dira aliqua necessitas cogat, Quando uidelicet noxa, morti præseruanda est. Post simplicium porrhò medicamentorum usum, statim est ad sequentia auxilia composita confugiendum. Quorum compositiões uel eo nomine libentius subijciã, quod à me sæpe sæpius experimento cognitæ sunt, & quod operæprecium me facturum non dubitem.

De Pastillis dysentericis conduãbilibus.

Pastillus dia Balaustion, hoc est ex floribus syluestris Punicæ confectus.

Accipe acatiæ, hypocistidis, lycij, balaustiorum, terræ Samiæ, terræ Asteris, lachrymæ papaueris (quod nunc opium nunc meconiũ uocant) singularũ, pondus æquale. Conforma pastillos cũ succo plantaginis, singulos semidenarij pondere, quorum unum in matutino duabus horis ante cibum, quandoq; etiam daturo iam membra grabato, cum aquæ cyathis tribus, offer. Præsentissimæ item utilitatis existunt Rotulæ, quos τροχίσκους Græci adpellant, διὰ κοραλίων, id est ex corallis, διὰ ἐλεκτρου, hoc est ex succino, διὰ τιτυᾶς, id est coagulo nempe λαγωοῦ hoc est leporis concinnatæ. Quoniam fluxum eximiè mitificeq; compescunt, & reprimunt, aluum sistunt, & sanguinis excretionibus pectoris,

quod malum Græci μηδίαν nuncupánt: ualde utiles sunt

Pastillus Diá corallion.

Habet pastíllus διὰ κοραλλίου acaciæ rufæ denariûm pondo triũ, hypocistídis denariûm pondo quattuor, seminis plantaginis denariûm pondo trium, balaustij denariûm pondo quattuor, commeos, thuris, amyli uniuscuiusq; denariûm pondo duûm, seminis rosarum denariûm põdo unius, papaueris lachrymæ seu opij denariûm pondo duûm, corallorum tantundem, herbæ pulicaris (quod φύλλιον Græci dicunt,) in apozemate quemadmodum nõ semel admonuimus cocti cyathum unũ. Omnibus simul contritis, redige in pastillos denariûm æquantes pondere. Qui dandi sunt in decocto quinque folij.

Pastillus Diá electru.

Διὰ ἠλέκτρου, habet electri, iridis Illiricæ, croci, mastiches unciarum pondo decem cum denarijs quinque, lachrymæ papaueris, herbæ pulicaris congelatæ unciarum pondo quincũcem, cum denarijs quinq;. Compingas autem hoc modo: Mittito seminis herbæ pulicaris cyathos tres, in aquæ mundæ xestas Italicas quinque & coquito ad tertias, deinde tollito abigne, & ubi refrigerata fuerit decoctio, in eius mẽsura xestæ unius speciem dictas triduum macerato, & in pastíllos denarij pondere conformato. Quorum unum in aquæ cyathis tribus potui dato.

Pastillus diá Pityas.

Διὰ πιτυᾶς accipit Gallæ Asianæ, hypocistídis, acaciæ ruffæ, papaueris lachrymæ cuiuslibet denariûm pondo duûm, coaguli leporini, uel cymini, terræ Samiæ cuiusque unciarum pondo duûm, aquæ cælestis quantum ad ea comprehendenda satis est. Redige in pastillos. De quibus unciam unam cum aquæ cyathis tribus propinato.

Pastillus Diá Spermaton, hoc est ex seminibus confectus.

Pastillus διὰ σπερμάτων quoque intestinorum torminibus utilis est, cuius hæc est descriptio: Anisi, seminis fœniculi, ammeos, seminis papaueris candidi, opij Thebaici, malicorij singulorum denarij pondo unius, seminis altercij, quod νόσκυαμος Græcè dicitur denariûm pondo duûm, seminis apij denarium pondo trium, croci florum rosarum, gallæ Asianæ denarium pondo quatuor. Arida redigito in farinam, opium autem aqua infundes, & conforma pastillos dimidiati denarij pondo. Atque ita contra tussim in mulsa, contra uerò copiosos alui fine inflammatione & exhulceratione fluores, quam διάῤῥοιαν uocant, in succo orizæ. His autem qui tussiendo eijciunt, cum oxycrato, ad sanguinis profluium in elixatione lentisci. Curandæ portho Nauseæ, in aqua absynthij, mendis intestinorum doloribus, & inflammationibus stomachi cum Melicrato. Succurrendum intestinorum torminibus & cœliacis in apozemate rosarũ. In matino dabis pastillum unum, uespere totidem.

Pastillus

Pastillus Krocodes poly. brestos, hoc est multiplicis usus.

Dauci Cretici denariorum pondo quatuor, testium fibri, (quod Castoreum dicunt) myrrhæ cuiusque denariorum pondo duûm, croci denariorum pondo trium aut quatuor, lachrymæ papaueris denariorũ pondo trium, seminis herbæ Apollinaris quod ὑοσκύαμος est, unciæ pondo unius, anisi, seminis opij, cuiuslibet denariorum pondo octo siue sex, styracis denariûm pondo quatuor. Cæterum lachrymam papaueris & myrrham in aqua eliquato, uel ut uulgo dicunt infundito, cætera in farinam tundito. Styracem uerò cum aqua infusionis opij & myrrhæ eliquato resoluitôque. Styracem denique cum his quæ infusa sunt contere, & dicta postremo farina indita pastillos compinge, duûm, triúmue scrupulorum pondere. Hos potui quum ante cibum ieiunis, tum in mensa, tum à mensa, propinato. Sæpenumero etenim non tam ante cæteros cibos, quàm in ipsis dapibus & post edulia sumpta, quum in prohœmio, tum in fine mensæ admiranda quædam designant eiuscemodi pastilli, stomachi dolorẽ demulcendo, acidos ructus compescendo, cruditati opitulando, aluúmque constringendo. Quin & cœliacis, uentrisque torminibus, strophisque dolores placando accommadati sunt. Sunt etenim indolorij, uel ut Græci dicunt ἀνώδυνοι. Quo nomine fronti cum oleo rosaceo & aceto illiti, ei capitis malo quod Græci κεφαλαλγίαν, nostræ ætatis medici una tantum mutata litera Cephalargiam nominant, eximiè subuenit. Aurium insuper affectiones & dentium cruciatus, quam ὀδοντάλγιαν Græci uocant, canis dentibus cum succo per diciadis inditi medentur Chalbane admixta. Tetrapharmaco autem adiecto ophthalmias discutit. Plurimum sanè utilitatis conferunt in lecti ingressu sumpti, quoniam iucundum ac suauem somnum conciliant, fluxusq; reprimunt, & articulorum denique doloribus (quod graue malum ἀρθρίτιν Græcorum Medici nuncupant remedio sunt. Compescunt præterea menstruas mulierum purgationes plus iustò fluentes. Vnus ex his trochiscus trium denariorum pondo cum myrti decocto haustus, narium fluxui, & hæmorrhoidibus & cunctis breuiter fluoribus auxiliantur. Summè facit ad destillationes ex capite in subiectas partes quas Græci καταῤῥόους nominãt, & ad suffocationem uuluæ & ad affectiones cholericas cum elixatione rubi, uel cum uino astringente in quo maduerit anisum, aut myrrha, sorbáue. Vtilis etiam est in circularibus periodicisue affectibus cunctis quidem, sed potissimum qui cum rhigore & cum algore tremoribus accidunt. Tempus autem exhibendi est in his una hora ante paroxysmum cum aquæ tribus cyathis. Conducunt præterea his qui cibum uomitu eiiciunt. Opem præter hæc confert tussientibus in defruto, aut melle despumato exhibitus. Iuuat & Phreneticos per morbi exordia sumptus. Tritus cum cratæogono & sumptus cum elixatione rosarum, uel cum uino myrti baccis expresso, uel tribus denarijs succi mentæ cibum continere non potentibus quos Græci στομαχικοὺς nuncupant, haud mediocre præsidium est.

Cæterum torminibus intestinorum oppressis ammixtione decoctionis sorborum, aut malorum cotoneorum aut rubi denique potandus est. Vtilis porrhò & accommodatus est puluis eius cum ouo læuigatus non cœliacis modò, sed uniuersis, ut semel dicam quum uentris, tum cæterarum corporis partium fluctionibus. Facto item inde admixta aqua gargarismate columellæ uuæq; adfectionibus auxilium suppeditat. Fert opem adhæc non minorem doloribus ueficæ cum aquæ calidæ ternis cyathis epotus. Atque cum uno aceti cyatho & gelidæ aquæ duobus, si bibatur sanguinem eructantibus, quos Græci αἱματοῤῥοικοὺς uocant, manus auxiliares satis præsentes sufficit. Hãc postremo rotulam uidimus oportunis admodum suis præsidijs exhulceratam uesicã pristinæ sanitati restituere.

Pastillus Dia Opiu.

Nardi Indici, croci uniuscuiusq; denariũ pondo octo, aloës, thuris, anisi rosarum aridarum, iridis cuiuslibet denariũm pondo quatuor, acaciæ, myrrhæ, hypocistidis, Lycij Indi, tragacanthæ, lachrymæ papaueris, piperis singulorum pondo denariorum quatuor. Sunt uerò qui opij hoc est lachrymæ papaueris † unciam unam, inserunt, aquæ uerò quantum ad ea comprehendenda satis est. Redige in pastillos dioboli pondo unius, uel grãmatis pondo unius, quorum unum cum uino myrteo mixtum potui dato.

† Al. denarium unam.

Alius Pastillus.

Hypocistidis, succi herbæ pulicularis, terræ Samiæ, gallarum Asianarũ, acaciæ rubeæ uniuscuiusque unciæ pondo unius. Compingantur pastilli cum aqua cælesti & utere. In torminibus quidem intestinorum, porrige denariũm pondo duorum, admixto succo orizæ siue lentis, uel idgenus alijs. Sanguinem uerò sputo eijectantibus cum aquæ hemina una, denariũm unum.

Adrubenteis uerò ac sanguinolentas fœminarum fluctiones cum halicæ succo iniicito. Vel pastillo cum succo solani, quem στρύχνον Græci uocant, uel alterius huius generis herbæ diluto, floccóque lanæ in eodem imbuto, naturalibus mulieris curiosè indito.

Catapotia ad intestinorum tormina.

Succurritur prætereà intestinorum torminibus quandoque etiam pilulis, quas Græci καταπότια uocant, ad hoc comparatis, è quorum albo quæ subijciuntur illico existunt. Quorum priores non tam dysenteriæ quàm unicuique uentris solutioni expediunt Harum compositio est huiusmodi. Accipe gallarum Asianarum teredines exortium, siue ut uulgo dicunt non perforatarum lachrymæ papaueris, quod iam sæpius ὄπιον esse diximus, uniuscuiusque denariorum pondo quatuor. Pange catapotia quæ singula erui magnitudinem impleant. Quæ noctu cum luteo ouorũ bina, ternáue deglutiendum præbeto. Quidam duplam gallarum partem indere consueuerunt.

Catapotia

Catapotia alia pro dysentericis.

Myrrhæ, papaueris lachrymæ cuiuslibet denariûm pondo duûm, gallarũ Asianarum denariûm pondo quatuor, uel ut alijs uidetur denariũ pondo duûm. Redige in pilulas, et dato noctu pariter & in matutino treis.

Potio ad dysentericos.

Potionibus quoque suppetias torminosis ferre licet. Nempe ea quæ accipit corticis quercus nouellæ denariûm pondo sex. Qui mittũtur in aululam nouam, adiectis uini austeri xestis duabus. Coquito tantisper dum restet non ni si cotyla una, proiectoq; cum cortice, ieiuno potui dato cyathos duos.

Glandes, Collyriáue quæ uulgo Suppositoria nuncupant, ad Torminosos.

Balani quoque, sic enim Græcè glandes dicunt, in dysenteria & iugi egerendi cupiditate quã τενεσμον Græci indigitant, ualde accommodati & utiles sunt. Verbi causſa qui constant ex myrrhæ, thuris, lachrymæ papaueris, croci æquali pondere: cum aqua conterito & in collyria conformato, quæ amplitudinem æquent nuclei pinei, uel modicè grandiora existant.

Alij Glandes, collyriáue

Sunt iusuper & balani qui dolores leuant, ex quorũ consorte habentur, qui accipiunt galbani, styracis uniuscuiusq; denariorũ pondo sedecim, lachrymæ papaueris, denarij pondo unius. Redacta in glande quemadmodum iam demonstratum est, subijciuntur, injciuntúrue.

Alia collyria Balaniue.

Conficiuntur item haud inutiliter glandes medendo Tenesmo & torminibus intestinorum in hunc modum: Sumito lachrymæ papaueris, myrrhæ cuiuslibet denariûm pondo quatuor, croci, testiculorum fibri, quod castoreum cognominãt, singulorum denariũ pondo sex, thuris denariûm pondo quatuor, & uino Attico redige in collyria.

Enemata ad torminosos & immodicis doloribus sedandis & inflammationibus arandis.

Vsus postremò in dysenteria non infrequens Enematum est, qui κλυσμὸς quoq;, hoc est lauantina & infusa dicuntur, ex sequentibus speciebus contexta. Adipem capríllam syncerã resolue & injce. Lac item bubulum unà cum medulla & oleo comparí modo clystere injcito. Aliud: Ptisanæ præterea succi temperati caloris magna commoditate dysentericis injciuntur, ueluti & lac tepidum. Aliud: Oleum quoque rosarum admixto butyro utilissimè injcitur.

Aliud Enema peritile.

Oleum itidem rosarum atq; butyrum, admixto ouorum albore. Vel aqua in qua lini semen elixum est, Lauamentum (sic enim κλυσμὸς interpretor) multum conducibile & adpositũ huic affectioni præstant. Aliud: Quod

uigilijs infestetur laborans, adsomnum accersendum elixationem foliorum rosarum cum luteis ouorum enematis more infundito. Aliud: Tragacantha eliquata in decoctione rosarum, adiecto tantundem succi orizæ pari modo immitte. Aliud: Duabus acaciæ partibus adijce succi orizæ partes treis, quibus cum decoquatur myrta, inductaq; mellis spissitudine ex omnibus mixtis denariûm pondo quatuor inijce.

Aliud Enema, hoc est iniectio intestinorum torminibus sine fluxu expediens.

Si tormina intestinorum citra alui fluorem uexarint, hoc imprimis cõpetit. Accipe Lycij Indici denariûm pondo duorum, & dissolue in lacte caprillo sufficiente & inijce. Aliud præstantius: Salubrius uerò est quod ex lactis caprini cyathis septem, uel octo, amyli denarijs quatuor, Licij denarijs duobus. Quæ simul mixta inijciantur. Aliud: Seuum hyrcinum cum oriza & farre decoctum immitte. Hactenus memorata mox à mali principio inijcere expedit. Quod si cancer quoque intestina obsideat, iniectione succi lenticulæ cum optimo melle præsertim Pontico succurrendum est. Alumen uerò rotundum nonnunquam adijcere conuenit. Mel enim & succus lentis cancrosa expurgant, alumen autem exiccat. At si carcinoma latius serpserit, adeò ut corrupta quædam corpuscula defluant, muria certè quamprimum ex sale Armoniaco facta inijcienda est. Deinde immittendus etiam Faustini pastillus. Cuius talis exstat compositio.

Pastillus Faustini:

Calcis, (quam Græci ἄσβεστον, hoc est aqua non restinctam, Rhomani uiuam dicunt) sandaraches, uniuscuiusque denariorum pondo quinq;, auripigmẽti denariûm pondo quinq;, uel octo, chartæ crematæ denariûm pondo triginta Pange pastillos cum uini denarijs quatuor. Fiet autem iniectio cum elixatione myrtæ & lenticulæ, & id genus alijs, admixto semper uino.

Pastillus Marcelli egregius, & præclara designans.

Generosus admodum est & magnificus pastillus, cognomento ab anthore indito, Marcellinus. Cuius descriptio talis est: æris combusti denariũ pondo duûm, auripigmenti denariûm pondo quatuor, squamæ æris tantundem, lachrymæ papaueris, quod opium dicunt, denariûm pondo duorum, croci denariûm pondo unius, gallæ denariûm pondo quinq;, aluminis fissilis denariũ pondo quatuor, sandaraches denariũ pondo sex, agrestæ, hoc est succi ex uuis acerbis expressi, (quod ὀμφάκιον Græci dicunt) denariũ pondo trium. Quæ excepta uino myrteo, defrutóue Cretico redigantur in pastillos trium denariorum pondere, quos cum decocto myrtæ laboranti inijcito.

Alius Pastillus opio & calce destitutus, quem ad idem malum tum ad cicatricem inducendam conducibilis & generosus, purgandi quoq; ui præditus.

Est & alius prætereà trochiscus, papaueris lachrymæ, & calce carens, intestinorum tormina sanãs, eò quod expurgat & in cicatricem saucia contrahit.

Habet

Habet is malicorij (quod ῥοιτον Græci uocant, est uerò cortex mali Punici) cõmeos Arabici, hypocistidis, rhu Syriaci singulorum denarij pondo unius, Lycij Indici, amyli uniuscuiusq; denariũ, pondo quatuor, acaciæ denarij pondo unius. His omnibus contritis cum elixatione myrtæ pastillos compingito, & ubi res poscet, cum succo orizæ lentisue injcito. Quod si prima injectio nihil profecerit, & eadem constitutio perstiterit, mel quoq; laboranti infundere expedit.

Animaduertere autem oportet ex atrâne bile morbus emerserit. Nam ubi seres ita habuerit, anceps sanè malum est, & quod non facile medicaminum præsidijs euincitur. Si per superiora ritè peractis omnibus morbus finitus nõ sit, uel nec uacuatusquidem, confugiendum erit ad ualentiora remedia ex quorũ cœnobio fuerit illud.

Aliud uiolentius.

Salis Armoniaci, ueratri nigri singulorum portionem unam, acanthi Aegyptij parteis treis accipito. Acanthum autem prius cum ueratro in aqua elixato. Deinde apozemati huic salem Armoniacum insere, postea injice. Quod si res ipsa mortem minari uidebitur, Sandarachen quoq; & calcem aqua non restinctam, pari pondere, nam hæc inducta iam magna putredine, ita ut parum â sanie, in quam paulatim uertitur, absit, haud mediocri præsidio sunt. Fert præterea suppetias minimè ficulneas Pastillus, cognomento ab authore nimirum Musa, cum melle uinoq; adhibitus. Si porrhò phlegmone intestinum rectum quod Longanonem adpellant, occuper, lactis injectione dolor sedabitur. *Longanon.* Halicæ item succus & ptisanæ cremor, farrisque liquor quum dolores tum inflammationes ammouent. Quum immensa infestarit defluxio rheumatismus ue oleum infusum solatio est, cruciatusq; demulcet. Qua curandi ratione in ijs potissimè utendum est, qui injectionem, nolint, uelint, rejciunt. His uerò qui enemata continere sine magna molestia possunt plures Medici Muriam quam Græci ἅλμην, id est salsuginem nuncupant, injciendam iudicant. Nonnulli uerò medicamini salis Armoniaci heminam unam, uel (pro ut res ipsa postulare uidetur) plus minúsue admiscere consueuerunt. Ipsi uerò salsuginem, hoc est Muriam qua olíuæ candidæ conditæ sunt, & aquæ illius cotylam unam injcere solemus. Deinde post alui deiectionem, mediata modò uel paulò plus, horula interposita pastillos injcimus, nam ita retinentur, & si hulcera nuda deprehenderint. Iam uniuersa intestinorum torminum, quæ dyssenteria est, enumerata est curatio.

Appendix.

Arida itaque intemperies, aridius quoque corpus reddit, & gracilius, si, tis acrior excruciat, alui retrimenta pauciora quidem, sed longè pinguiora cernuntur.

De Cœliaca uentriculi affectione, quam alui quoq; fluor cõmitatur ex monumentis Philomeni Caput XXI.

COeliacus languor ex infirmitate cõcoctricis, digestricisque quæ ἀποκριτικὴ Græcis dicitur, facultatis stomachi, & uentris proficiscitur, quoniam diminutis eorundem potentiarum uiribus nihil alimenti in corpus distribuitur. Quo circa crudis quidam & non legitimè digestus cibus per aluum deijcitur uermiculati coloris, hoc est multipharij & instar lutei sanguinis, perinde atq; ex uase angustioris osculi destillantis. Proinde nihil mirum est sanguinem non satis coctum, læsa aut perdita penitus potentia contentatrice (quam Græci καθεκτικὴν nominant) in uentrem d fluere.

Notæ morbi Cœliaci.

QUicunque non recenti, sed antiqua uentriculi debilitate aluí fluoribus, hoc est morbo Cœliaco uexantur, huiusmodi iudicijs plerunque insigniuntur. Copiosa alui excrementa diutino tempore identidem deijciuntur. Contracto habitu extenuatur macie corpus, nocturnaq; uigilia idem deminuitur, cruditas & uentris circa umbilicum torsiones (quos Græci στρόφους adpellant) non sine uellicatione, morsuq; excruciant, & partes extremæ frigescunt, à cibisq; appetitus auersione ita affecti laborant.

Curatio morbi qui Cœliacos à Græcis nominatur.

COmmodissimum est Cœliacæ ægritudini ijsdem medicamentorum auxilijs quibus uentris rheumati occurrendum esse docuimus, succurrere. Nam quod aduictum attinet cibaria non extrema cõstringendi facultate prædita sed mediocriter styptica, concoctionisq; nihil renitentia sunt offerenda, Cuius farinæ quidem sunt: Panis probè & scitè elaboratus, furno, quem Græci κλίβανον dicunt, coctus, postea uino adstringẽte imbutus, & sorbillamenta de lente & oriza. Ex pisces ei qui durioris sunt carnis. Ex auibus uerò, quæ saginatæ non sunt, exceptis quæ in paludibus degunt. Decoquemus etiam quandoq; panem offatim concisum cum malis cotoneis & myrtis. Conferũt item lutea ouorum in aceto assata. Conuenit etiam lac cissium potui quemadmodum dictũ est porrigere. Carnesq; leporinas uel syluestriũ ferarum esitandum, & breuiter quæcunq; alia iam pridem affectionibus cum fluxu coniunctis proficere demonstrauimus, alacriter administrare. Profectò hic morbus ut inter initia statim curatione solerter adhibita citra negocium sanescit, ita spacium ægritudinem periculosam & difficillimæ curatiõis reddit. Oportet aũt principio uno, alteróue die cibum nõ modò circũcidere, sed ab eo etiã penitus abstinere, & pectori supra hostiũ uentriculi adspergines mediocris styptícitatis & robur partibus imbecillis inducẽtes ex uino uidelicet, & oleo rosarũ, myrteoq; & de malis cotoneis inspergere. Sup hæc cataplasma confectũ ex palmulis, farinaq; hordeacea, & malis cotoneis & aloë, & absynthio adplicãdum est. Arno

glossa

glosson insuper tritum, & myrrha, & herba sanguinalis cum farina triticea, hordeaceáue admixta, summè proficit. Contra dolores autem qui hoc mali cum ardore committantur, quanquàm hæc rara auis sit, oxymel, hoc est acetum mulsum summa commoditate adhibetur. Et deinde cataplasmata expalmulis & semine lini farináue cõfecta imponantur: præparentur autem in hũc modum. Oportet palmulas mero maceratas ante omnia terere, semen uerò lini, uel farinam in melle & aliquanto olei elixare, & ubi coierint, in pilam qua palmulæ † tritæ sunt iniícere, & inuicem probè commixta lauare, & ubi necessitas est uti calido.

† Aliàs elixæ

Cerota ad idem.

Cerotis porrhò in eodem malo utendum, his uidelicet quæ de oleo myrteo pariter & palmulis contexunt. Nam hæc fluxiones arcefaciunt. Comparata ad hæc etiam habentur quædam Emplastra. Verbi causſa, διὰ τῶν ἰτεῶν à Græcis, eo quòd salices contineat, adpellatum, & Panacias & Iceſion, ſed anteferendum omnibus cognomento, quoniam ad Mnasæum authorem refertur, emplastrum † Mnaseium, & διὰ σισθίων. Cuius compositionem paulò superius capite de fluctione uentris enumerauimus. De his quæ foris admouenda sunt, satis sit. Nunc potiones recensere expedit.

† Aliàs Minacias

Potiones medendis Cœliacis.

Porrhò de potionibus quoque huic morbo accõmodis memorandum est, in quorum numero non infimum bonitatis locum habet radicis quinque folij elixatio, potui data. Apozema item radicis rubi, & salicis arbusculæ. Nuclei inter hæc uinacei in potu eiusmodi utiliter teruntur, præsertim uuæ passæ.

Sunt qui hypocistidis succum, & acaciam rufi coloris, & Lycium Indicum, & mala Punica quum dulcia, tum acida potanda exhibẽt, clysterecq; iusundũt.

Quidam & syluestris mali Punici florẽ, quem βαλάυστιον uocant, læuigatũ potioni inserunt. Aliqui gallam in farinam tritam, aut malicorij puluerẽ. Horum quippe in torminibus intestinorum solemnis usus est. Quæ astrictoriam quidem facultatem obtinent, sed magna ex parte cuncta uentriculum lædunt, & noxam non uulgarem inferunt. Cibicq; horrorem pariunt, & concoctricem facultatem impediunt. Cuius utiq; rei gratia nõ nisi rarenter ista exhibere congruit. Cæterũ ipse sequenti potione cum cataplasmate simul uti consueuimus: Siliquam dulcem Græcam ue quam Græci κεράτιον uocant, & semen arnoglossi, & nucleos uinaceos in aqua bullire sinimus, & eandem aquam potui ita affecto porrigimus. Vtimur præterea Rotula, quæ τρόχισκος Græcis uocat, ad hoc comparata.

Pastillus generosus contra affectum Cœliacon.

Factus ad cœliaci morbi curationem orbiculus est ita concinnatus. Apij semen in elixatione lentis per triduum maceratur: deinde conteritur, admixtoq; commeos cum plantaginis succo compingũtur in orbiculos. Quos in cato decocto quinque folij radicum ue rubi potui dato.

Pastillus

Pastillus alius æquè nobilis.

Seminis arnoglossi hoc est plantaginis denarij pondo unius, seminis rumicis syluestris tantundē, hypocistidis herbæ pulicaris, acatiæ singulorū denarij pondo unius cōmeos denariū pondo trium. Pange orbiculos admixto papaueris decocto, & cum aqua potui dato, uel per inferna infundito.

Alius pastillus ocyßimè alui fluores sistens, & cœliacis ualde expediens.

Seminis tamaricis, quam Græci μυρίκην dicunt denariū pondo quatuor, acaciæ rubicundi, lachrymæ papaueris singulorum denarij pondo unius, roris marini, foliorum myrti nigræ uniuscuiusq; denariū pondo quatuor, stymmatis mollis admisce denarij pondo unius, & redige in pastillos. Et ubi usus postularit cum oui assati luteo utere. Si uerò potui dare cūmodius uidebitur, pastillos in corticum radicis rubi, myrtæ & malorum cotoneorum elixatione eliquatos porrige. Cæterum ipso quoq; apozemate utendum est.

De diuturno morbo Cœliaco.

VBi uerò cœliaca ægritudo longo tempore inueterauerit, medicaminū præsidijs quæ robur indere & temperamē tum emendare, possunt, succurrendum arbitor. Vel oportet frictionibus citra unctionem, tempore oportuno & auxilijs commodioribus solertissimè uti: Verbi causa, coxendices multa frictione, & brachia itidem, nullo adhibito oleo cum syndone absterſorio, alióue lintheolo crudo ac aspero perfricare. Deinde nitrum membris pariter & Asium lapillum, uel lapidem Pyritem, uel puluerem testæ ueteris tostæ & friatæ cum pari pondere nitri admixtum inserere. Postea oleo drapacino, & quibusdam diebus cum ipso Dropacis ungēto parteis corporis illinire, uel eius insperſione uti. Potissimè uerò coxendices, secundo uerò brachia, tertio loco dorsum pariter & coxas, pectus denique & ὑποχόνδρια, quæ alij præcordia, alij ilia conuertunt. Neque uerò alienum fuerit aut superuacuum dictis partibus admouere sinapismon, quo nomine exhulcerationes, impositio aliqua corporis parte sinapi factas, nuncupant. Hæc si quis ritè & nauiter peregerit, pristinā sanitatem illico recuperabit.

De Tenesmo intestinorum morbo, Caput XXIII.

IStprætereà inferioris intestinorum partis, longa nonisq; ipsius leuius malum, crebra uidelicet & inanis desidendi cupiditas, frequens impetus, quem Τενεσμὸν Græci nominant.

Signa Tenesmi.

Quisquis igitur hoc malo tentatur, iugi desiderio implacabiliq; impetu egerere conatū, & hoc est τείνεσθαι. Flatus item ac spiritus & quasi uenti intra corpus excitantur. Sequuntur autem illam egerendi difficultatem uix exigua quædam mucis ac pituitæ similia. Quandoq; etiam aquosa & subcruenta retrimenta, & guttæ interdum sanguinis.

Tenesmi curatio.

Oportet desidendi crebra, cum pusillo excrementorum effectu, uoluntate pressos sæpenumero fouere, & præter fomenta enematis, (quæ Latini infusa uocant) ex decoctione fœnu græci, & radicũ althææ, curare. Atque eodem decocto calente uasi suppositio, anum undiq; ne euaporet amictum, fouere. Idonea porrhò medicamẽta sunt, oleum rosaceum butyrum, idem cum rosa adeps anserina, cum exigua cera liquata, quibus sedes intrinsecus perliniẽda est. Multis prætereà modis huic rei apta est pix brutia, si inde fiat suffitus. Probatur insuper enema ex lacte & melle concinnatum, & ut mucosa expurgentur iniectum, uel decoctum lentis cum melle. Ad hæc adstringentia enemata concinnato cum rosa, myrrha, elixatione corticis pini. Liquato prætereà in duobus cyathis decocti rosarum fructus ericæ. Butyrum quoque & oleum rosarũ, uel oleum myrteum ex inferiore parte inditum remedio est. Lanitiũ item licinĩũ ue emplastrum inid, quod τετραφάρμακον Græci uocãt, cum oleo rosãrum eliquatum intinge, & sedi insedere. Vel puluere rasamentõue plumbi oleo rosaceo leuigato, perexiguo ceræ adiecto, cum lentisco, ut supra præcepimus utere. Calida inter hæc commendatione digna sunt marsupia ac sacculi pectini ac lumbis, sedique imposita. Edulijs postremò inculpati succi quæ Græci χύμα dicũt, & concoctioni nihil resistentibus, & languidè adstringentibus sedulò utendum est.

De Lienis affectibus, & curatione ex monumentis Philagrij Caput XXIIII.

QVemadmodum cætera humani corporis uiscera omnis fermè generis affectiõibus obnoxia sunt, ita & lien multipharijs ægritudinibus subinde tentatur. Nũc etenim nimio algore, nunc immodico æstu, nunc ariditate immensa, & interdum humiditate à medio plus iustò excedente obruitur. Vnde perinde atque reliqua membra prauam temperaturam morborum parentem contrahens, ægrotescit. Nam obturatur interdum, & nonnunquam intumescit, simulq; cum eo latus leuum. Aliquanto in parteis aliquas extenditur, quandoq; increscit. Nunc sine æqualitate exasperatur, & comminuitur. Quin & inflammationibus, quas Græci φλεγμονὰς uocant, patet. Excitanturq; in eo duricies & scirrhi. Quorũ si deinceps singula enumerauero indicia præter curationes haud erit, ut reor, absurdum.

Lienis frigidi indicia.

Intemperatura sæpe delinquit splen, præsertim distemperamẽto gelido & udo. Atque id quidem maxima ex parte sumptis identidem ac sæpius quàm conueniat esculentis, poculentisque frigorificis. Equorum contubernio ista præcipuè sunt: Aqua gelida, ostrea, omaza seu intestina, suillæ carnes, pomorum frequens esus, poma pluripharia, potissimè æstiuo tempore sumpta.

pta. Ex quibus lienis calor comminuitur locis præcipuè humidis. Statim item à cibo balnei usque & rei Venereæ luxus, idq; non in ijs tantum modo qui frequentius (nam id corpus uniuersum frigidius reddit,) & plus æquò futuũt, uerùm etiam his & quidem maximè qui cum cibi, potusq; satietate & cruditate saburrati in Venerem congrediuntur. Quippe in liene, quemadmodum demonstratum est, gelida cytius intemperies, quàm calida excitatur & increscit, præsertim in his corporibus quæ succis habundant, & laborant molestijs, simulq; cum partis sinistræ ingenti tumore dolent. Id quoque clarum & perspicuum satis, & eius uitij signum est, quod ita affectorum color nigrescit quidem, sed non per omnia, sed languido nigrore suffusi, subluridi reddunt, & quasi coloris plumbacei.

Lienis calidi indicia.

Calidior lienis intẽperies magna ex parte febres æstuantes exincendioso ardore comitatur. Inflammato enim in febribus sanguine, quoniam hoc extum natura rarum & laxum admodum est, atq; ob id sanguinem deustum acferuidum manãtem, facile excipit, promptissimè expanditur, & in tumorem assurgit. Aestus nanq; uel calida aëris qualitas iuxta spleni noxam inferre consueuerunt, si quis plus iustò calefiat. Haud aliter sanè atque Hyemalibus horis frigidus aër, pariter & humidi, & aridi aëris qualitates aliam atq; aliam intemperaturam inducere possunt. Quæ singula adante cedentes qualitates referuntur. Quin etiam ex dapibus & sumptis potibus huiusmodi intemperies contrahuntur. Hinc autem fluores, quos Græci ῥεύματα uocant excitari & augeri, inflationes præterea, hoc est flatus, spiritusq; in corpore concitari, & ægritudinum genera multipharia suboriri sapientiæ assectatores & non imperiti Medici docuerunt.

Calidi & aridi lienis curatio.

Calidiore pariter & siccæ lienis intemperaturæ contrarij medicamentorũ auxilijs puta frigorificis & humectantibus subueniendum est. Siue hæc foris adhibeantur, siue intra in corpus cum esculentis, poculentisq; sumantur. Esculenta autem quæ hanc prouinciam egregiè absoluunt, sunt ex holeribus lactuca, beta, attriplex, & cucurbita. Aptus est & ptisanæ succus. Vuæ itẽ acerbæ nec dum matutæ liquor utiliter esui datur, & pastinaca, amoracia, sedum quod Græci ἀειζωον, hoc est semper uiuum dicunt, & tenera, mollisq; maximè uitis palmes & uno uerbo acida summopere congruunt. & dulcia omnia inimica sunt. Potui uerò dare expedit ita affectis acetosa, imò acetum per se quoque sorbere conuenit. Foris autem oleum rosarum, & ex malis cotoneis consectum imponere expedit, conformatis inde & ex alijs idoneis rebus epithematis. Quin etiam lauacri ex aqua dulci concinnati peraccommodus in hac affectione cõstitutis, usus est.

Frigidi

Frigidi & humidi lienis curatio.

Frigidæ contra & humidæ lienis intemperiei colorificis & arefacientibus medicaminũ præsidijs succurrere expedit. Verum aridum pariter & gelidum dyſtemperamẽtum potius, quàm udum & frigidum perpendendum eſt. Aptantur itaq; quibus iam forinſecus huic rei adhibenda medicamentorum ſubſidia ex butyro, cera recente, hyſſopo, oleo Cyperino, uel Irino, ſatureia, ſerpillo, cytiſo, cumino, ſemine trifolij. Vngento item ex palmulis, quod μυροβάλανον Græcorum Medici nuncupant, uel id genus cæteris, uel ſeuo hircino, adipe anſerina, uel ſuilla recente, unà cũ ſtyrace Calamitha, & gutta Ammoniaca pinguí. Quibus utiliter adijciuntur buglosſum, liquor glycyrrhizæ. Conceduntur inter hæc etiã balnea admixto oleo. Quin & oleum de ſpica nardi cum iam pridem poſitis medicinis, & croci non nihil, ſed perexiguum interim, quo lienis uireis & functionem ſuam recuperet, porrigere utile eſt. Atq; ſatis ſit hactenus medelas quæ forinſecus calfaciendo & humectando proſunt recenſuiſſe. Cauendum præterea ne corpus plethoricũ hoc eſt malis humoribus refertum ſit, quoniam dum corpus plenum calefit, humores in liene magis aceruantur. Quod ſi liquida plenitatis indicia cõpareant, euacuato prius languido, intemperiei manus medica admouenda eſt. Edenda autem ſunt cibaria quæ Græci uocant Εὔχυμα hoc eſt boni ſuci & quæ ſanguinẽ nutriunt. Cuius notæ ſunt piſces aſperi, ſquamis intecti gallinæ domeſticæ, phaſiani, perdices, & cunctæ quæ uitã in montibus agunt, & pipiones hoc eſt columborũ pulli parentibus ſubtracti. Ex animalibus cæteris, caro porcina, ſuis mediæ ætatis, non uerris quidẽ, ſed porci caſtrati: & hœdi quoq; inter duros & molliuſculos medium locũ tenẽtes, hoc eſt unius anni ſiue ad ſummum bidentes, utiliſſimi ſunt. Prætereà ſuccus priſanæ cũ melle optimo & pipere modicè conditus peraccõ modus in hac affectione conſtitutis, exiſtit. Eſt etenim quod exta inflatione deſtituantur omnino ne à mellis colore, ariditatẽ ue lædantur. Dulcia nanq; omnia præcordijs natura, uiſceribusq; ſunt inimiciſſima. Acida contrà maximè amica. Interdicendum porrhò uinũ eſt calidum ac humidum defrutũue, eò quòd natura plerunq; dulcia eſſe aſſolent. Εὔχυμα.

Calidi & humidi lienis curatio.

Nunc ad calidam & humidam lienis intemperaturã deueniendũ eſt. Prima aũt eius curatio, eſt foris adhibenda, quod medicaminibus arefaciendi poteſtate prædictis perficere expedit. Verbi gratia his quæ ex alumine conſtant, & pice liquida & aceto & floribus, aut oleo roſaceo, & polline thuris quã mannã uocant, & floribus labruſcæ & gallis Aſianis. Id nanq; genus aſtringentibus remedijs eſt utendũ. Intra aũt in corpus edulia pinguitudine carẽtia, & quæ ſanguinẽ exiccent & perfrigerẽt ſumere expedit. Cuius ſortis ſunt carnes ceruinæ. Lens aũt quoniã atrã bilem procreat & ſpiſſum ſanguinẽ interdicenda eſt. Oriza aũt & nuces Ponticæ quas Rhomani auellanas dicũt prohibendæ non ſunt, imò ijs utendũ maximè. Panis porrò ſimilagineus, ex ſimila lota cõfectus, mirè

perq; accõmodus est, & caseus nouellus & quæcunq; ex lacte cõcinnata edulia Carnibus uescendũ est hœdinis recẽtibus pariter & anserinis, spondyliũq;. Aspa rago prætereà & bryonia & salsamẽtis omnibus. Cæterũ sallamenta non sunt edenda perpetuò, quoniã spacio diuturno atrã bilem pariunt, & densum omni no sanguinẽ manifestè. Competunt & aues macræ. Potest etiã dari uinũ acer bum & astringens, calida aqua dilutũ. Super mixtis intemperantijs tantũ dise ruisse satis sit. De simpliciũ intemperierũ curatione deinceps differendum est.

De incompositis intemperiebus Lienis.

Si implicissimus à medio excessus quæ intemperies adpellatur, in calore, aridi tate, frigore & humiditate solis cõsistit. Sumitq; intẽperies ex hac quæ exu perat nimium appellationem. Verbi gratia, si in intemperatura calidum præua leat frigido plurimum, calida uocetur intemperies. Si frigidum præstet calido, distemperantiam gelidam adpellant atq; ita de cæteris. Calidius igitur iussò corpus ut lienem si emendare fert animus, refrigerare, ut paulò superius com præhensum est, iubemus. Frigidiorẽ splenem excalfacere, uel rursus, ut iam sub riciam, humidiorem siccare, uel siccíorem humectare, quo uidelicet tempera tus quidam mediocrisq; status inducatur. Sed quodad uictum incomposita rum huius uiscerís intemperierũ attinet, cibi ac potus quum simplicis tum cõ positi ex his quæ enumerauimus sunt pro re nata seligẽdi. Medicaminum item præsidia quæ humores modicos & inculpatos gererẽt sunt administranda. Cæ terum de simplicis intemperiei excessu curatione pressius nunc agamus.

Calidi Lienis curatio.

Calidiori lienis excessui pulchrè medetur oleum rosarum per se citra appen dicem. Vel oleum ex malis cotoneis constitutum quod Græci μήλινον uo cant, sine additamento. Et quæ ex hjs concinnantur prætereà medicamenta. Cerotæ nanque ex his contextæ & epithemata aptantur. Ad hæc prætereà suc cus uuæ acerbæ & nondum matureſcentis. Portulacæ item & sedi cum succus tum herba per se, & palmites deniq; uitium tenelli & id genus cætera commo dissimè adhibentur.

Frigidi Lienis curatio.

Gelido lienis temperamento medendo innumera fermè, præter ea quæ di cta sunt, medicaminũ auxilia nata & cõparata habentur, quibus huiusmo di excessui occurrendum censeo sed potissimè his quæ enumerauimus subsidijs Fiunt etiam haud incõmodè adhanc rem unguenta colorifica, pariter & epithe mata cerota itidem & ex liquore myrti confecturæ quæ satis adpositè & præsen ti curatione pristinam lieni sanitatem reddere possunt. Cuius nimirum classis sunt ἄκεστα à Græcis adpellata, hoc est quæ dolores leniunt & amouent medica mina, quæ uidelicet ariditatibus & algoribus succurrunt, & protinus profligunt cum adiectione olei simplicis.

Humidi

Humidi Lienis curatio.

Vdæ lienis dyſtemperantiæ præſentiſſimum eſt auxilium: Flos ſalis, uel per ſe, uel ceratis quibusdam incompoſitis mixtus. Per ſe quidem flos ſalis prius calfaciendus eſt, miſſuſq; inde in ueſſicam æneam lieni imponendus, atque opis plurimum haud dubio adferet. Quin etiam è ſale ipſo, & flore ipſius cum cera & pauculo aceto cõmodiſſimum humidiori lieni medicamentũ cõcinnatur. Ad idem munus maximè ea probantur: Quinq; folij & plantaginis radices aridæ, alumen fiſſum tam ualidè combuſtum ut quicquid in eo adſtrictoriæ poteſtatis eſt, exuat. Poteſt autem quisque ingenio polleſ pro arbitrio ſuo medicamentum huic functioni aptum ex arnoglo ſſi, hoc eſt plantaginis foliis conficere, & foliis itidem pentaphylli, & flore ſalis, qui Nilo Aegypti flumine defertur. Compari, aut impari etiam, pro ut conuenire uidebitur pondere dilutis cum aceto & cum pice arida lotis, & contuſis, ceraq; candida, & gutta ãmoniaca, & oleo roſarũ modicè admixtis. Cæterũ Galenus florẽ ſaliſ ſcirrho quoq; mederi aſſerit. Et mea quidẽ ſententia non perperã, tam ẽ tenuiũ partiũ flos ſalis eſt, tam acris qualitatis, tanq; digerẽtis facultatis ut non intemperiei tm̃modo, ſed tumoribus etiam præter naturã, ex denſis uiſcidiſque humoribus indurat is ſubuenire cõmodiſſimè poſſit. Conſumit etenim naturali ſua uirtute & diſſipat ualidè extenuatas duricierum materias. Cæterum hanc de qua hic agimus intemperaturam, nempe humidiorem duntaxat deſiccare expedit. Multis autem modis huic rei accommodiſſimum eſt præſidium aqua ſalicis, cõtexta inde medela. Extrahitur autem huiuſmodi aqua ex ſalice hoc modo: Vulneratur aliqua in parte hæc arbor, è cuius uulnere promanant & deſtillant lachymæ aqueæ, quibus collectis quantum ſatis uidebitur, prædictarum aliqua ſpecies excipitur, deinde lieni humido adplicatur remedium. Optimum autem fuerit ſi antequam medicamentum adhibeas locum egregiè perfricaueris, ita nanq; humidiorem eius uiſceris intemperaturam digerere & diſcutere omnino haud difficulter ualebit.

Aridi Lienis curatio:

Arida lienis, ut dixi, intemperies humectanda eſt, ad quod ſcilicet munus frictionibus utendum arbitror, relaxandi etenim, nutriendi item & humectandi uim obtinent. Conducit itidem dulcis aquæ calidæ lauacrum. Et olei præterea dulcis illinitio. Neque ſanè his bonitate & uſu inferior eſt ſuccus ptiſanæ, ficci lienis regioni illitus. Vel huiuſmodi corporis perfrictio cuiuſmodi mentionem in capite de miſerabilis pedum doloris quam παλάγρα Græcè adpellant, curatione infra faciemus.

De inflatione Lienis & curatione eius Caput XXV.

QVemadmodum in cæteris plerisq; internis corporis partibus non nunquam flatulentorum ſpirituũ collectio, ita & in liene flatus quaſiq; uenti oritur ſæpe excitatio, quã ἐμπνευμάτωσιν Græci nominant: & incrementum quandoq; tumori præter naturã ſimile, quod eadem gens ἐμφύσημα cognominat. Quæ utraq; ſplenis incõmoda magna ex parte uſu ex legumentis, cœpis bulbis, uel etiam palmulis, quas populari adpellatione Græci βαλάνους, id eſt glandes nuncupant, comeſis, ueniunt. Eſt quando uentoſitas ad eſum ficuum, uel malorum cotoneorum, originem refert, & ad mellis uiniq; uſum. Nam hæc ſunt, quæ non tantum lienem flatibus & ſpiritibus infartiunt ac inflant, uerum inteſtinum quoq; quod colon adpellant & meſenterium, id eſt medium inteſtinum quod lactes quidam interpretantur, uentrẽq; ac ſtomachum uentoſis flatibus diſtendunt.

Notæ inflationis Lienis.

EXcibarijs ne tantũmodo flatuũ fiat in liene collectio facile admodum datur ex prædictis olfacere. Nam ſi horum nihil fuerit cõmanducatum aliam omnino mali occaſionem eſſe uel cæco apparet. Quoniam ſi ex uentoſis ſpiritibus lien diſtenditur (quod mali genus diximus adpellari Empneumatoſin) uel nimium tumoris excrementũ aſſurgit, & in ſiniſtra parte circa lienis regionẽ nihil ponderis grauitatisue (quod ex ipſis ſciſcitandum eſt) ſentiãt, ex gelidis & frigorificis dapibus ſumptis hoc mali ortum habere reputandum eſt. Quum eñ in uniuerſum lien flatulentis ſpiritibus infarcitur, ubi liberaliùs paulò ſe potu inuitarint, ſtatim cymodibus afficiuntur. Vocant aũt cymodas Græci quotiens in uentre haud aliter atq; in utre aqua agitaẽ. Quod ſi adhuc largiore potu quis ſe ingurgitet, murmurat & ſonitus edit. Sin frigidis ueſcantur eduliis, acidum ſub inde ructant, & à cibo ſingultu afficiũtur. Atqui ſi nil eorũ quæ recẽſuimus, uentrẽ obturbat, lien uerò diſtendaẽ, & perinde atq; acu pungaẽ, idq; citra aliquod loci pondus, certiſſimũ uentoſi ſpiritus indicium eſſe cenſeo.

Cymodes.

Inflationis Lienis curatio.

INflationi lienis medicamentum cognomento Dioſpoliticon maximè ſubuenit, piper enim quod hoc medicamen ingreditur, & cyminum calfaciunt, ruta uerò flatuũ collectionẽ diſcutit, membrũ hoc eſt ſplenem inſtaurat ac reficit, & humores deniq; pituitoſos tollit. Nitrum aũt aluum ducit, pariter & melpurgat etenim id quoq; & calorificũ eſt, humoresq; extenuat. Eandem itidem facultatẽ obtinent διὰ καλαμίνθης: hoc eſt ex nepeta confectũ, & id quod à Græcis διὰ τῶν τριῶν πιπερέων eò quòd ex tribus piperũ generibus conſtat, adpellatũ eſt. Epithema porrhò διὰ σπερμάτων hoc eſt ex ſeminibus contextũ peracõmodum huic rei remedium eſt. Quin etiã nigella, quod Gith adpellant, & μαλάνθιον & ſemen apij, & aniſum, & petroſelinũ, & cyminũ panibus ab artocopis indita. Vel

Nitrum.

Piper.

in

in uino leuigata, & hausta lienis inflationem amputant, & dissipant. Betonica quoque, quam Græci κέστρον indigitant utiliter his adijcitur, pariter & adianton potissimè quum splen induratus sit. Tum etiam asplenon herba quam alij scolopēdrion uocant uino mixta lienem cōminuere potest, bibita. Inquem sanè usum in aceto quoq; decoquitur, bibiturq; elixatio hæc quadraginta diebus: mirificè iuuat. Concisa porrhò eiusdem herbæ folia, spleni ex uino emplastri more summa cum utilitate imponuntur. Inflatione ergo liene infestato, pocula quæ sufficienter demonstrauimus usurpanda & epithema διὰ σπερμάτων is siquidem non parū me hercle adferunt momenti. Quibus tum potissimè utendum si non Aqua intercutē (quod plerunq; cōtingit) protinus corripiat. Quū em̄ hic morbus ab initio statim inuadit, nihil minus q̄ hæc expediunt: quandoquidē si ea hydropis species quā Græci τυμπανίτην adpellāt, intra primordia (ut sæpius usu uenit) confestim ingruat, certè quæcūq; medicaminū præsidia cōtra flatus & spiritus collectiones, admouent̄, uel quæ calfaciendo sunt, ut inimica, malum uehementius adaugent. Nouimus quippe cōplures, qui dum medicamētis arefacientibus exiccare studuerunt, longè ampliorē huic uiscerī duriciā inuexerūt. Horum uerò, qui ita habent potionibus semē uiticis tostū, apiū saxatile item quod Græcè πετροσέλινον uocāt, & nigella quod uulgo Gith nomināt, anisumq; & apium syluestre. Nam hæc unicuiq; medent̄ lienis duricici, etiā nō sensili. Quod si lien turba flatulentorū spirituū obruatur, dare eadē potui cū aceto, uel oxymelite uel cum posca oxycratóue expedit. Sunt uerò & alia nonnulla quorū usus, pbatur in hac re, nempe serpillum, thymus, liber lauri & origanū, nepeta quū arida tum uiridis, piper & rutæ semen, potissimè syluestris, & peucedanū, præsertim succus ipsius & costū & cardamomū, & marrubiū, & inuolucrū maius, & febrifugia quod Græci uocāt κενταύριον τὸ μικρόν, id est centauriū exile, & imprimis liquor ipsius, & trixago & auiga quæ à Græcis χαμαιπίτυς, hoc est humilis & coactæ ad terram breuitatis picea adpellatur. Hæc quippe singulatim, uel aliquot ex his mixtis, uel uno fasce omnia iunctim potui data, summam lienosis opem conferunt.

De inflammationibus Lienis & curatione eius Caput XXIIII.

QBoriuntur in liene non rarò, ceu dictū est prius Inflammatiōes quas Græci φλέγμονας nuncupant, quarum uniuscuiusque singuli humores possunt ac solent existere parentes: Puta sanguen, phlegmones sanguineæ, Bilis biliosæ, Pituita, pituitosæ, quarum singularū sua habentur indicia.

Notæ inflammationis Lienis è sanguine prouenientis.

QUod si sanguineus humor ubertim in splenem deferatur, & inibi phlegmonen creet, dolor non citra tumorem & distentionem, & ingens eius pondus, acriter excruciat. Quandoque etiam absque dolore augetur & indurescit.

& in inflationem assurgit ac turgescit. Quandoquidem à tangentibus ex solo tactu haud obscurè deprehenditur & quando splen duricie posita iam mollior, erigit ac quasi eleuat se, ita uti musculi obducentes, id extum supercrescere conspiciantur. Sæpenumero prætereà uel hisce oculis conspeximus non uentrem modò & stomachum, uerum uniuersam præcordiorum partem, & pubis scrotum quod ὀσχέον Græci uocant, à phlegmone & tumore lienis tentata, occupataq; Docet enim Hippocrates ex lienis habundantia uentrē ilia q; affici, & clauem, scapulasq; uehementer dolitare, corpusq; humoribus & uigilijs emaciari & extenuari, iugulū maciatū angustius fieri. Corpulētia etem & carnes lienis uitio eliquari. Premūtur insuper siti immensa: per exordia etenim lienis incrementum quod tumoris instar turgescit humidius iudicatur, quum uidelicet eti am dum meat humor: Verum quam primūcoit quasi q; in lapidem indurescit, clauem necesse est nutrimento priuari, & uenas extrinsecus inter musculos elucere, & colorem nigrescere, qui atræ bilis color est & luridescere & Aquam intercutem uestigio subsequi.

Notæ inflammationis bilcosæ Lienis.

Quando autem bileus fluor lienem obruit, corpus totum calere, & absq; febre conspicitur, oculi tinguntur, locium cum tenui substantia rubescit, uel lutei coloris effigiem exhibet. Sitiq; magna oppressi laborantes, aquam gliscūt gelidam, & μικρόψυχοι hoc est pauidi animoq; perabiecto redduntur, leuiq; momento stomachantur & furiunt ocyssimè. Amarescit prætereà os, uexat è cibarijs appetitus auersio, ingruunt uigiliæ cum frequenti alui deiectione, quæ egeruntur, flauo colore tincta sunt, adhæc alia id genus compluria certè, quæ bilis redundantiam comitari consueuerunt apparent, quæ omnia hoc loco recensere superuacuum arbitror.

Notæ inflammationis in liene ex atra bile proueniemis:

Facta iam ex atra bile inflammatione in splene, laborans paulatim atribilario colore suffusus nigricare uidetur. Nec tam cutis quàm urina quoq; nigricat, lien per se friget, nec increscit admodum, sed durescit. Melancholicus humor redundat in omni corpore, gingiuæ atriores uidentur, & siti uexantur, qui si frigidi poculi copiam habeant, plus cibi appetunt.

Notæ inflammationis splenem occupanis ex humore pituitoso prognatæ.

Quum lien pituitam ad se uberiorem trahit, & inde phlegmonem contrahit, subitò durus fit, color laborantis exalbidus, buxeus, subluteus, squalidusque, & breuiter pituitæ similis redditur. Oculi & lingua, & totius corporis cuticula eius naturam præfert. Siti nulla premuntur hoc malo capti, sed eduliorum permaximo desiderio tenentur. Ob id uidelicet quod lienem occupauit, modò pituita insulsa sit. Fit autem huiuscem odi Phlegmones lienis

caus

cauſſa, uel inde perſpicua, quod quum ad pituitam refert originem febris acceſſio indies ingruit. Si ad bilem die tertio. Si ad bilem atram die quarto impetit & ſubinde remeat febris exacerbatio.

Inflammationis Lienem infeſtantis curatio.

Phlegmones itaque in ſplene generatæ nunc tempeſtiuum eſt curationem dicere. Ante omnia uerò ſingulorum humorum peculiaribus (quæ ſufficienter enumerauimus) indicijs diligenti perpenſione obſeruatis, demum manum medicam admouere expedit. Neque eſt quod hîc prolixioribus logis docere perſequamur quàm magna opus ſollicitudine ad tuendam ſemel recuperatam ſanitatem, quoniam ſemel profligato lienis uitio, quam κακίαν Græci adpellant haud ita facile, ne dicam minimè gentium unquam poſtliminio reuertetur. Nam id extum & ſi morbis temptetur, rarius tamẽ quàm cæteræ corporis partes ac reliqua uiſcera. Enimuerò, ut rem adgrediamur, in huius mali curatione, acurata ſanè trutina perpendendum eſt, ut adpoſita humori undenata eſt lienis inflammatio adhibeantur medicaminũ ſubſidia, ne contraria & inimica, quæ plus officiant, quàm proficiant, ægrimoniæ adplicentur. Contemplandum igitur eduliâ ne (cuiuſmodi quædam ſunt) malo occaſionem præbuerint, án quid foris inciderit, atque ita breuiter non tam quæ forinſecus aduenium̃t, quã quæ intrinſecus morbum excitant,

Omnia iudicio diſcutienda tuo.

Parí quoque modo deſidioſus ne fuerit is qui ægrotat, & deditus ocio καὶ νωθρόπονος, ancontrà exercitationibus operam nauarit, & ſt udioſus fuerit καὶ πολύπονος, καὶ καματτώλης, hoc eſt laborioſus, & án negocijs denique inuolutus, utrum frequentibus lauacris, án nullis omnino operam dederit. Vel án hic morbus quo tentatur proſapiæ peculiaris, uel à parentibus ad ſe tanquam hæditario iure deuenerit. Poſt hanc animaduerſionem ad mali denique curationem deueniendum eſt. Proinde ſi ſplenem phlegmone occupauerit, initio ſanguinem mittere optimum eſt. Deinde cæteris purgationum generibus utendum. Poſt hæc epithemata, malagmatáque foris adhibenda. Sunt autem reliquæ quas putamus perpurgatiões, deiectiões alui, quæ medicaminibus ad hoc factis emoliuntur, quæ Græci ὑπήλατα, id eſt medicinas laxatiuas per oſſumptas adpellant, quarum uſus imprimis eſt utilis, ne dicam neceſſarius. Neque alienum eſt uti interdum clyſtere. Proritandus utique etiam uomitus eſt, quum in uentriculum deferuntur ſucci & inibi in ſummo fluitant, & quaſi ſupernatant. Tum quidem rupta omni mora, quemadmodum præcepimus perpurgare maximè expedit. Quod ſi ſanguinis quoque detractio, uena inciſa uidebitur expediens imò & neceſſaria, erit ſanè ſemper, ſi quid aliud præſentiſſimum uiſceribus inflammatis auxilium. Cæterũ præ cæteris competit inflammato lieni, niſi quid aliud obſtiterit, quod iure poſſit detractionis eſſe remora:

Verbi cauſſa, ætas, uel uires, uel locus, uel conſuetudo, uel aëris conſtitutio ſeu † qualitas, uel quæ præceſſit alimẽtorum cruditas, uel immodicus alui fluor aut ſolutio. Nam iſtiuſmodi in hac re ſanguinis miſſioni impedimento ſunt, præſertim ſi per ætatem acrobur non liceat. Pertundere itaque expedit brachij leue uenam inferiorem, quæ quum deprehendi non ocyus poteſt, nigra hoc eſt, Media incidenda eſt. Atqui ſi ne huius quidem (quod quandoq; contingit) copia ſit, eam quæ in promptu eſt in leua manu inter μικρὸν καὶ παράμεσον hoc eſt breuiſſimũ aut paruum, et huic proximũ, annulorum geſtamini deputatum, quem etiam medicinalem uocant, ſecare cõuenit. Quæ etſi minus euacuat, præſidium tamen eximium ad recuperandam ſanitatẽ licni præſtat per factam eius quoque uenæ inciſionem ſanguinis detractio. Cæterum promanante iam ſanguine & è uena ſecta quaſi prorumpente, obſeruandum curioſè eſt: quónam colore præditum ſit, admodum ne rufo puróue aut luridо. Quí ſi luridus ſit, aut rubeus ampliore copia detrahendum. Sin purus minus auferendum. Cæterum in uniuerſum ita ſanguen minuere expedit ne uitalis potentiæ uires (quod in omni ægritudine ſonticum eſt) deijciantur.

† lege illatus

De his quæ per os ſumpta aluum deijciunt, à Græcorum Medicis Hypelata.

Facta porrhô ſanguinis uena ſcalpello inciſa, iam detractione, per os quoq; medicamenta ſumenda ſunt, quæ alui deiectionem clementer molíantur, & humores negocium præſtantes per inferna exhauriant, quæ Græc ὑπήλατα uocantur, porrigere operæprecium eſt. Poſitum autem eſt infra libro quarto capite de ποσλάγρα huius rei exemplũ. Sunt uerò Hypelata lenes quædam ac blandiores, purgandi facultatẽ obtinentes medelæ, Verbi cauſſa, Mercurialis herba, polypodiũ, quam Latini filiculam adpellant, cnicus, braſſica canina, ſolaris maior, ſemen urticæ, & id genus pleraq; cætera.

ὑπήλατα.

De Fomentis.

Tempeſtiuum nunc erit medicamentorum quoque adſtringentium, quæ Græci uocant στυπτικὰ mentionem quampiam facere. Quibus non ante utendi locus eſt, quàm ubi corpus iam probè perpurgatum fuerit. Fouere igitur poſt euacuationem fomentis redundantem humorum uim reprimentibus principio neceſſum eſt. Mox humore decurrente magna ex parte detracto & comminuto, quæ maturẽt & deijciãt eos qui in lienem iam delati ſunt, adhibere oportet medicaminum auxília. Adhiberi uerò pariter cum his etiam debent, ea quæ uireis eius uiſceris tueri poſſunt, ne ijs proſtratis nequeat partes ſuas abſoluere, & ſingulis functionibus ſuis ſatisfacere. Quod ſi cauſſa mali non admodum magna, ſed mediocris ſit, fomentatio facta ex ſolo uino auſtero, ac ſubtilis eſſentiæ ſufficit. Nihil igitur commodius ferè quàm fluentem materiam reijcere & ut diximus reprimere. Idq; cauſſa exiſtente leui, medica-

minibus

minibus lentis ac lenibus. Si acris & uehemens morbus sit, præsidijs acrioribus, efficacioribusq; expugnandus est, si non calor manifeste lædat.

Si calidus humor splenem infestet, curatio.

Quod si calíditas acrior urgeat, oleum ex nõdum maturis oliuis expressum, quod Græci ὠμοτριβὲς & ὀμφάκινον adpellant, & rosaceum admiscendum est. Atqui si hæc ad manum non sint, oleæ cymata, aut poma aut mespila, uel oleum lentiscinum, uel ex malis cotoneorum confecturæ admiscebis in uino. Quibus adijcere competit rosas, lentiscum, & rubum, astrictoriæq; facultatis quidpiam unà cum oleo cõferente elixans, ita quidem ut quicquid adstringentis naturæ subtilioris rebus stypticis insit, elixatio eadem attrahat, & uirtutẽ induat stypticam.

Frigidi humoris lienem uexantis curatio.

Quod si gelidus qui in liene cõtinetur humor eiusdem partis phlegmonẽ inuexit, pulegio utendũ est, & superius cõprehensis adijciendũ modicè. Et nisi suus calor impediat, thymus, origanũ, & oleum nardinum. Quod si locus quẽ phlegmone occupat nimio calore ferueat, uel aliqua febris incidat εἶεν πῶς, hoc est lanam succidam & sordidam discerptam & attenuatam, cum quopiam oleo prædicto, uinoq; copioso imponere conuenit. Quam cum succo ex uuis acerbis & nondum matureſcentibus admiscebis, uel rosarum flores, aut cyperum, uel florem labruscæ, uel acanthi Aegyptij semen. Hoc utiq; modo per exordia statim mediocris inflammationis agendum est. Atqui si calor incendiosus admodũ adsit, oleis supra paulò comprehensis & id genus alijs & aceto cum uino utendum est. Vinũ nanq; acetosum est necessariò oleis confundendum. Cauere autem modis omnibus oportet ne caput tentet: in febre etenim capite perculso sensus quoq; tentantur. Quapropter defrutum ita habentibus, uel merum dulce competit, admixto interim oleo per exiguo ad humectãdum. Si uerò defrutũ crassius sit, diluatur aqua. Si humor qui negociũ præbet, & inflammationẽ peperit, pulegiũ, ceu iam pridem demonstratũ est, & thymum, & origanum adijcere congruit. Quoniã eadem pariter & euacuandi humores, & robur inducendi naturam obtinent Vsus utiq; uin. & olei creberrimus, reliquarũ rerũ suffitus fomẽtatióue rarior in hac cõstitutione, esto.

De enematis Clysteribúsue.

Non tam intra morbi statim exordia quàm in incremento utilis ad uentris expurgationẽ usus enematum existit. Atq; tum quidem imprimis, dum ardor non fuerit adeò feruidus. Fiat itaq; in hac affectiõe per clysterem cum aqua mulsa, nitro, spuma nitri, saleq; euacuatio. Oportet autẽ omnino singulis diebus iterum atq; iterum inijcere.

De Edulijs.

Solus ptisanæ succus hisce temporibus competens alimentũ existit. Qui ubi ad manũ non fuerit, solus panis & aqua ita habẽtibus cibi loco ministrandus est. Detur aũt aqua calida, & mel cũ aceto ꝙd ὀξυμέλι Græci cognominãt.

Si

Si languidus autem calore incendioso ferueat, non admodum calidam neq; fer uentem, uerũ tepidam & refrigeratem nõnihil potui dare conuenit. Hæc quip pe & per ægritudinis exordia statim & in summo uigore cum uigilanti studio absoluenda sunt.

Quid in summo morbi excremento facere expediat.

Quando iam malum in uigore & summo incremento (quod Græci nunc ἀκμὴν nunc κατάσασιν adpellant) consistit, his qui intra principia euacuati sunt, statim à fomentatione adplicanda sunt cataplasmata: Quippe si localibus utamur præsidijs (cuius rei iam sæpe admonui) ante euacuationem humorum generalem, necesse est uel noxiam quandam aliam uel excall aclionem nimiam subsequi. Corpore nempe κακοχυμικῷ, hoc est prauis succis infarto: Vel crudo quopiã humore cõgesto, idq; uel ex auaro & immodico cibariorũ esu, uel excu pediarũ nimietate magna libidine deuorata: Vel ex nutricatu conchiliorũ, aut sepiarũ, aut ostreorum aut aliorũ id genus piscium: Vel carnibus porcinis, uel cu pedijs pinguibus siue placẽtis quæ Græci uocãt ῥέμματα, id est bellaria (quo no mine aromata eadem gens interdũ indigitat) ualde gelidis: Vel ex desidi & igna ua deniq; uita, lauacrisq; à mensa. Cæterũ si æger egestuosus sit, & tanta paupe rie laboret, ut rerum tam precioſarum usus nihil possit (quoniã copia eius desti tuitur) officere. Nulla aũt panis laboret indigentia, & uescatur subinde lentibus, uel carnibus bubulis, uel ouillis, uel piscibus qui atrã bilem non segniter & sangui nem nutriũt ac pariunt, & ut summatim dicam, cibis utatur melancholicis, to pica uitet pro uiribus remedia, siue fotus siue emplastra, si ue quiduis quod fo ris adhiberi solet aliud fuerit. Quod si qui hoc uictu utentes noluerint neq; secare uenã, neque uentrem euacuare, illis tamen in statu uoluerint uti, paucis diebus uitam finierint. Quoniam adhibitis fomentationibus & cataplasmatis percal facti humor ubertim se adipsum calorem prorripiens hominẽ interficit. Quo circa dum per summum morbi uigorem eiusmodi causſam cernis cum mate ria clyſtere euacuato. Quum autem febris remissior facta sit (quod tempus de clinationem adpellant medici) & meliusculè iã habeat ægrotus, tum absynthio in oleo elixo fouere partem affectam concedimus. Quod si absynthium ad ma num repositũ non sit, alia quædam amara & adstringentia adhibere conuenit. Cuiusmodi est oleum rosarum & malorũ cotoneorum. Melinũ à Medicis uul gò adpellatum. Quum uerò distensio quædam uel cum dolore, uel citra doloré urget, parum Iridis & Cyperum aut aliud quiddam id genus ualde erit condu cibile. Quoniãad lienis robur ea tueendũ cõparata sunt. Summè utique facit si ue interdiu semel duntaxat, siue iterũ, siue longiore spacio continuò adhibeatur. Tertio autem ex oleo fouere tantum abest ut probem, ut uehementer execran dum censeam. Eadem porrhô diligentissimè obseruanda sunt in adhibitione cataplasmatum.

De

De purgante medicamento quod Græci dicunt Catharticon, decoctoq; ab eadem gente Apozema adpellato & in nuctionibus denique.

Quando igitur in melius commutare uidebitur affectio, medicaminum quoque præsidia commutanda sunt. Catharticum itaq; per os sumendũ est quod aluũ clementer deiciat, coctũ in ptisana, uel idem cũ aqua bibendũ. Bibere item expedit ægro tum etiã oxymel, modicè cum cæteris temperatũ. Aqua præterea mulsa pariter & Apomelite (ita enim Græcorũ medici de ablutis ex aqua fauis cremorem uocant,) & lotiũ proritantibus poculis. Verbi caussa, apij & asparagi radicum in aqua elixarum apozemate utendum est.

Per inferna porrhò inijcere conuenit liquores ptisanæ, cui in elixatione adijcias filiculam, thymum, origanum, interius factum colocynthidis, adhæc etiam ueratrum nigrum, centaurium minus, Cnicum (quam recentiores Cartamum uocant) & cappariscortices, & pedem gallinaceum quod Græci βλάβι dicunt, adiecto sale uidelicet. Nitrum insuper & mel & oleũ inijcienda sunt. Euacuat proinde colocynthis petuitam, Cnicus & ueratrũ nigrum, atram bilem, Thymus & thlaspi & centaurium maius deducunt bilem. Ea & per inferna infundi, & potari possunt egregiè trahunt. Ab exordio autem modicè adhibendo, utere.

Pocula cathartica.

Quum igitur curatio proficit, & languenti dolorem remittit, medicamenta cathartica ualidiora, hoc est purgatoria non tantum per inferna, sed & per suprema exhibenda sunt. Exempli caussa: Epithymus cnicus, polypodiũ, semen thlaspi & daphnoides, uel camælæa, quod coccocnidium uulgo dicunt. Trahit autem Cnicus elixus bilem rubeam polypodium mixtos humores, ueluti & capparis, cortex, & centaurium. Quæ sanè in potu dare, & sensim adere expedit. Administranda quoq; sunt in ptisanæ succo, uel oxymelite in poculis. Cnicus igitur & polypodiũ, & ueratrum nigrum mixta ptisanæ decoquantur. Quod si id facere detrectaueris, & sumpserit laborans pro edulio halicam, uel alia quæ crassum humorem procreant cibaria, (quæ Græcis παχύχυμα dicunt,) lien omnino in scirrhum conuertetur, & uel omnem curationem respuit, uel ægerrimè medicabitur. Cæterum illud ignorandum non est, quod lien & iecur neque per auspicia inflammationis, neque in ipsa inflammatione efficatioris potentiæ medicamento exactius perpurgari citra anceps discrimen poterit. Quoniam inflammato iocinore tumescit, tumens autẽ arctiores reddunt meaculi: proinde medicamentum catharticum nullo modo potest ibi accumulatos humores exhaurire & educere. Lien itaq; quũ in ipso summo phlegmonis incremẽto, tum in remissione quoq; uiolentis poculis magis magisq; exacerbat. Quin ne foris siquidẽ proficuũ fuerit in uigore inflãmationis pluribus medicaminũ præsidijs lienẽ onerare, pinde atq; spes aliqua mutãdi uel discutiendi malũ restaret: nã uniuersa tãta quãta est lienis essentia, inde nõ modò

non

non emendatur, ſed in deterius ſubinde uertitur, & magis indureſcit. Quo circa in ipſa lienis phlegmones conſiſtentia placida & blanda admodum medicaminum auxilia, quæ Græci ἀνετικὰ dicuntur gnauiter adhibenda ſunt. Cuius ſortis cenſentur quæcunque quæ exiguas & mediocres in calfaciendo & humectando uireis obtinent, & nullo modo ea quæ ficcifica ſunt. Porrhò cataplaſmata pariter & fomenta, ut ſupra compræhenſum eſt admouere expedit. Corpus itaque perpurgatum humoribus calidis decurrentibus lætatur. In ſummo igitur uigore ad cataplaſmata huiuſmodi confugiendum eſt.

Qui, & ex quibus oporteat cataplaſma concinnari.

Vbi ergo ad ſummum mali incrementum deuentum olfeceris, deueniendum ad cataplaſmata eſt. Si ægri naturam calidam cognoueris, & humore exhibentem negocium biliоſum, ex rebus moderatè calidis fingere cataplaſma conuenit. In quo cenſu numerantur ſemen lini & oleum ex anthemide quã noſtri uulgò Chamomillã uocãt, per moderatè etenim calfaciũt. Quo nomine fabuli etiam farinam, uel polentam hordeaceam (quam una uoce Græci ἄλφιτον adpellant) adijcere competit: nam & ipſa mediocres in calfaciendo uireis poſſiẽdt. Nos uerò in ſolemni uſu, quemadmodum pluribus conſtat, Artomeli (Eſt uerò Græcis Ἀρτόμελι panis cũ melle cõfectus) cũ aqua habemus, quanc̃ꝫ in affectionibus lienis interdũ admixto aceto melleã, ut ſic dixerim. Cererẽ exhibere meo more, licebit. Cæterũ ubi particula quã obſedit inflammatio, nõ fuerit ingẽti ardore oppreſſa, res autem ipſa digeſtionẽ, euaporationemc̃ꝫ (quam Græci διαφόρησιν dicũt) neceſſariò efflagitet, eis utic̃ꝫ quæ à nobis enumerata ſunt τήλιν, hoc eſt fœno græcum abſq; admixtione aqua adijcito. Verùm ſi inflammatio extiterit ſcirrhoſa, quẽadmodum ſi lienis humoribus denſis ac craſſis fuerit obruta, acetum uſurpare conuenit. Aptiſſimũ ad hæc fuerit ſi amarulenta quædam admiſceas, id quod præcipuè proficit lienoſis. Lien etenim craſſioris ſucci ex iocinore abacti quaſi receptaculũ eſt, quoniam ſemper pinguiorem ex eo uiſcere humorem attrahit. Proinde cataplaſmata ex abſynthio & cappari concinnata, lienoſis ſumma cum utilitate adplicantur, uel eadem extra quoque cataplaſma commodiſſimè adhibentur, & acetum affectione remittente. In morbi præterea remiſſione, medicamẽta purgante copioſiore uti congruit. Edulia ad hæc ſubtilioris eſſentiæ & uinum partim tenuium & colore candidum in hac affectione conſtitutis porrigendũ eſt. Hac enim uero ratione perpurgantur, alui ſedimina deijciuntur, & inditur robur lieni, locioc̃ꝫ ita proritato febris profligata per urinam facile diſcedit.

Qui nutricatus in ſtatu expediat.

Caro ueruecea porrhò pariter & ſuilla, alica item & oua, piſcesc̃ꝫ quũ maritimi tũ in paludibus ſtagniſue degẽtes, ut hoſtilia manibus, pedibusc̃ꝫ fugienda ſunt. Ex auibus. Vt illarum quæ in montibus & aridis ſedibus uitam

uitam agunt, utilissimus esus, ita & palustrium & aquatilium alitum pernicio-
sissimus cibus est. Profectò quum ignari Pœoniæ artis, indigni nomine medi-
ci, uel hallucinantes clynici, lieni pinguibus & prauis humoribus obruto labo-
rantibus quadrupedum carnes, & in summo mali incremento oua tremẽtia sor
biliáue edendum offerunt. Et qui malè sani (in quorum numero nonnulli haben
tur) ita habentibus sorbitionibus ex tritico, uel potione cui propterea quod ma
ximæ in alendo potestatis sit cognomento alica, quam dicunt ex Zea fieri quæ
â quibusdam adpellatur Alica. Vel cõcinnatis ex ijsdem rebus edulijs copiosiori
bus succurrere moliuntur, nõ modò spe, proh dolor, frustrãtur & turpiter se exhi
bent, sed languẽtibus sontico periculo & maximo incommodo existũt, adeò ut
labores, doloresq; subeant grauissimos, ut uel mortẽ citã oppetant. Nã alica ut
in morbi decessione exhibita nonnihil auxilij adferre poterit: Ita in statu semper
officere plurimum consueuit.

Quæ potiones expediant.

Remittente itaq; iam se inflammatione non tam quæ supra compræhensa
sunt, cũq; quæ pingues & glutinosos tenacesq; succos in phlegmone compa
ctos non extenuandi solum uires possident, sed proijciendi quoq; & discutiendi
uiscidos inibiq; fixos humores pocula offerre expedit. Prætereà quæ obturati-
ones expediendi, relaxandi, & prorsus tollendi quæcũq; lieni mordicus adhærent
potentiã obtineut, & robur interim lieni inserunt. Cuius utiq; sortis cẽsetur asple
non herba (quã uulgò Latini Scolopendriã uocant) capparis tum cortex tum
semen, & id genus quædam alia quorũ mentionẽ paulò post uberiorẽ faciemus
ubi de lienis duricia non sensili, quẽ scirrhon Græci uocant agemus. Hic uerò lo
ci nõ nisi hæc duo quibus prærogatiua quæ indita est in medicando Lienem re
censeo. Galenus nanq; super his duabus speciebus hunc in modũ infit: Cuiusmo
di salubritatem absynthiũ iocinori adhibitũ adfert, eiusmodi lieni Capparis cor
tex; & cũq; salutare est illi Eupatoriũ, tam salubre est huic scolopendria asplenon à
Græcis (ut diximus) adpellata. Hisce igitur rebus medicaminosis & id genus a-
lijs remedijs utraq; hæc uiscera egent.

Epithemata Lieni conferentia.

Epithema uerò cui ab authore Nileon inditũ nomen est, in huiusmodi exti
huius ægritudinibus tempore quũ summi uigoris tum remissionis aptissi
mum iudica. Adhæc prætereà ceratum lienosis in summo incremẽto, potissimè
in tenella & molliuscula corporis constitutione imponere summè proficit. Et
certè epithema quod ad me authorem refertur.

Epithema Tralliani nobile.

Idhabet bdellij, aloës, thuris, croci, hyssopi, cerati, & sordiũ quæ inter ouiũ co-
xendices colligunt, singulorũ portiones æquales, uel cuiusq; quantũ rei præ-
senti cõuenire uidebitur, & alias insuper species quæ inibi recẽsentur. In Decre
mẽti uerò tẽpore phlegmones, numerosa sunt & alia epithemata quorũ usus nõ
iniuria cõmendatur, ex gutta nẽpe ammoniaca, & bdellio cõcinnata. Quũ igitur

T phlegmo

phlegmone insummo uigore incendiosa uidebit, Nilei epithema, oleo chamæmelino & cerato, aliquantulũ aceti habente, diluendũ est. Illud uerò hic silentio præterire non possum, eodẽ quoq; epithemate, ceratóue perinde atq; oxylæo esse utendũ: nempe cũ lana succida & sordida ceu recens ab ouibus detracta necdũ mũdata, in eodẽ epithematis cõfectura imbuta lieni superinducito, atq; si distẽtione uexant, sanitati restituet. Proinde per exordia febricitãtibus aquã frigidã in paroxysmo porrigi nõ debet, neq; est eadẽ semel auidè ingurgitãda. Nos etherclehaud infeliciter, lienis inflãmationes adspergínibus ex aceto, uino, & oleo cõspergere, & fouere locũ cõsueuimus. Quibus nõ rarò aliquid & parũ quidem ceræ, hyssopũq; ceratũ cõfundere expedit. Fructus præterea uino uel aceto, uel oxycrato, uel melle Attico, uel hydrælæo decocti, facto cataplasmate nonnunq; usurpandi sunt. Quin & pulegiũ & thymũ & origanũ & folia lauri, & saluia, & artemisia, sal itẽ & nitrũ cataplasmati admiscẽda sunt. Certè si ea quorũ meminimus nõ acuratè summaq; cura perpetrata fuerint, in scirrhũ trãsit inflammatio: Quo circa in præsens non absurdè de illo quoq; orationẽ facere instituimus.

De sarrho Lienis & eius curatione Caput XXVII.

PHlegmone igitur lienis improbè curata in tumorẽ præter naturã spaciosissimũ cum duricia insensili, quẽ σκίῤῥον Græci adpellant, tantæ duricíei assurgit, ut tactu noncedat, sed renitatur. Praua adhæc quædã partis intemperies ingruit. Cæterũ eius mali quantitas essentiæ est occasio, quoniã in eo humor quidã fixius adhæsit, uel flatulentus spíritus uel utriq; pariter mixti & præter naturã aucti, à naturali amplitudine nimiũ discedunt. Deprehendes aũt dissidiũ inter humorẽ & flatuosum spíritũ his notis: Si flatus duntaxat tumorẽ inducit, tactui strenuè renititur, neq; uel tantillũ subsidet, distẽsi oq; cũ dolore pungitiuo lienẽ excruciat. Si cũ pondere grauedo unà cũ memoratis indicijs leuã corporis partẽ adfligit, cũ humoribus uentos lienẽ occupare certissimè putato: idq; statim per exordia. Tractu nãq; tẽporis inueterato morbo, & humoribus incrassatis uel ex algore exuperãte, uel ariditate scirrhus efficitur. Est uerò quando citra inflammationẽ oborit. puta in tumore nímio. Hæc utiq; hunc in modũ usu uenire assolent. Distensio itaq; pariter & ponderositas cũ intensissimis punctiõibus fit, duricie nõ accedente. Cum mixta uerò humore & flatu uidebitur mali occasio, ueluti si tumor mollis simul & punctiræ eius partis uchementes infestãt, solum humorem mali causſam portendunt.

Sarrhi Lienis curatio.

Historia. NOn te fugit, puto clarissime Cosma militẽ quendam uenisse ad me, qui uniuersum lienis locũ barbaricis cauterijs ardentibus miserè & immaniter notatum habebat, nostrũ implorantẽ auxilium. Admouimusitaq; rei manũ, & in hoc tum per biduũ ac triduũ clementibus medicaminibus purgatorijs hominẽ euacuauimus. Postmodũ summo studio exactaq; diligentia idoneis & opportunis medicaminũ præsidijs adhibitis, breui sanè militem male affectũ pristinæ sanitati, eo qui sequitur ritu, restituimus.

Qui

Qui ãbatus Splenetícis ſírrhoſis conueniat.

Præcepímus porrhò ut índies ſumeret cum melle conditos ptiſanæ ſuccos, & píſces ſquama intectos, & aſperos. Ex auíũ uerò genere pullos & perdíces, phaſianos atq; id genus alias coctu non difficiles, boni ſucci, quæ non temerè, ſed antea pulchrè macerata obtuli. Edulíjs uerò cæteris quæcũq; uídelicet humores uíſcidos & ſpiſſos procreant, interdícimus. Carnibus ítem bubelis, ſuillis, ueruecéis, caprillis, hœdínis. Auibus prætereà aquatílibus, paluſtribusq;. Piſcibus ínſuper, ín lacubus & ſtagnis degentibus cunctis, maritímis itídem íjs quæ carnibus duriuſculis, & ſpiſſis & non candído colore prædíti ſunt. Neque admíſimus etíam polypos, telphos, techlías, neque ſæpias, orphiósue, non oſtrea, non cõchías, non bulbos, nõ peponas ex melle & eo pane quem Trí uulgo Arabes nos it ria adpellamus concinnatas. Et ut paucis ínnumera abſoluamus, non quæcunq; flatus ſolent gignere & duræ carnis ſunt & ſpiſſa, & cõcoctíoni renituntur uel ſumpta ægerrimè conficiuntur ne per ſomnium quidem, ut aíunt, manducare mandauímus. Merũ porrhò craſſum ſubſtantia, atrũ colore, & uiribus aſtringens, mínimè gentíum íta habentíbus potandum eſt: Verum his conditíonibus quas Hippocrates deſiderat prædítum. Præcípit autem ille uínum ín lienís durície non eſſe præbendum níſi craſſitudine deſtitutum, non multum algídum, neque adeò calídum, ſed medium inter utrunque exceſſum obtínens. Hæc eſt igítur nutrícatus ratío, qua ſplenetící nempe uíſceris eius ſcírrho obnoxíj maximè cíbandí ſunt.

Pocula quæ in Lienis ſírrho ex re & uſu ſunt.

Pocula adhæc quæ ex re & uſu uídebantur míſcuímus ex radícibus capparíní confecta, & ex aſpleno, tamaricís radícis cortice. Quæ ſanè hunc in modum ín uíno elixa potui dare expedít. Príncipio huíuſmodi ſimplícia quídem ſingulatím porrígenda ſunt. Poſtremo autem uelín oxycrato cocta, uel cum oxymelíte uel ſolo cum acero elixa, miníſtrantur. Exhibuímus uerò nonnunquam & certè non ínauſpicato huíuſmodi ſpecies crudas quídem, ſed cum dí&tis líquoríbus contritas ſuo díerũ ambítu, & certa lambente período. Cæterum non erãt potiones iſtíuſmodi perpetuæ aut díuturnæ, ímò ultra bíduũ ac triduum nunquam ſuppeditauímus. Quin etíam per uníuerſum hyemis ſpacium oxymel purum, & cítra ullam admíxtionem bíbere iuſſímus: Quandoquídem ammíxtis iam prídem enumeratís ſimplícibus elíxis, aqua calída dilutum & temperatum quum ante cíbum, tum ſumptis edulíjs quotienscunque bíbendí líbídinem habebat ſiue noctu ſiue interdíu nullo díſcrímine, haurire per melícuit.

De Sanguinis detra&tione.

Quum ígitur per hyemem huíuſmodi tam lentâ medícatione adhibíta prímo ueris tempore longè meliúſculus, & plerísque doloríbus ímmunis eſſet míles ille cœpíſſet, & lienis eſſet utcunq; comminutus, & magna ex parte

emendatus usum est mihi non importunum esse si iam poculis uberioribus & maiorum uirium potentioris q; facultatis, quæ lienem ad unguem perpurgare ualerent, uterer. Quam obrem splene, ut dixi comminuto, ad medicamenta ualentiora (quæ etiam largius exhibui) confugimus: Deinde statim circa medium uer sanguen ubertim facta incisione uenæ leui brachij, detraximus. Postea uigintiquinq; dierum spacio interposito, medicamentum hunc in modum concinnatum adhibui: Spicæ nardi, corticum radicum capparis, foliorum tamaricis, herbæ aspleni (quam scolopendriam uocari uulgo ostendimus) lapidis pyritæ uniuscuiusque denariorum pondo duodeuiginti, myrobalani denariorum pondo decem, guttæ ammoniacæ thymiamatis denariorum pondo octodecim, capilli terræ (quam Græci ἀδιάντου & πολύτριχον uocant, Itali Cinnamalem herbam & supercilium terræ) denariûm pondo sex, stœchados denariorum pondo quatuor, scolopendrij denariûm pondo trium. Pange pastillos cum melle denarij unius pondere. Militi una datione porreximus semper unũ pastillum oxymelite dilutum. Mox uerò ubi lien duritiam posuisse & satis molle ne dicam eliquatũ uidebatur, lenibus ac lentis per os exhibitis catharticis sucos redundantes euacuauimus. Per aluũ uerò ualentiora medicamẽta purgandi ui prædita exhibuimus. Nempe διὰ κολοκύνθιδος Hicræ denariorum pondo trium. Hinc inter æstatis primordia non denarios modò treis, uerum iam unciam dimidiatam præbui. Adeò quidem mordicus prædictorum medicaminum ritum obseruans, ut nelatum quidem unguem discedere ab ijs languidum permitterem, non unam supersedendo dieculam. Porrhò quum iam tantum non ad pristinam reuersus esset sanitatem, iussimus deinceps semel atque iterum rapi terræ (quæ κυκλάμινος Græcè uocatur) radicis denarij pondo unius in aqua mulsa post singulas potiones sumere. Emundat etenim cyclaminos per occultos meatus ac sudores, lieni negocium exhibentes prauos humores, maximè si medicus uel is qui assumpsit ei ad expellendum suppetias tulerit pannos forinsecus percalidos officiosè adplicando.

Videtur Alex Aſplenon acc pisse pro Scolopendrion.

Pocula quæ robur Lienosis indunt.

Inter hæc, & post hæc magis quæ enumerauimus medicaminum auxilia, lienem quoque ipsum roborare expedit (uireis enim ipsius deiectas esse non est dubium) quod utique munus, si cuique alij, tutissimè huic potioni, quæ exsequentibus instituta est, committitur. Potissimè autem ne omnia recenseam, ex aspleno scolopendriáue & capparí. Neque fuerit alienum in hoc etiam epithemata conficere puta ex Auripigmento quod à Græcis uocatur ἀρσενικὸν & alumine & id genus cæteris. Id sanè remedium locũ inter gelidum & feruidum medium ad unguem obtinet. Cuius generis cõfecturas aliquas nempe precioſas & ad rem plurimũ pertinentes in præsens haud importunè, puto, memorabo, inter quas non ultimum locum hæc obtinet.

Potio

Potio Lienem roborans.

Lienosis comprimis cõpetit potio constans ex guttæ ammoniacæ, pulegij singulorum denarij pondo unius, quæ potui detur cum aceto. Aliud poculum splenecticis expediens hoc est: Altera potio lienosis conferens, habet corticem salicis mediastinam & foliorum eius pondo quantum uidebitur. Coquuntur in aquæ xestis duabus usque ad consumptionem partis dimidiatæ, quas tribus diebus oportet potui dare.

Epithemata pro Lienosis.

Transitus nunc est ad epithemata, quorum sanè primas tenet id cui uis est laxandi, & emolliendi. Conficit etiam quæ deuorata sunt in uentre. Summè præterea facit ad strumas, & abscessus sub auribus, quas Græci παρωτίδας nuncupant, & ad ægrimonias artuum, & ad medendam calcanei plantæ uel suppurationem, uel alios huius partis dolores, & ad torsiones denique uentris. Est uerò eius compositio huiusmodi: Bdellij Scythici, seui porcini, guttæ ammoniaci thymiamatis iridis Illyricæ cuiuslibet denariũ pondo sedecim, liquoris panacis, quod oppopanacum uocant, denariorum pondo octo, canchryos, styracis, thuris, galbani singulorum tantundem, rhesinæ terebinthinæ denariũ pondo quadraginta octo, piperis grana centũ & sexaginta, amurcæ olei (quod Græci ὑποσκόμμωμ uocãt.) Irini quantum satis est. Habet uerò hoc medicamentũ uireis incidendi & uirtutẽ emolliendi. Neq; profectò reperiri potest aliud, quod illi duricias molliendi uiribus respondeat. Concinnatur autem non aliorũ epithematum more ad ignem eliquatum, sed in mortario contusum, adiecta cera cum cæteris simplicibus. Verum inter tundendum pistillus fecibus irini perungatur usq; dum singula probè commisceantur. Esto autem gutta quæ sumitur ammoniaca recẽs & styrax pinguis, bdelliũ, ut diximus, Scythicũ, quibus oppopanacũ ritè admisceadũ est. Quibus omnibus simul cõtritis, repostulãte utere.

Malagma Amithonis.

Epithema siue malagmà à re uocare mauis, propterea quod est μαλακτικόν, hoc est mollificatiuũ, adhæc etiam διαφορητικὸν existit, hoc est euaporationem faciens & digestionẽ. Conducit aũt ad iliorum (quæ ὑποχόνδρια dicuntur) distensiones, quoniã durícias discutit & soluit. Medetur quoq; impeditis artubus qui ægerrimè mouentur. Et summè facit ad lienis affectus, cuius duricias egregiè permollit, dissicit, & amputat. Huius autẽ compositio talis est: Guttæ ammoniaci thymiamatis denariũ pondo sedecim, ceræ tantundẽ, rhesinæ terebinthinæ denariũ pondo nouẽ, bdellij pondo octo, thuris, myrrhæ denariũ pondo quatuor, galbani denariũ pondo octo olei Cyprini heminæ sex. Myrrhã, bdelliũ, thus macerato in uino. Guttã uerò ammoniacã in aceto eliquato. Contundantur inde omnia in mortario, pistillũ oleo Cyprino quẽadmodum cõprehensum est supra oblinito. Habent etenim hæc duo emplastra eximiam emolliendi facultatem.

Aliud generosum epithema.

Est uerò hoc quod nunc tradam longè efficatius epithema, & ualidius ad inducendam euaporationem siue etiam digestionẽ & duricias attenuandas, atque tollendas, quàm proximum. Quemadmodum ex stercore caprino pariter & oppopanace cum aceto institutũ: nam id humores strenuè extenuat, & discutit, nec euacuat solum ualidè succos uiscidos & incrassatos, sed solidas etiã corporis particulas. Facit idem stercus caprillum per se cum aceto. Proinde Galenus quoq; non uno in loco idem tumoribus ex spissis humoribus indurati sum mopere expedire asserit. Inscribitur autem altera hæc de qua agimus nunc confectura μάλαγμα Asclepij, sumpto ab authore nimirum cognomine, est autem eius hæc descriptio.

Malagma Asclepij.

Habet id cerælibram unã & dimidiam, picis Brutiæ quam uulgo Colophoniam dicunt denariũm pondo sex, chalbanes denarij pondo unius, succi panacis denariũm pondo sex, sordium ex aluearibus apum denariũm pondo trium guttæ ammoniacæ denariũm pondo sex, uel ut alijs uidetur denarij pondo unius & semis, olei heminas duas, aceti xestas treis, excrementi caprilli (quã σπύρα θῳ propriè Græci uocant) thuris cuiusque denariorum pondo trium, myrrhæ tantundem. Guttam Ammoniacam primo in aceti xesta una leuigato, deinde thus, & myrrham, & liquorem panacis, & spyrathum immitte & denuo conterito. Sordes uerò ex aluearibus & Chalbanen in mortario contundito: cerã cum rhesina colophoniæ in olei heminis duabus dilue. Quæ ubi coierint, Propolin hoc est sordes apium quæ lecta est ex aluearibus insere, rudiculaq; agitato assiduè, & cũ primum incrassata & coacta in unũ cernuntur, sublatũ ab igne refrigerari finito, & circunfricato, oraq; undiq; abradito, & species cõtritas immitte. Deinde commixtis interse omnibus, collige. Hæc quippe sunt quæ euaporandi & digerendi, emolliendiq; uireis obtinent medicamina.

Epithema robur indens lieni.

Medicamenti ex auripigmẽto & alumine, cuius mentio facta est paulò superius, imbecillo lieni robur inserẽtis, quod militi imposuimus, hæc est cõpositio. Ceræ Creticæ Tyrenicæ ue denariũ pondo nonagintasex, rhesinæ piceæ pitymæ ue denariũ pondo sedecim, rhesinæ trixæ denariũ pondo nonagintasex auripigmẽti fissi, aluminis cuiuslibet denariũ pondo duodecim. Metallica curiosè in aceto acriore læuigato, & inceratũ cõpingito admixto pauculo olei ut ere. Hæc est sanè curatio qua miles ille lienosus ritè curatus, ad integram sanitatem reuersus est.

Aliud epithema spleneticum & hepaticum.

Est præterea adhuc aliud epithema, quod in utrisq; corporeæ molis lateribus diaphoresim, hoc est digestionem euaporationẽm ue elicit, & proin-

de

denon tam lienosis quàm iocinorosis præsentaneo est auxilio. Eius descriptio est huiusmodi: Ceræ, rhesinæ terebinthinæ, hyssopi Athenienſis, iridis Illyricæ denariûm pondo sex. Quæ eliquanda sunt, eliquant̃, cæterisq; ammixtis, utere. Quod si manat ubertim sudor, quem, ne impedimento sit, è medio sublatum cupias absterge, & oleo de absynthio perlinito. Detersoq;, ut dixi, sudore, ad illud epithema confugito.

Distentionis, inflationis sue lienis curatio.

VBi porrhò ex supra cõprehensis notulis lienem obflatulentos quospiam spiritus inibi concitatos, distendi & indurescere olfeceris, ita quidem ut scirrhus subesse uideatur, & punctionibus nescio quibus dolorificis admodum, citra omnem loci lienis grauedinem, excrucietur languidus, mirum quàm præsenti auxilio fuerit Dispoliticon medicamentum in hũc modum instructum, ritè sumptum.

Diospoliticon & eius compositio.

RUtæ uiridis pridie decerptæ, piperis, cumini singulorũ denarij pondo unius, nitri denariûm pondo quattuor. Quod si languentis aluus astricta sit, sumatur nitri denarius unus. Macerabitur autem per triduũ cuminum in aceto maximè acri: deinde continuo siccatum contundatur in puluerem, cæterisq; tribus figillatim in farinam redactis, mel optimũ & despumatum adijcitur. Postea concinnatũ scitè in pixide uitrea reponitur. Sumendũ est medicamentum hoc & ante & post cibum, mẽsura mystri unius. Discutit id eximiè flatuũ ut antea demonstratũ est collectiones uentriculi, & reliquorũ uiscerum flatulentũ spiritum expellit, & stomachum excitat, coquendiq; facultatẽ adiuuat, † aluum adstrictam lubricam reddit, † pituitã differat, ructus tollit, thoracis ægritudines ac uitia laterisitem & iocinoris, lienisq; & renum demulcet, placatq;. Appositum præterea sic affectis puta stomachi, uentris, iecuris & splenis uitio oppressis, existit, eligma διὰ καλαμίνθης, ide est ex nepita confectum, & διὰ τῶν τριῶν πεπέρεων quod est è tribus piperum generibus, & διὰ σπερμάτων hoc est ex seminibus, institutum. Quin & cucurbitula uentri impositа utilis ad idem est. Summæ ad hæc utilitatis sunt: Nigella, apium saxatile quod Græcè uocant petroselinon, anisum, & cuminũ, uel panibus indita, uel cæteris cũ epulis ac dapibus ammixta. Cõuenit uerò imprimis infantibus, & maximè in uino læuigata potui dare, uel semina cõprehensa redacta in puluerẽ adspergantur. Vetonicam insuper & adiantum & filiculam admiscere alienum non est, potissimè si duricie summa lien afficiat. Qua in constitutione scolopendrion quoq; & asplenon adijcere expedit. Hic mihi tempestiuum uidetur ex Galeni methodo eiusdem authoris sententiam super huius uiscerí flatulentis spirítibus decerptã in medium promere. Quo cõmodius unicuiq; causſæ oportuna antídota, uel pastillos, uel epithemata, quæ uir ille expertus est, uel quæ nos experimento & usu cognouimus, & compositurã eorũ explicare queamus.

† *Alias bilem*

C. Galeni de lienis ſcirrhoſis pariter & flatulentis uitijs ſententia Caput XXVIII.

SCirrho igitur (cui lien ualde oportunum eſt,) ſplenis laborantibus non extrinſecus modò ualentiora medicaminum præſidia, adhibere congruit, uerùm pocula quoque uiolentiſſima potui dare. Facillimè etenim & citra moleſtiam tollerabunt. Oportuniſſima itaq; capparis corticũ radices, & ſcolopendriũ, & tamaricis quũ cortices tum radices, ſiue etiam cymæ, hoc eſt tenerrimi in ſumma ſtirpe coliculi. Sunt ue rò hæc omnia in aceto, ſeu oxymelite elixanda. Proinde lienis interdum, & id quidem frequentius tactui præ duricie, ut apparet, reniti contumatius uidetur. Neque tamen obid ſcirrhoſus ſtatim tumor eſt, ſed flatulentorum potius ſpirituum collectio. Qua propter huic malo medendo, locum abſynthij macerati decocto fouere, dein rei adpoſitum medicamen emplaſtrum ue inducere expedit. Cæterùm quæcunque in hac conſtitutione adplicantur, mixtæ ſint, confuſæ'que potentiæ. In quo cenſu eſt id, quod ex ſulphure, & alumine conſtituitur. Cuius utique ſortis compluria in commentarijs de medicamentum compoſitionibus tradita ſunt cætera. Animum autem attendere oportet, ut eadem quæ adhibentur medicamina, triplicem, euentandi ſcilicet emolliendi, & adſtringẽdi facultatẽ obtineant. Quantitas item permixtionis obſeruanda. Nam quibus lien ex ſpirituum inflatione in tumorem aſſurgit ampliorem, non fuerit alienum ſanè plus aluminis medicamini adijcere. Sin ſcirrhoſus magis inibi tumor ſit, quàm flatulentus uehementioris diaphoreticæ mollificantis'que facultatis, mediocris uerò adſtrictoriæ uirtutis admiſcenda ſunt medicamenta. Inter incompoſita autem quæ extenuandi uim habent medicaminum auxilia, flos ſalis principatum tenet, indurata lieni extrinſecus cum uefica ænea impoſitus. Emolumenti nanque plurimum is hac in re adferre conſueuit.

Cymæ.

Epithema iocinori, lieniq; iuxta competens.

ADiecur pariter & lienem confert epithema quod habet: Aluminis liquidæ, ſulphris ignem non experti, (quod ἄπυρον Græci, Rhomani uiuum nuncupant,) nitri rubentis uniuſcuiuſque denariorum pondo ſex, guttæ ammoniaci thymiamatis, florum labruſcæ, corticis radicis capparis cuiusli bet denariorum põdo ſex, picis aridæ, rheſinæ frixæ ſingulorum libræ pondo unius, olei Cyperini uncias ſex, aceti quantum ſatis eſt. Hoc quippe ualde generoſum, ſummæ'que efficaciæ in id genus uiſcerum adfectionibus exiſtit epithema.

Hypotirion epithema.

Lienosis porrhò & aqua intercutem laborantibus, nonnulla quoque alia epithemata summè congruunt, cognomento Hypotiria. Quoniam non humores tantummodo ex alto foris extrahunt, sed & dolores quoque amouent, & scirrhos, cæteras q; duricies soluunt & discutiunt. Verbi gratia illud quod accipit: Rhesinæ frictæ libras treis, ceræ, picis aridæ singulorum libras duas, aluminis atri ac liquidi, nitri, sulphuris uiui, pollinis thuris (quam mannam uocant) uniuscuiusque libram unam, aloës uncias sex, pyrethri, mali terræ,) quam ἀιρισολοχίαν Græci dicunt) cardamomi, uisci quercini, guttæ ammoniacæ, bdellij, radicis cucumeris agrestis uncias quatuor, olei hyrundinariæ tantundem, aceti xestam unam. Alumen itaque eliquato, sulphur & nitrum læuigato, guttam ammoniacam cum aceto diluto, aridisque in puluerem redactis, liquida admisceto. Reputare uerò inter hæc oportet id quod ex alumine fit & sulphure medicamentum, quoniam ad eadem est efficax, adhæc etiam epithema διὰ σπερμάτων, præsertim in lienis spiritibus inflati medicatione. Illud enim uerò quum per se, tum, & tum quidem imprimis, adiecto alumine & sulphure eandem efficatiam obtinet. Sed ex seminibus concinnatum, atque ob hoc διὰ σπερμάτων à Græcis adpellatum flatuum materiã essentiam q; abscindit, & congestat, dissipat, cætera maturat, digerit, & expurgat. Proinde geminas διὰ τῶν σπερμάτων epithematum compositiones subnectere haud indignum operæ precium putaui.

Epithema dià tôn sperma'ton, hoc est ex seminibus contextum.

Habet cardamomi, herbæ sabinæ singulorum uncias sex, Cyperi, baccarum lauri, cassiæ fistulæ, sertæ Campanicæ, fœnogræci Gallici, seminis apij, maioranæ, anisi, panacis radicis, thuris, seminis fœniculi, guttæ ammoniacæ, rhesinæ terebinthinæ uniuscuiusque uncias treis, mellis, olei nardini, seui taurini, ceræ, cuius que libram unam. Summè facit ad inflationem uentriculi, iocinoris atque lienis.

Aliud epithema dià sperma'ton.

Alterum διὰ σπερμάτων quod ad idem facit constat ex cardamomi yrci Cyperini, sampsuchi, nitri, anisi, ammeos, apij seminis, fœnogræci, baccarum lauri, guttæ ammoniacæ, cuiuslibet uncias treis. Seui taurini cotylam unam, ceræ denariorum pondo decem, colophoniæ tantundem, mellis libram unam, conformato epithemate utere. Potest idem pari pondere uel ampliore misceri cum medicamento ex alumine sulphure q; confecto. Cæterum si tumor lienem infestat, calor item & aridi tas magna cum utilitate ministrantur folia, uel cymæ uel radices tamaricis, & herba asplenon, lactucæ. Sunt enim hæc quæ nullam habent neque euidentem, neque nimiam calfaciendi naturam, neque lien accendunt, tum porrhò præcipuè si cum oxymelite exhibeantur. Oportet autem ab initio eadem elixare, tractu uerò temporis bene cõquassata eadem exhibere

exhibere conuenit. Ex eodem censu sunt folia salicis, & liber eiusdem arboris & radix. Quin & purgamenta ferri quæ in aquæ temperamento relinquuntur lien egregiè cõminuunt, remittunt & resoluunt. Vinum igitur uel acetum in quo ignitum ferrum recens exigne sublatum, extinctum sit potui dato, potissimè durioris carnis corporibus & robustis cuiusmodi is de quo iam egimus miles extitit.

Pocula ad lienem.

Reuertor denuo ad potiones, quibus in ferrum candens extinctum sit, intra exordia enim ingentium affectionum lienis in mollibus ac delicatis etiam corporibus, haud parum emolumenti conferunt. Nec ab initio saltem, sed multis deinceps diebus. Adijcere ergo quis poterit squamam ferri, cymas absynthij, piperis paululum, ne lædant stomachum. Præstantius autem redditur si in huiusmodi lienis intẽperie Pelecinum admisceas & herbam auriculam muris μυὸς ὦτα à Græcis cognominata. Quemadmodum cõtrà in frigida distemperantia cassa, costum, serpillum, anisum, & huiusmodi. Dantur autem in calida intemperie pelecinus, & auricula muris utiliter, quoniam perquàm efficaces sunt, & lienem strenuè resoluunt, intemperiemq; emendant, & ut comminuunt ita rursum increscere prohibent. Frigidam uerò inteperaturam ac aridam præcipuè iuuãt, trixago, gentiana, myrobalanũ, calamentum, cyclaminus (quam rapum siue umbilicum terræ Rhomani nominant,) Peucedanus, acorus, scordium, trifolium, hypericum, uitex, liquor pinestelli (qui ὑποπιτυίδιον Græcè uocatur,) Centaurium quum maius, tum minus aridum, scolopendria, farina lupinorum, & id genus cætera. Alia uerò cum uino, & aqua, & oxymelite pota prosunt. Phœnicobalanus qui & myrobalanus uocatur, & à quibusdam dactylus, nisi cum oxycrato, id est posca sumatur, uomitione cõtinuo ejicitur. Oportet aũt singula præscripta ratione, ritu q; accuratius admouere.

Galenus uocat ἀδύσαρον.

De Pastillis.

Vsus etiam rotularum quarundam probatur, potissimè quæ stomacho non officiunt. Quarum trium confecturas selegimus. Equibus primus est orbiculus uentriculo peridoneus. Vtilis uerò est contra omnes lienis affectiones, cõuulsiones, attritus, erosiones ue, flatuum collectiones, & muliebres afflictiones. Habet autem is, myrrhæ denariorũ pondo sex, spicæ nardi Indicæ denariorũ pondo quatuor: uel loco nardi Indicæ sume nardum Gallicam pondere denariorum sex, costi denariorum pondo sex, succi panacis dyptami, corticis radicis herbæ statariæ, corticis radicis capparum, Periclymeni (Latini inuolucrum maius uocant,) radicis corticis, rubiæ aptæ tingendo, guttæ ammoniacæ uniuscuiusque denariorum pondo quattuor. Sunt qui iridis quoque denarios duos cum dimidio adijciunt. Conformantur hæc in pastillos cum oxymelite ponderantes grammata duo singuli: Quorum

unus

unus iuſtam doſim explet, admixto oxymelite. Hic uerò paſtillus, cuius ipſe parens ſum, cum additamento admirandi effectus eſt, & cunctis lienoſis affectionibus peraccommodus, maximè uerò grandi eiuſdem extituméri, & duríciæ immodicæ. Conuenit idem non tam adultis & natu grandioribus, quàm ipſis quoque pueris, præcipuè ſi amyli pluſculum admiſceas. Deſcribam nũc alium qui in potione hauritur orbiculum, nulli bonitate ſecundum, quem ipſi creberrimè porreximus, & uſu commoditatem eius cognouimus.

Alius paſtillus nobiliſſimus.

Habet corticis radicis capparum, tamaricis, aſpleni herbæ, ſquamæ ferri, lupinariæ pelíciniue uniuſcuiuſque denariũm pondo ſex, myrobalanorũ denariũm pondo decem, guttæ ammoniacæ denariũm pondo octo, ſtochardos denariũm pondo decem, abſynthij pontici denariũ pondo quattuor. Conformato inde paſtillos denarij pondere & cum oxymelite potui dato ſemper una doſi unum.

Epithema aliud ad idem.

Reſtat adhuc præſentis auxilij à nobis concinnatum haud inutile epithema, cuius compoſitio talis eſt: Myrobalanorum piſtatorum, florem labruſcæ, guttæ ammoniacæ, bdellij ſcyrrhici, corticum radicum capparis, floris ſalis cuiuslibet denariũ pondo quadraginta octo, liquoris panacis craſſi denariũm pondo octo, ſtyracis, pollinis thuris ſingulorum denarij pondo unius, uiſci roboris denariũ pondo duodecim, ceræ denariũ pondo uiginti quattuor: guttã ammoniacã cum flore ſalis eliquato, atq; diſſolue. Capparẽ uerò & dactylos, mannamq; in aceto læuigato, ceram autem igne liquefacto, commiſce & contere, & confecto inde epithemate utere. Conducit hoc enim medicamentũ mirificè lienoſis. Quomã duricias, diſcutit, tumoresq; cominuit, ſcirrhon eiuſdẽ uiſceris emollit, ſoluit & amputat. Quin & ipſi dactyli, quos myrobalanos dicunt ſoli quaſſati, & emplaſtri more inducti, ſtrenuam nauant opitulando operam. Trixago item & uerbenaca cum ueteri anxungia ſuilla cataplaſmatis modo impacta proſunt.

De tuſſe ex liene affecto Caput XXIX.

Si quando lienoſis tuſſicula ex tenui & acri diſtillatione oboritur, eidẽ ſumpto medicamine διὰ τῶν κωδείων, hoc eſt ex capitibus papaueríniſ inſtituto, uel paſtillo trigono ſuccurrendum eſt. Lieni uerò epithema extenuandi uiribus prædítum ſuperinducito. Verũ ſi qua ſint quæ horum uſum prohibeant, adſperginem (quã embrochã Græci uocant) ex quopiã idoneo ad hanc rem orbiculo cum aceto & oleo roſarum ei uocant) ex quopiã idoneo ad hanc rem orbiculo cum aceto & oleo roſarum adhibeto. Cõmodiſſimus ad mellis uſq; conſiſtentiã temperato capiti roratim infunde. Cõmodiſſimus autẽ ad hanc rem eſt, etſi qd alius, utiliſſimus paſtillus κροκώδης, hoc eſt croceus, in aceto

in aceto & oleo rosarum leuigatus & adspergínis modo, quod Græcè dicitur ἔμβρεγμα ímpositus. (Est uerò id medicaminis genus quod líquidum corporis partibus, puta fronti, temporibus & cæteris, fouendi gratia, uel disijciendi, uel reijciendi, compescendiue gratia nunc inspargitur, nunc ne cito dilabant, linteolis, stuppis & lanis maximè succidis insperta imponuntur.) Destillationem nanq; (quod ἔκμαγμα Græci uocant) tenuem incrassat atq; condensat, inflammatum & incendiosum q; & acrem fluxum refrigerio temperat, tussim sedat, & somnum accersit.

De Aqua inter cutem, id est hydropico morbo & eius curatione Caput XXX.

HIc morbus si non primis statim diebus discutiatur, lõgus esse consueuit, Græci ὕδερωπα uocant. Nascitur autem magna ex parte, ex iocinore in tantum perfrigerato ut nequeat pro suo munere sumpta cibaria coquere, & in sanguineã substãtiam conuertere, sed in aqueam modò essentiam transmutare, uel in flatulentos spiritus, uel in pituitam deniq; transformare. Proinde tres subeuntium cutem aquarum species medici faciũt. Vocatur q; prima Ασκίτης quasi utricularia quæ ex subtili & tenuis essentiæ humoribus & aquosis gignitur, ob id hydrops aquosus dicitur. Secunda deinde τυμπανίτης, id est tympania quæ ex flatuoso aëre copioso, & aqua perexigua fit. Tertia ὑποσάρκα & ἀνάσαρκα uel λευκοφλεγματία quam nos Albam pituitam dicere possumus, quæ ex pituita quadam liuentiore uniuersum sanguinem occupante concinnatur. Liquidissimè igitur lippis ac tonsoribus constat, Aquam inter cutem multò tempestiuius & minore negocio si eius species adamussim cognoscatur, curari.

Notæ morbi hydropici.

QUum igitur in uentre circa abdomen siue sumen aquosi humores tanq; uterculo quem ἀσκὸν Græci dicunt, collecti continentur, uentrem q; intendunt, & moto hucílluc corpore cum borborygmo euidente decurrũt. (Est autem βορβορυγμὸς uentris strepitus ueluti aqueus quasi q; in eadem parte quidam tumultus.) Hydropem aquosum, quem Ασκίτην, id est Ascitem uocant iudicandum est. Ventre autem uehementer intento, adeò quidem ut compulsus tympani modo sonitum ædat, Tympaniam, id est τυμπανίτην esse censeto. Quãdo autẽ toto corpore solidæ partes quæ in aquã resoluuntur & ad cadaueris instar uniuersum intumescit corpus, impressisq; digitis subsidet, & iisdem sublatis sinus ac fouea ad tempus relinquitur, tum tertiam paruæ paludis speciem quam Græci, ut docuimus iam pridem λευκοφλεγματίαν, Latini uerò Candidam pituitam nominant, esse putato. Proueniũt autem omnes Aquæ inter cutem species, uel à iocinoris primario affectu, uel per compatiẽdi rationem eodem uiscere afflictione implicito. Adsicitur autẽ per consensum maximè,

mẽ, uel liene iecori aduerso, uel intestino quod κῶλον Græci, uel medio intestino quod μεσεντήριον eadem gens adpellitat, uel locellis muliebribus, uel renibus, uel uesica deniq; morbo correptis. Vel ex hæmorrhagia in sexu fœmineo, uel retentione mensium, uel pergelida pulmonis, & septi transuersi intemperie cæteris partibus non paucis malè habentibus. Quorũ uniuscuiusq; primogenia affectione diligenter prius perspecta morbi curatio tentanda est.

Notæ Hydropis ex frigore partium.

Quicunq; igitur ad algorem iocinoris seu pulmonis septiue transuersi Hydropicum morbum referunt, magna ex parte tussi uexantur, & nihil me moratu dignum eijciunt, sed infestat inanis tussiendi impetus, aluus astringitur & uiscerum inflatione uenter exiccatur, retenta humiditate. Si contrà alui profluuium, & intestinorum assiduæ uellicationes cum morsu molestarint hydropicum ad uesicam & medium intestinum gelu oppressa, morbi originem referendam esse liquidò declarant. Secessum nanq; bilioſum cõmitatur uellicatio, bileaq; superfluitas uentrem occupat, acri pituita intestina obsidente. Si uerò pulmonis uitio per compatiendi rationem affecto hepate aqua cutẽ subeat tussis miserè languentes exagitat. Et corde perfrigerato uniuersum quidẽ corpus in tumorem assurgit, cæterum cunctis partibus reliquis pedes inflantur. Ingruit eiusmodi morbus præcipuè Auctumnalibus horis.

Aquæ inter cutem ratio.

Omnibus subeuntium cutem aquarum generibus commune quidem præsidium est, nimiæ humoris abundantiæ inter principia statim euacuatio. sed ἀσκίτης & τυμπανίτης se solis purgãtibus (quæ καθαρτικὰ Græci uocant) medicaminibus, ἀνάσαρκα uerò nonnunquã sanguinis detractione per uenam scalpello incisam, quoniam ex eiusdem humoris nimietate gignitur euacuandæ sunt. Quanquam si frigus respicias uenam pertundere alienum sit, uerum quia plenitas infestans hoc modo exhauritur, & languentis natura exonerata alacrior fit, & morbi causſa minuitur, & inde necessariò, minore negotio redit sanitas, uenæ admittenda est secatio. Nam quemadmodum uidere est ignẽ uiridibus & humidis sub lignis periclitari & extingui, sublatisq; è medio his denuo accendi Ita & consimili de causſa in Hyposarcidio (sic enim & Anasarcã adpellitant) sanguinem auferre expedit. Proinde cuiusq; particulatim curandi modus præscribendus est. Quæ nam uidelicet conueniat in hydrope uictus ratio, quæ cataplasmata, quæ medicamenta, & quĩ sint eadem adhibenda. Auspicabimur autem ab eius specie, quæ ὑποσάρκα uocatur medendi rationem.

Curatio Hyposarcæ.

Inter initia itaque huic subeuntium cutem aquarũ generi confestim, si per uirtutem & ætatem licuerit, sanguinis missione succurrendum est. Sin autẽ uires deiectæ, ætásue impediant, hac longum ualere iussa, robur inducendum.

Instauratisq; iam uiribus phlebotomiam aggredi competit, prauisq; humoribus detractis, ad alia medicaminum præsidia deueniẽdum, atq; mox intra principia antidoto Picra utere. Nam hæc obstructiones laxat, uisceribus robur indit. Quod equidem probatissimũ in hac re amuletum arbitror. Ab hoc transitus est ad ualentiora aliquantulum, purgatoriã uim habentia medicamenta, constypatione iam reserata, extisq; deliccatis, & humoribus modicè sublatis, & meaculis denicq; laxatis. Exhaurire autem infestantem humorem, sensim pedetimq; expedit cathartico, & si nimiũ habundet, ne semel adfluentius exhibito medicamine uires deficiantur. Vix em̃ quicquã est, sat scio, quod languẽtem magis adfliget q̃ prolixior alui purgatio. Satius igitur fuerit humorẽ negociũ præbentem paulatim, & cũ summa perpensione, q̃ semel & confertim & uiolenter euacuare. Pulcherrima uerò & utilissima in hac affectiõe constitutio quæ ex sambuci radicum alteræ corticis succo conficitur purgatio, concinnata indecõditura & potui data. Prodest itidem & quæ ex ebulo fit. Eadem nanq; sambuco & ebulo uis est. Purgant'em̃ utraq; tum bilem tum pituitã. Conducũt ex æquo lactariæ, tithymalus & ricinus, ciciue. Consimiliter etiã squama æris. Primas uerò facile tenet in hac re. Præstantissimũ enim si quicquã aliud est remedium, hunc in modum confectum poculum.

Hiera Picra.

Sambucus. Ebulus.

Potio medendæ Hyposarcæ nobilis.

Foliorũ oleastelli (quæ chamælæa est) unde granũ cnidiũ decerpitur, denarij pondo unius, æris cremati, denariũ pondo duũ, anisi denarij põdo unius. Potui cũ aqua præbeto. Principio quidẽ denarij pondo unius. Viribus instauratis denariũ pondo duũ, uel amplius seu minus semper habita uiriũ ratione. Abhis potionibus sumptis, ad euacuationes confugiendũ est. Quibus peractis nõ alienũ erit poculis quæ loca obturata, obstructaq; liberent & expediãt uti. Verbi caussa Διὰ ἀμυγδαλῶν pastillus, is etem̃ multis modis huic rei accõmodus est, qm̃ oppilatiões eximiè laxat ac discutit. Quin & iocinoris duritiã scirrhonq; ab exordio statim assiduè potui datus emollit, & resoluit in tantũ ut hepar pristinæ sanitati eius beneficio reddatur, & ne uestigiũ quidem duricici inibi relinquatur. Compositio autem eius orbiculi talis est.

Pastillus diá Amygdalôn, hoc est ex amygdalis constitutus.

Anisi, seminis apij asari, absynthij, amygdalarũ amararum, uniuscuiusq; denariũ pondo quatuor. Conformentur cum aqua pastilli denarij pondere. Vtendum autem ijs potissimè rotulis medendis hisce quos iocinoris ἐμφράξεις expingui crassoq; & denso humore infestat. Vel etiã ad medicandũ eos qui non adeò uehementi eius exti dolore uexantur. Quod si doloribus intestina, uenter, tententur, pastillus cognomẽto Amazonius ritè exhibitus magnificè subuenit, quoniã oppilationes relaxandi uim obtinet, dolores demulcet & amouet, quia anodynus est. Nos uero his qui huiusmodi doloribus intestinorum scilicet, uentris & hypochondriorũ obnoxij sunt, elixationẽ cassiæ ligneæ, spicæ nardi, & asari potui dare consueuimus.

Camplasma

Cataplasma ad Hyposarcam.

In anasarca hydrope comprimis utile est cataplasma ex fænogræco, polenta farinâue hordeacea, & puluere herbæ absynthij confectũ & adhibitũ. Quoniam robur uisceribus indit, & humores intimius hærentes citra uellicationem & mordacitatem deficcat. Esto autem puluueris absynthij plus quã cæterorum. Quibus etiam cymini farina & anisi, & masticches & seminis rutæ magna commoditate adijcitur. Et semina uino melleq; elixa cataplasmatis modo impone. His igitur ubi uiscera relaxata fuerint, & rariora effecta quinis septenisue diebus utendum est. Post hæc oportet epithema adplicare facultatis cõpositæ, quod roborandi uidelicet & rarefaciendi emolliendiq; uiscera potentiã habeat. Cuius sortis est ex his compositum.

Epithema ad Hyposarcam.

Crocí denariũ pondo duodecim, aloës denariũ pondo octo, masticches, guttæ Ammoniaci thymiamatis, bdellij, singulorum denariũm pondo octo, styracis denariũ pondo quatuor, ceræ denariũm pondo uiginti ser, adipis anserini denariũ pondo sedecim, Hyssopi cerati denariũm pondo duũ trigínta, olei Cyperini quantum satis est. Hyemalibus horis, æstatis uerò tempore, febre infestante loco olei Cyperini rosaceum infunde. Aridis autem uino lætigatis, cætera inijce. Atqui si præter caput extorum iecur uidelicet, lienis ac stomachus non citra duricíẽ tumore tententur, sanguinẽ statim, sed non ita multũ detrahito, præsertim quũ sanguinis uasa prauorum succorum plenitatem præferũt, & per corporis robur & laborantis ætatẽ id liceat, & temp oris cõstitutio nõ fuerit nimiũ gelida, tum quidẽ tempestiuũ euacuationẽ molíri. Idq; nõ semel affatim sed sensim ac pedetentim, quò natura plenitatis saburra depressa euaporet, & fumidis excrementis exoneretur. Nam si repente ad uiuũ usq; quod aiunt, euacuetur ægrotãs, uireis pſterni, & iecur perfrigerari necessariò, incõfesso existit. Cuius rei certè gratia summo studio & perpensione nõ leui considerandũ est án sanguis detrahendus sit nec ne hydrope implicitis: anceps etenim ac sonticũ secũ adfert nõ in loco ac tẽpore facta sanguinis missio. Quoniã non circũspectim in hoc morbo sanguineo humore ablato sæpenumero interitũ accersit & cõciliat. Quare in his duntaxat pbatur tanq; utilis phlebotomia, quos uiscerũ uexat obturatio haud mediocris, & phlegmone scirrhosa, & si tum quidem maximè uires deiectæ nõ sint. Et profectò rebus ita se habẽtibus, ab eo remedij genere auspicanda est hydropicæ ægritudinis curatio: quibus utiq; epithema quoq; contra lienis & iocinoris duricíẽ ualidum superponere expedit. Efficatissimũ aũt ad hanc rem est in hunc modum confectum medicamentum & impositum.

Epithema ad Anasarcam.

In aqua ἀνὰ σάρκα magna utilitate inducitur epithema quod habet guttæ ammoniacæ, irídis Illyricæ denariũ pondo sedecim, líquoris panacis denariũm pondo octo, líbanotídis, κάγκαμου denariũ pondo sex, bdellij denariũ pondo sede

cim, styracis, seui uitulini, chalbanes singulorum denariũ pondo octo, piperis grana centũ & sexaginta, ceræ denariũ pondo duodequinquaginta, magmatis (hoc est fecis) olei irini quantũ satis est. Vini aũt quantũ ad læuigandũ arida res postulat. Illud aũt scire oportet quod in hac constitiutiõe nõ eorũ modò medicaminũ, quæ emolliendi, aut discutiendi, discutiendíq; uireis obtinent, uerũ eorũ etiã quæ tumorẽ reijciendi reprimendíq; potentia prædita sunt, usus cõmendatur. In quo censu numerantur quorum compositio talis est.

Epithema Dialectikon & Diaphoreticum.

Id accipit ceræ, picis aridæ, aluminis liquidi, nitri, pollinis thuris uniuscuiusq; denariũ pondo centũ & nonaginta duũ, aloës denariũm pondo nonaginta sex pyrrhetri denariũ pondo duodetriginta, mali terræ, denariũ pondo uigintiquatuor, olei tantundem, acetiquantũ satis est Redige in epithema, cataplasmãue. Huiusmodi quidem medicaminũ subsidijs Hydropi Anasarcæ & obturationibus, duricieibusq; succurritur. Cæterũ si ἔμφραξις hoc est obstructio mediocris infestet, summa utilitate in potu præbetur pastillus διὰ ἀμυγδαλῶν cuius supra in capite de affectiõibus iocinoris est cõpositio. At si quos prægrãdis & immodica oppilacio excruciare uidetur, nõ imbecillis, sed ualentioribus occurrendũ est antidotis, præsertim quũ iecur scirrho tentatur. E quorum numero primas facile tenet pastillus in hunc modum concinnatus.

Pastillus ualde nobilis.

Sumito croci, spicæ nardi, florum rotundi iunci odorati, cinamomi optimi, myrrhæ, cuiuslibet denariũ pondo duũm, mellis Attici crudi denariũ pondo uigintiquinq;. Conformato pastillos denarij pondere singulos, quorum unum in uino melleq; præbeto. Vtilissimum etenim est præsidium, iocinoris insensilem duritiem (quẽ Græci σκίῤῥον nuncupant) insigniter expurgans & præsentissimo auxilio curans.

De aqua Hydrope Ascite & Tympanite uocata Caput XXXI.

QVæ hactenus enumerata sunt medicamentorum auxilia, non tam Anasarcæ, quàm Ascitæ & Tympanitæ etiam uehementer expediunt, quæ alioquí medicaminibus purgandi uim habentibus, & lotium proritantibus, aquanq; prolicientibus deducẽtibusq; quæ ὑδρᾶγωγα id est Aquiduca Græci cognominant, potissimè curantur. Et si frictiones quoq; cum sale & oleo exnondum maturis oliuis expresso, quod ἀμοτρίβες uocãt, & cucumerino & Cyperino adhibeas non minus efficies. Esto autem frictio mediocris, ne uiolentia quadam materia eximo rapiatur, sed ex superficie potius summæ cutis, aut ex cute sola trahatur, quo melius euaporet & digeratur. Proinde his adijcienda sunt quæ & humores digerãt & tumores arceant & exiccẽt. Cuius generis censentur, quæ Hypotiria uocantur, cuiusmodi cõpluria extant à priscis reperta & huic rei destinata. E quibus omnibus præstantissimũ, ualidissimum, & cæteris etiã uiolentius habetur, quod ex hisce constituitur.

Hypotirium

Hypotirion imprimis conducibile.

Habet rhesinæ tostæ frixæ uel denariûm pondo centum octogintatrium, ceræ, picis aridæ cuiusq; denariûm centum nonagintaduûm, aluminis liquidi, nitri, sulphuris ignem non experti, pollinis thuris, singulorum denariũ pondo nonagintaseptem, pyrethri denariũ pondo duodetriginta, bdellij, guttæ ammoniaci, cardamomi, uisci quircini, mali terræ, olei, uniuscuiusq; denariũ pondo uiginti quatuor, aloës denariũ pondo quadragintasex, aceti quantũ satis est. Compara, & utere. Atqui id quod proximè sequitur huic in digerendo, & tumores reprimendo ne tantillum quidem concedit.

Aliud discutiens & reijciens.

Habet atramenti sutorij, spumæ nitri, aloës, uniuscuiusque uncias quatuor cerussæ, ceræ, singulorum uncias sex, olei uncias decem, aceti acerrimi quãtum satis est. Arida conterantur cum aceto ad mellis usq; crassitudinem. Cerussam in oleo tantisper dum digitos non inquinet, decoquito. Deinde ceram immitte, & in pila particulatim emollito, & utere. Nam id non Aquæ inter cutem modò, sed & pluribus alijs affectionibus præsenti est remedio, quoniam lien indurat um resoluit, abscessus deficcat, duricies scirrhosas, & ophienas, humoresq; in artubus conglobatos tofosue discutit & exiccat. Hydropem præterea capitis adipis in quacunq; præter naturam incrementum, & pultationem à Græcis ἀθήρωμα uocatum. Admota uerò rhesina, abcessionibus secundum aureis parotidib usue medetur, & alijs præterea multis languoribus subuenit. Proinde non erit despiciendum, eò quòd immensæ commoditatis est, in ea Hydropis specie quam ἀσκίτην Græci nominant, maximè duritia non magna ilia hypochondriaue molestante. Sin amplior duricies eas parteis & iecur comprehendat, ijs sanè medicaminum auxilijs, quæ exta emolliendi, & humores qui profundè in omento, quod à medio uentre pendet, ἐπίπλοον à Græcis uocatur, & ea membrana quæ omento iungitur περιτόναιον ab eadem gente dicta, continentur omnes discutiendi uireis obtinent, subueniendum est. E quorũ numero est quod proximè sequitur. Constat autem id ex ceræ, picis pineæ, picis Brutiæ, nitri rubei, siccarum baccarum lauri, seui taurini, guttæ ammoniacæ, pollinis thuris singulorum libra una, quæ soluenda sunt soluantur, & contundenda contundantur in puluerem quæ eliquatis inserantur. Deinde pariter in mortario conterantur. Sublatisq; omnibus, utere. Optimè facit quum ad aquam inter cutem, tum ad eam speciem qua uenter plurimum flatibus intenditur, creberq; intus ex motu spiritus sonus exístit: quam τυμπανίτην uocitarunt Medici tum ad iocinoris scirrhos & ad alia ferè infinita. Cæterum id quod subnectã, diligentius ceu conducibilius consyderandum est, quoniam nõ tam flatulentos spiritus dissipare, quàm duricies quoque & scirrhos expeditè & exactius permollire solet & efficaciter potest.

ἐπίπλεον.

περιτόναιον

Medicamentum spiritus & duritias emolliens.

Habet rhesinæ frixæ, aluminis liquidi, nitri fului, sulphuris apyri, hoc est ignem non experti, mannæ thuris singulorum libram unã, picis aridæ, ceræ cuiuslibet libras duas, olei ueteris heminã unam, aceti quantum ad arida diluenda satis uidetur. Quibus contritis utitor: nam id sæpius usu & experimẽto cognitum est plurimum conducere. Haurit etenim ex alto & extrahit humores, & scirrhos egregiè discutit atq; resoluit.

De ratione uictus Aqua inter cutem languentium.

In aqua inter cutem siue ex proprio iocinoris affectu, siue per cõpatiendi rationem hic morbus acciderit, quoniã huic extorsorte quadam à natura uis effectiua sanguinis tributa est, mutato inibi chilo in sanguinem per reliquas corporis partes idem humor alimenta transfundit, consyderandæ sedulò sunt eduliorum, quæ administrantur qualitates, ne uidelicet difficilis decoctionis, néue distractionis (quam ἀνάδοσιν Græci dicunt) ægerrimæ existant. Seduno uerbo nulli facultati contumaciter renitantur.

De Panibus accommodis Hydropicis.

Panis igitur in furno clibanóue decoctus, seminibus carminatiuis, sic enim uulgò quæ flatus discutiunt adpellant, & urinã prolicientibus, deducentibusq; Verbi caussa aniso, cumino, fœniculi semine & semine petroselini admixtis, præstantissimus est. Et si in uniuersum in hac constitutione multis paniũ usus interdicendus est. Conducit uerò probè fermẽtatus prædictis seminibus admixtis, eò quòd ita nihil neq; stypticitatis, neq; quod obturandi uim habeat in se cõplectit.

De Holeribus.

Conueniunt Hydrope correptis præsertim si febris non adsit quæ calfaciendi et extenuãdi uim possident. Verbi gratia, apiũ, apiũ petrosum, daucus eruca pulegiũ, rapũ brassica, allia, cepe, porri, & id genus cætera cõpluria, extenuandi, euacuandi, calfaciendiq; potentia prædita.

De Piscibus.

Probantur uerò ex omni pisciũ genere nõ nisi asperi, squamisq; intecti quos uulgo dicunt aspratiles, iniure cũ aniso cõditi, uel piperis paululo admixto.

De Volucribus.

Ex auibus aũt pulli, maximè cõpetunt, & uolucres cæteræ sylueſtres magis q; domesticæ. E quorũ classe censentur, merulæ, turdi, turtures, & cæteræ aues non aues, exceptis his quæ sunt saginatæ.

De carnibus.

In omni porrhò carniũ esu modũ seruare expedit, & præferendæ sunt non pingues, præsertim sylueſtres. Verbi caussa, caro caprina, ceruina caprearũ & aprorũ. Vitanda est leporina. Cæterũ earũ elixationẽ cum cibarijs extenuãtib us fieri expedit. Assatæ palato melius arridẽt, & citius hydropicis succurrunt.

De

De cute testacea præditis.

Pisces & cætera quæ putamine, testulaq; continentur ὀστρακόδερμα à Græcis uocantur, puta ostrea, cirrhitia, aut schema, oblectationis modo gratia desiderantibus moderatè offerantur, id præsertim si desiderio eius tenẽtur maximo, respectu nãq; affectionis, præcipuè quum feruor nescio quis, aut febris aliqua potius, ne per somnium quidem concedunt, potissimè si hydrops Tympanites infestat.

De Legumentis.

In quauis hydropis specie legumina quidem prohibenda sunt, fermè omnia sed imprimis utiq; in Tympanite.

De Bellarijs.

Secundæ præterea mensæ quæ à Græcis τραγήματα adpellantur, è quorum censu sunt, amygdalæ & pistacea neutiquam expediunt. Vuæ uerò & palmulæ rarissimè. Castaneas quoq; & nuces manibus & pedibus fugere in aqua inter cutem congruit.

De uino Hydropicis congruo.

Vinum in hydrope præcipuè commẽdatur uermiculum, uel Cyreum, uel Ascalonite, præsertim ualde annosum, & austerũ. Quæ sanè non lotium modò prorităt, sed, quo nihil in hoc morbo præsentius est, humiditatẽ exiccăt. Nisi fortè propinationẽ (πρόπομα Græci nocant,) absynthij potissimè cui cassia admixta sit, & spica nardi cõmoditatis plus adferre contendas. Præferẽ uerò fructu nõ parum prædictis omnibus, ppinatio apij. Quibus utiq; demptis reliqua cuncta (ut inimica) damnantur propomata.

De exercitijs Hydropicorum.

In hydropicis curatione uix quicquam utilius censetur exercitationibus, præsertim si in maritimis regionibus exerceantur languidi. Expedit uerò imprimis equitatio, & huc illuc in cathedra circũferre. Cæterũ pedibus, si per uireis laborantis fieri queat, deambulare multum, & quandoq; currere, quàm gestari, satius est.

De Frictionibus.

Hydropicis conducit cottidie ter quater ue, uti frictione uehementi. Quoniam hæc meatus conniuentes aperit, humores desiccat, & extenuat, & dissicit. Neq; etenim quicquam in hydrope alienius, & pestilentius quàm si per meaculos obturatos, uel conniuentes non datur dissipatio, ita ut flatuosi spiritus cũ humoribus conflati nequeăt digeri. Nam si impediatur in corpore occlusis meatibus digestio, consequẽs est, & certè necessarium in uentrem aut peritonæum sese recipiat & deriuetur quicquid humoris, spiritusq; intra corpus cõtinetur. Perfricandi sunt itaq; in hoc malo constituti, aridis manibus, uel cũ oleo & sale quandoq;, uel oleo Sycionio, hoc est cucumerino, uel Cyperino, & alijs quibusdam calfacientibus.

De Balneis.

Balneorum usus in morbo Hydropico, perinde atque quilibet humor alienus est, propterea quòd plus obsit quàm prosit. Atque ijs potissimum qui temperamentæ sunt frigido. Lauacris etenim (ceu de Balneis demonstratum est) multò uehementius perfrigerantur hominis corpora, quàm percalefiant. In uniuersum enim uiscerum affectionibus non multum expedit. Proinde extenuantibus potius, diaphoreticisq; uel dissipantibus utendum est sub fidijs, cuius sortis sunt farina eruacea, sal nitrum, & id genus cætera. Siquidé pleraq; alia maiores nostri obseruauêre, & tradidêre quæ corpus extenuandi, & digerendi quoque uirtutem obtinent. Sunt igitur huiusmodi quæ imprimis expediunt, solicitius perpendenda, & ex ijs ipsis id genus alia deligenda. Atque ad hunc quidem modum aquæ inter cutem nulla febre comitante succurrendum, censeo.

De Hydropici morbi cum febre coniuncti curatione

Caput XXXII.

Vbi porrhò Hydropem febris comitatur, edulijs, haud adeò caloríficis utendum est. Quin etiam neque uiscera sunt calidis rebus obruenda. Facessant & propinationes calidæ potentiæ, & eiusdē facultatis quæcunque antidota, & purgatoria medicamina. Imò satis fuerit, si ægrotans oleribus intybo uidelicet & syluestri endiuia scariolâue, οἰρις adpellata & κιχώριον καὶ τρόξιμα nutriri. Quibus & Brassicam, & maluam, uel rapum, & Cithorium utiliter adijcias, & præcipuè radices apij. Capita insuper porrorum cocta sæpenumero, & elixos asparagos mixturæ implicita dare conuenit. Antidota sæpius iterare malum est, potissimè quæ ex speciebus constant aridis, & acritudine præditis. Vitanda sunt ad hæc medicamenta calidioris facultatis purgatoria. Nullum enim reperies medicamen calidæ potentiæ, hydropē cum febre implicitis conducibile. Quoniã sitis quæ alioqui quum febris tum hydropis comes est inde augetur, & febres magis inflammantur, & alia sub his ingrauescunt, imitantur'que incommoda. Nam si ancipites morbos intercus comitetur, æstus perpetui adsunt, quoniam continuo febricitant. Neque sanè, ut quibusdam uidetur, admirandum est ardorē accedente hydropico morbo non extingui, & febrim continenter persistere. Quin etiam sub aqua non rarò febris quoque æstuosa & ardens ingruit & durat cui utique iuxta qualitatem delinquentem mederi oportet. Nempe pro re nata nunc calfacere, nunc refrigerare, uel utrumq; pariter. Vt enim febres sfrigidantibus solantur, aqua uerò inter cutē ijsdem malè afficitur: ita Hydropi calfaciendo succurres, febrim magis incendes. Præstat igitur rebus ita se habentibus mixta ex his duobus curatione & undique temperata occurrere, & his quæ uiolentius uigent, alijs interim quæ minus lædere uidentur nō neglectis, insistere.

insistere. Verbi gratia: Si febris longè excedit, frigida potius quàm calida sunt adhibenda, quibus febres leniuntur & expugnantur, quoniam contraria contrariorum sunt medicamenta. Nulla enimuerò ratione Aquæ inter cutem mederi possis febre non prius profligata, & ardore præter naturam non extincta. Nam hæc diuturnior interimit, illa solitaria quoq; languentẽ exanimat. Quælibet namque intemperies siue æstus siue frigoris si longo tempore radices egerit, uires deijcit. Viribus autem prostratis alimentum sumptum neque concoquitur neque digeritur, neque in sanguinem permutatur, uerum ipso corporis uapore aquam nutrit. Nam ex eo quod hominis corpus non alitur (quod malum Græci ἀτροφίαν & σύνθεσιν quæ tabis species sunt uocant) Hydrops proueniat. Faciat autem tibi fidem Galenus. Cernimus etenim inquit σύνθεσιν natam & hanc ex æstu potius quàm ex algore. Oportet ergo Medicum Hippocrate authore, non tam præsentia, quàm præterita & futura cognoscere, actum denique manum medicam adhibere. Sunt enim qui Hydrope cum febre pariter implicitos caloríficis curandum autument, at illi toto quod aiunt cœlo à uero scopo aberrant. Nouimus namque complures gelidis medicamínum præsidijs pristinæ sanitati redditos. Id quod tum maximè accidit, quum corporis singulæ partes in suam remeant naturam ex uiscerum intemperie. Iocinore quoque bene temperato prosuo munere probum sanguinem generante. Ardore nanque algoréue eodem exto malè temperato, sanguifica uirtus improbè sua functionem absoluens, non frugí sanguinem, sed corruptum & malè cosummatum, uel aquam potius in corpus diffundit ac spargit. Proinde tum quoque ceu in singulis de omnibus Hydropis speciebus memoratum est, ab inculpata uictus ratione auspicanda est curandi ratio Deinde ad ea quæ purgandi uim obtinent deueniendum est. Sed paulatim sensimque, ut diximus non repente & una modò uice hubertim, neque medicamenta purgatoria, quæ à Græcis nuncupantur, neque Hydropicorum edulia, aggrediunda sunt. Verum inter exordia statim uitare oportet cibaria siccifica, & medicamínum quæ acrimoniam habent auxília, sed pedetentim potius, quasique per gradus quospiam ab imbecillis, blandis, & mediocribus ad uehementiora, ualidiorâque procedendum est remedia. Post hæc tutius adhibentur, quæ ampliorem calfaciendi corpùsque extenuandi potentia prædita sunt. Euacuationes etenim quæ hubertim subitò fiunt, & epulæ plus quàm par sit calidæ carnes homínis malis eliquant, & remittunt, humiditatibúsque inde resolutis corpus humoribus magis infartiunt, quàm exonerent. Pari ratione si refrigerium morbus postulat, frigorificis quidem agendum, sed lente confertim, semper à paucis & mediocribus, & particulatim auspicando, & per paucula interualla in singulas partes adijciendo aliquantulum, paulatim ad grandiora ualidiorâque, hoc est quæ maximam atque uehementiorem adeò refrigerandi uim possident, deueniendum est adminicula. Quod si hoc modo procedatur in istiusmodi

mor

morbi curatione, citra omnẽ planè oblæsionẽ sanari poterit languidus, adeò scilicet uti haud difficulter curandi rationem ferat, & ex consuetudine corpus paulatim temperaturam nanciscatur. Cõfugiendum uerò ad purgationes est. Nam tales egent euacuatione. Quibus ritè peractis, ad balnea deueniendum. Præter hæc gestationes quoque (quæ inuicem exercitationum fiunt) in hac hydrope, mediocres expediunt. At qui natura pituitosi sunt & frigidioris temperamẽti, his thermæ optimè conueniũt. Graciles uerò & aridi natura & quos febris affligit, lauacra sibi ex aquis fluuiatilibus utiliter oleo illiti præparant. Cæterum nec illa sint perpetuò calida, sed identidem tepida in calidiora & hæc rursus intemperata, ut supra cõprehensum est, pro diuersa intemperiei qualitate permutentur.

De Morbo rego quem & Arquatum dicunt Caput XXXIII.

AVrugo, quod uitium Græci ἴκτερον uocant, bilis est per totũ corpus refusio. Cuius plurimæ quidem habentur species, sed caussæ & notiones eædem. Quũ emĩ is à septimo die, inquit Hyppocrates, febrienti ægro superuenit, tutus est, febrimq; pacare assolet, mollibus tantummodo hypochondriis illis ue substantibus. Quod si cum febre fiat, &, grauitate quidem ad hypochondria dextæ partis cum inflammatione existente, excrementa sint biliosa, ferrior iocinoris exprimit: Si uerò citra grauitatem feruor in ipso fuerit, ob solam calidam eius uisceris distemperantiam indicatur langor. Si absq; febre fuerit, albicantibus excrementis, morbus uesiculæ quæ fel excipit à Græcis χοληδοχος adpellatus, uel meatuum ipsorum grauitate existente obstructorum in dextris hypochondriis, sine quo uiribus deiectis, uel summum ex hepatis attrahentis potentiæ, uel expellentis, detrudẽtisq; in intestina, plapsum significat. Prouenit nonnunq; uerò Regius morbus etiam ex calida intemperie solidarũ partium pro nutrimento bilem commutantium, haud aliter atque in pituitosam humiditatem anasarca implicíti alimentum commutant.

Signa morbi Icteri.

MOrbum Arquatum color arguit, quum reliqui corporis, tum & quidem maximè oculorum, in quibus id quod candidum esse debet lutore inficitur. Affligit præterea sitis & capitis dolor, & accedit plerunq; singultus, & hypochondrij dexteri lateris duricies, & dyspnœa, membrorumq; resolutio.

Icteri morbi curatio.

MAgnam curæ Icterici morbi partem licet exhis quæ superius de calidæ intemperiei iocinoris, eiusdemq; exti phlegmões, uiriũq; imbecillitatis curatione recensuimus, colligere. Obturatis autem folliculi fellis meaculis, sanguen, pertusa dextri cubiti uena, detrahito. Quidam in hac affectione constitutis, sanguinem de uena adminimum dextræ manum digitum auferunt. Commendantur præterea cataplasmata, & purgationes cum Hiera. Potiones

tiones uerò ex apio, uel adianto, uel lapathio, uel serpillo elixis. Absynthium quoque utiliter potui ingeritur. Qui uerò ob inflammationem iecoris arquantur, (ut ita dicam) œnomeli hauriant, uel tenuis mali terræ (quam Græci ἀρεισολοχιάν uocant) elixationem, uel hypini, uel adianti, uel struthij, uel rubeæ satiuæ, uel rasamenti cornu ceruini denarij pondo unius, cum uino, quæ obstructionem pulcherrimè liberant. Dato insuper & cinnamomum cum œnomelite. Vel myrrhæ fabæ quantitate cum piperis granis quinque, & cinnamomi tantundem, & cætera quæcunque obstructiones expediunt, & inflammationibus succurrunt, & calores extinguunt pro diuersitate caussæ adhibeto.

Arquati curatio ex monumentis depromptæ Galeni.

Ab Andromacho inexplicatim quattuor remediorum genera ad Regium morbum sunt tradita. Quorum usus quidem si febris non adsit, à periculo immunis, si adsit pernicios⁹ est, ac minimè tutus, præsertim si cum uino quis, aut œnomelite ipsa porrexerit, quemadmodum ipsi interdum propinauimus, in febribus scilicet blandis & mediocribus, lienisq; obturatione. Cæterum in oxymelite non ualde peracri minus tutum est, huiusmodi medicaminibus in ictericis medendis, uti. Sunt uerò quattuor illa, de quibus agimus medicamẽta in hunc modum ac seriem ab Adromacho descripta.

Ad Arquato morbo correptos.

Vinum putamini colocynthidis infunde, & ubi calfeceris potui præbeto, aluum subducit, cæterum thus quoque idem præstat.

Alterum ad Arquato implicitos.

Adianthi triobolum, spicæ nardi obulos duos, absynthij denarij põdo unius, myrrhæ obulos treis, passo sapáue excipito, & in duobus aquæ cyathis nucis Ponticæ, hoc est auelanæ quantitatem potui dato.

Tertium ad Ictericos quo solemniter utor.

Herbam lanariam croco infice, & auelanæ quantitatẽ cum aqua uel hydromelite præbeto. Dari quoq; potest Anchusæ unius cochlearij mensura.

Quartum ad Ictericos secundum Apolonium.

Eruí denariũ pondo uiginti quatuor, cornu ceruini cremati denariũ pondo octo, thuris denariũ pondo trium, nardi Gallicæ denariũ pondo duũ, nardi Syriacæ denarij pondo unius piperis denarij pondo unius & semis, floris rotundi iunci odorati (Græci σχοίνου ἄνθος dicunt,) denarij põdo unius, myrrhæ obulorum pondo duorũ, cassiæ obuli pondo unius, cinnamomi tantundẽ. Quo medicamine utendum est arido cũ œnomelite triũ cyathorũ mẽsura.

Victus ratio Ictericorum.

In Auruginosorum porrhò competenti nutricatu, uiuendique ratione, per omne morbi tempus utendum est idoneis deambulationibus, & multa cum unctionibus frictione, siccis præterea balneis (quas Græci πυρίας

ρίας uocant)utere,& his quæ mox subijciam. Sunt qui eos quicunq; febre correpti sunt, arquatum insuper incidunt, si fuluo cynosbari id est rubi canini fructu uescantur, sanitatem confestim pristinam recuperare affirment. Succus adhæc herbæ Chelidonij cum uino, uel hydromelite in potu sumptus præsentis est auxilij. Vel Adianthi, uel rubiæ (quam ἐρυθρόδανον Græcè nuncupant) radicis triobulum cum aquæmulsa ministrato. Vel linctum ex herba lanaria & melle concinnatum, dato. Vel fellis ursini cyathi unius mensuram potui dato. Vel Hyperici denarij pondo unius, cum æ nomelitis, id est uini mulsi, aquæ ue mulsæ (quod μελίκρατον Græci dicũt) cyatho uno. Vel Helxines decoctum diebus quinq; aut sex cum uino mulso. Vel stercoris caninicandidi uncias duas cum uncia dimidia per triduum potui dato. Potionantur item utiliter cum lichenibus saxorũ hydromelite permixtis. Vel lichenis in testaceis, lapidibus ue cõtractis denariũ unum bibendum porrigito. Vel cardamomũ cum olei cyatho uno potui præbeto, naribus uerò (quas Græci ξώθωνας uocant) radicẽ eius injice. Vel absynthij cochlearia quatuor, anisi cochlearia tria, in oxymelite dato. Vel rumicis acutæ, rumicis radicis (hanc Græci λάπαθον, illã ὀξυλάπαθον cognominant) læuigatæ, uel oxybaphum, cum hydromelite ministrato. Si febris desit cum uino seu oxymelite. Vel adianti, & mentæ, & rubiæ æquas portiones in aqua elixans cotylam unam potui dato, & insolatam sub dio tempore longo, & sitibundo & anhelanti, ut bibens sudat & illico colorem permutat. Vel leporis coagulum in uino meraciore præbeto diebus quinq; aut sex. Vel scolopendrij denariũ pondo quatuor in uino ieiunanti potui dato per dies quinq; aut sex. Vel mentam, & herbam rubiam & Adiantum cum aquæ cyathis duobus. Vel foliorum crudorum betæ denariũm pondo sex, myrrhæ obulos duos cũ aqua mulsa ieiuno potandum exhibe. Vel lauans prius acuratè ieiuno cum uini heminæ dimidiũ porrigito: Adianti denarij pondo unius, myrrhæ denariũm pondo octo, mentæ denarij pondo unius, aquæ heminas duas donec media pars consumat decoquito, Post hæc deambulantem plurimum scitè fricans potui dato: Et id per biduũ censemus faciendum.

talis uncijs tribus.

De Renum morbis & curationibus, atque adeò primum de calculo, Caput XXXIIII.

IN renum morbis qui Græcis νεφρίτιδες dicuntur, princeps ferè constituitur λιθίασις, hoc est morbus calculosus, qui ex uiscidis crassisq; humoribus immenso ardore in renibus in calculos crematis gignitur. Quemadmodum enim figulus ex luto terræ uascula & imagũculas fingere cernimus, & eadem uel â solis æstu exiccari uel igne decoqui: adeò ut tanquam in lapidem indurata Thetidisq; (ut sic loquar) largita non diluantur Ita & ingens quasi q; igneus renum calor (talis enim quandoq; renes occupat) ex humoribus lapillos procreat. Quæ cum ignorare non possumus, quia persuasum id omnibus est, acuratius solicitiusq; demus operam, ne qua crassior aut uiscosior colligatur in eo uiscere materia, neq; incendiosus quispiam calor excalidiore

lidiore intemperatura proueniente, eam partem occupet, sed potius subinde minuendo temperetur.

Notæ Nephritidis.

Est uerò acuratè discutiendum, si an calculi renum dolores inferant, nam eis eadem ferè quæ Colicis contingunt, & adeò paria sunt utriusq; morbi indicia, ut intra principia uix sagacissimus quisq; discernere queat. Vtrinq; enim uomitus elicitur, & aluus constricta non respondet, inflationes tensiones ue stomachi atq; iocinoris impetunt. Quū igitur huiusmodi cōmuniter & in nephritide & in colica ægritudine iuxtà usu ueniant, officiū fuerit egregij artificis solertim & accurata perpensione utriusq; causas ne quo modo lateāt, examinare. Dirimunt ergo eiusmodi discrimine: Vomitus, & si cōmunis sit utriq; affectioni, in morbo tamen qui in pleniore intestino quod κῶλον uocatur, peculiariter frequentior & largior fit, & in his qui eruditate laborant & natura pituitosi sunt. Venter item acrius cohibetur & flatus magis quàm in nephritide uexant. Nephretici uerò non ita afficiuntur, sed partim aluo, quum aliter non responderet, ducta, & curatione iusta admota suo deinceps munere uenter fungitur partim sua sponte peditus æduntur, & uentris munia cōmitantur, quod in colico morbo nunq; accidit. Est præterea lotium eorum summo studio conspiciendum, inde enim maxima cognitionis pars constabit. Nam colici urinam emingunt pituitosam, cum plurimo sedimine. Nephretici uerò fabulosam cum pauca hypostasi quum in colica ægritudine nihil unquam fabuli conspiciatur. Vbi porrhò renes affecti sunt, dolor cum grauitate ac pondere fixius in uno uidetur hærere loco, nempe renū, ac fœmoribus retro, & hypochondria, quæ ilia dicuntur uehemētius dolitant. Pleni oris uerò intestini morbo uexati, anteriore magis parte dextraq; potius excrutiantur, & inflatione uexati spiritum elidunt. Nephretici ad hæc urina supprimitur, Colicis nunquam. Ad hunc itaq; modum discrimē inter Nephreticam & Colicam ægritudinem olfacere opportebit.

Differentia inter colon et nephritin.

Nephritidis curatio.

Calculosus renum morbus hac ratione curatur. Inter ipsam statim morbi accessionem relaxantia & mitigantia medicaminum auxilia adhibe. Et si balnea cæteris cunctis utilitate præstent, quoniā dolores sedare pariter & morbo mederi assolent (colicos igitur dolores mitigare quidem, sed non tollere, nephreticos uerò & placare & succurrere itidem consueuerunt) Vbi uerò lauerit ægrotus, locus affectus oleo chamæmelino perungendus est. Inq; solio multū diuq; perfricandus. Expedit præterea uno quoq; die non semel tantum, sed bis ac ter aut sæpius in frigidam Nymphæam descendere, quam & piscinam cognominant. Aestiuo autem tempore diutilè inibi immorari cōuenit. Sumptis uerò à lauacro lintheis absterssorijs decoctum radicis cardui syluestris cum apij radicibus & modico anisi in aqua ad tertias elixū potui dato. Quod si post hæc dolores etiamdum permanserint, neq; quicquā urinæ adiunctis calculis emin-

Nymphæa.

gatur, elixationem pentaphylli, inuoluto lintheis uestibus absterforijs bibendũ præbeto: suauiter nanque sed ualidè satis succurrit. Verum isthoc quinq; folij potu non nisi extra lauacrum utendum est, & decoctioni interdum oxymel miscendum est. Adijci etiã poterint simplicia quæ lotium proritandi uim possident Verbi causſa polytrichum, apium, gramẽ. Quod si pentaphyllon ad manũ non fuerit, radices eius, uel iryngium quod Rhomani Capitulum cardui uocant, uel eruca m perysimum uel Prionida eius loco. Facta inde decoctione, adijce, & potui dato.

De remedijs quæ extrorsum adhibentur: Verbi causſa, Fomentis, & crumenis, alicijs' ue.

Foris aũt nephreticis adplicare cõuenit crumenas, quos sacculos uulgò uocãt medici, ex furfuribus tritici factas atq; decoctas, cũ anthemide, quã Chamomillam medicorũ scholæ adpellant, & altheæ radicibus, & aneto, & sertulæ cãpanæ, oleo, nam ijdentidem permutare marsupia huiusmodi commutari expedit. At si dictæ elixationi furfures inditi non sint, addatur oleũ dulce, & pannos in ea imbutos calido languenti loco impone. Aluus prætereà cum clysſtere quidem, sed clementi & neutiquam admodum acribus remedijs constante subducenda est. Verum oleo potius constituatur. Quin potius humores acutos laxandi extrahendiq; potentiam habens huic rei peridoneum iudicari debet enema. Cuius classis cõficitur ex elixatione altheæ, radicum, fœnogræci, caricarum, furfurum triticeorum, herbæ anthemidis: Oleo item chamæmelino, uel ptisane succo, adiecto oleo rosarum, uel chamæmelino, uel unà cum luteis ouorum inijcere sum mopere congruit.

De ceratis & cataplasmatis.

Expediunt porrhò locis qui doloribus excruciantur ceratæ, ex cera & oleo chamæmelino, rosaceo pariter & croceis ouorum concinnato. Vel certè hunc in modum contextum: Sumito olei ex chamomilla denariũm pondo sedecim, olei rosarum denariũm pondo duodecim, cruda ouorum lutea numero sex ceræ candidæ crudæ denariũ pondo uiginti quatuor. Omnia quemadmodum oprtet confice, & lintheolo superinductũ dolenti loco impone, plurimũ emolumenti conferet. Nam non mitigat modòac placat dolores sed & loci intemperiem emendat, mali causſam cõminuit, & lapidis deniq; generationem impedit. Quod si his actis parum proficitur doloresq; sui similes esſe pergunt, & lapilli uel nimietate uel quantitate exitu prohibentur, ualidioribus agendum est medicaminum auxilijs. Verbi causſa, ex sanguine hircino confectis, cuiusmodi hoc modo adpositiſſimum & utiliſſimum concinnatur. Sanguinem hirci panniculo indito & missum in id mortariũ cum frumento hordeaceo læuigato, & cataplasmatis modo locis dolẽtibus superinducito. Summè nanq; & mirabiliter hoc cataplasma ad poros & calculos qui in renibus aut uesica generantur, facit.

De

De poculis Nephreticorum.

Pocula quæ calculos comminuere possunt ex his hoc modo constituuntur. Sanguinem hircinum probè siccato, secatumq; læuigato, & per incernicu lum trajicito, deinde pulueris huius cochlearium unum his qui calculum quum in renibus tum in uesica habent potui dato. Cicadas porrhò simili modo arefactas & in farinam tritas sublatis pedibus ac pennis in balneo languenti potandum ministrato: potissimè dum in solio est. Præstat uerò si cũ œnomelite propinetur, uel admixto condito. Sunt uerò hæc ualidæ potẽtiæ & simplicia, & multorum testimonio probata. Bonitate uerò & uehementia cætera anteit sanguis hircinus hunc in modum præparatus: Mense Augusto sartaginem patellámue testaceam recens à figulo absolutam aqua impleto & ad focum dum bulliat & terræ saporem exuat, ponito, interemptoq; hirco sanguinẽ nec primum nec ultimum sed medium uase excipito, quem ubi coierit, minutim incisum in sartagine denso linteolo duplici, eandem coopertam sub dio ut à sole lunaq; torrefiat, ubi aruerit, conterito, atque in pyxide reponito, & ubi necessitas fuerit, mystrum unũ potui cum defruto (ut ostensum est) porrigito. Est uerò medicamẽtum illud non recens à nobis repertum, sed à priscorũ quoq; medicis probatissimis, unde ceu hæreditario iure accepimus, experientia olim cognitum. Mactãdus uerò hircus est integræ ætatis. Esto autẽ iusta ætas quatuor annorũ neq; plures neq; pauciores, & saginetur prius, quo sanguinis odor cõmendabilior reddatur foliis fœniculi, seu hederæ, seu lauri, potusq; eius amomo cõdiatur. Nos uerò sanguini Hircino myrrham Troglodyticã adijcere consueuimus, & intensissimis doloribus infestantibus, & nihil lotij præ magnitudine lapidis emittẽtibus, potui exhibuimus. Qua potiõe sumpta calculos perfractos atq; cõminutos unà cum lotio redditos sæpe cõspeximus. Hoc porrhò identidẽ hausto potu, lapillus minutim confriatus pauxillatim proiectus est, neq; in eius locũ alij renati successerũt, nã & hoc sanguis ille prohibet. Vocatur aũt hoc poculũ Θεῶν χεῖρες, hoc est deorũ manus (quo nomine medicamentũ perq; salutare, & diuinũ quodammodo nũcupauêre, eò quòd & ἀνόδυνον est, hoc est dolores placat & amouet renũ lapillos eximiè cõterit, & expurgat, neq; deinceps alios renasci sinit. At si in promptu sanguis ille hircinus, quũ res postulat, non sit, potio, quã nunc subijciã cũ cõdito, eius loco sumenda est quæ parẽ ferè calculi cõminuendi, expellendi et nouam eius generationẽ arcendi facultatem obtinet. Eius descriptio talis est. Θεῶν χεῖρες.

Alius lapidem confringens ac proijciens potus.

Accipe spicæ nardi, phu, saxifragæ, betonicæ, asari, seminis lini, petroselini uniuscuiusq; denariũ pondo sedecim, costi, folij cuiuslibet denariũ pondo octo, quibus redactis in puluerem dabis mystrum unum ante prandium cum condito communi bibendum ægroto.

Potio Διὰ νάρδου, hoc est ἐξ ἴρεως nardi confecta ualde utilis.

Poculum Διὰ νάρδου constat ex spicæ nardi, piperis singulorũ uncia una, cassiæ, costi uniuscuiusq; uncijs duabus. Rediguntur pariter in farinã omnia te-

tenuissimã, cuius datio existit cũ aqua quũ uespere, tum mane cochleariũ unũ.

Alia ad eadem conducibilis.

Sumito rutæ syluestris, maluæ syluestris, & apij radices æquis partibus & cum uino decoquito, cremoremq; expressum aquæ cõfundens, cochlearia inde bina potui dato. Has igitur & id genus alias potiones infestante paroxysmo & urinarijs meatibus, per quos lapidi iter est, obstructis, usurpare expedit. Caueat proinde languidus ne extra acerbationẽ, nullo cruciatu scilicet uexante, huius farinæ medicamentis utatur, ne prauè temperata reprehendantur renũ loca. Atqui si huius classis medicaminibus sumptis parũ aut nihil proficiatur, doloresq; persistant, discrimẽq; haud ita leue portendant, adeò ut uiribus planè dejectis uigiliæ perpetuæ molestent, dispicienda sunt antidota anodyna, quæ mitigatis doloribus somnum accersant, calculos confringãt & cõminuant. Verbi caussa: Philoniũ, Panicea, & Theriaca haud admodũ annosa uel per se, uel admixto Philonio. Quod omniũ præstantissimũ censetur, quoniã uireis restaurat & dolores lenit. Simile præsidiũ nephreticis præstat hoc antipharmacũ, cuius compositio est huiusmodi,

Antidotum pro renum doloribus, Hulceribus item renũ ac uesicæ uel de anodynum, hoc est confestim omnem dolorẽ sedans & amputans.

Piperis candidi, seminis albi altercí, quod νονοκύαμον Græci uocãt, cuiusq; denariũ pondo uiginti, lachrymæ papaueris (quod ὄπιον est) denariũ pondo decem, crocei denariũ pondo triũ, pyrethri, euphorbij singulorũ denarij pondo unius, seminis cucumeris satiui, seminis apij uniuscuiusq; denariũ pondo sex, seminis rumicis, seminis cicutæ, amygdalarum amararũ mundatarum, seminis fœniculi cuiuslibet denariũ pondo trium, mellis quantũ satis est. Fiat confectura, & uehementissimis doloribus infestantibus utere.

De Renum inflammatione Caput XXXV.

Est prætereà quãdo & inflammatiõe renes tentant (quemadmodũ & uesica) id si ex sanguinis nimietate plethoráue & cũ earundẽ partiũ oppilatione prouenit, mox à curationis exordio sanguinis detractione obuiã ire expedit, cũq; si comitent illico medicamẽta, quæ uulgò dicuntur laxatiua, nihil delinquitur. Vidimus nanq; cõplures nihil aliud facientes hisce duntaxat remediorũ subsidijs ad pristinã omnino sanitatẽ fuisse reuersos. Reuoca porrhò ad memoriã quũ eas quæ à nobis tum quæ à priscis authoribus super eadem re traditæ sunt, & experimẽto cognitæ medendi ratiões, & ex uiribus affectionis, robore languentis, habituq; corporis haud difficulter singulis idonea deprehendes medicaminũ auxilia, quæ calculos conterũt, ejiciunt, & alios repullulare nõ sinũt. Perpetuũ quippe illud est: Si ex nimiũ calida renũ intẽperie renũ morbus & calculus nascat, necessum est ex calidis poculis, si quando sumantur, lapillos denuo promptissimè gigni. Proinde manibus ac pedibus, ut aiunt

aiunt, nimis calorificæ potiões sine discrimine omnes pariter & acrimonia quadam præditæ fugiendæ sunt. At si quando res ita ferret, ut nolis uelis utendũ sit semel atq; iterũ calidis, utere, ijsdem tamen postea è medio sublatis, sedes ad mediam temperiẽ perducendæ sunt. Caue hĩc cõmittas, quod plerique cõmittere nõ uerentur, qui in fine morbi eadem præbenda esse falsò autumant, ne uidelicet cõgestis denuo inibi crassis & glutinosis humoribus, calculorũ materia, deniq; lapidescat. Contraria potius ratione agendum (lapit enim semper in hac constitutione calor) atq; ob id quidem pulchrè temperantibus, scitéq; extenuantibus rebus, idq; citra omnẽ ardorẽ uti etiã tum cõpetit. E quorũ grege censentur oxymeli, hoc est acetum mulsum, adiantus, decoctũ asparagi infrutetis seu uliginosis locis nati, quẽ Græci ἀσπάραγον adpellant, Latini Asparaginẽ syluestrẽ dicere possunt, gramen, radices apij, radices capituli carduí, & pentaphylli, radices foliaq; plantaginis, atqui his omnibus præstantior est seminis ciceris nigri decoctio, semen itẽ pæoniæ, quã & glycysidẽ dicũt, & amygdala. Neq; tamẽ horũ frequẽs usus, nisi quũ crassæ materiæ in renibus suggestæ uel accumulantis & colligẽtis se suspitio. Atq; hæc quidem ieiuno, ut uulgò loquũtur, uentriculo & ante alios semper cibos haurienda sunt, aqua in qua elixa sunt existente non frigida, uel elixatione in aqua decocta. Neq; eñ facile quicquã reperiri potest quod æquè renes tẽperet, atq; solennis usus aquæ calidæ, obnixius eñ cæteris, renititur, ne quo modo lapides inibi deinceps rursus crescere possint.

Victus Nephreticorum.

Inter alias uerò escas puta in medio prandij, uel aqua bibatur gelida, uel uinũ frigidũ, uel rosatũ aut uiolatũ & sanabitur indubiè languidus. Conditũ nãq; omnino, & aquosum liquamẽ, hydrogarũ quod dixêre, interdicenda sunt, item quæcũq; piperata, uel cũ pipere cõdita, quæq; acria sunt cibaria, & quæ crassos densosq; humores procreãt. Cuius classis habentur quæ uulgò Triuocantur, nos itria nominamus, halica pariter & oua dura, pistoriũq; opus è lacte contextũ, & caseus. Vinũ præterea ualde nigrũ & adstringens cuiusmodi est austerũ, & de plumis culcitra quoniã renes sumopere calfacit fugienda est. Vitare insuper expedit quæ cõcoctrici facultati plurimũ negocij faceſcunt, & nõ facile concoquibilia sunt. Verbi causſa, sæpiæ, & pisces duræ carnis, cynnus, pisces testacei, capitosus, cephalisue, & omnia breuiter ὀστρακόδερματα, hoc est procute testã habentes exceptis pectinibus. Echinis uerò subinde, si fieri potest, uescendum est, quoniam temperiem conciliant, & lotium proritant. Astacus uerò & marinæ testudines nonnisi rarenter admittantur, Ostreæ uerò nunquam. *Vinum.*

Quæ carnes obsint aut conferant.

Pingues itidem carnes prohibendæ sunt, auesq; palustres. Offerendæ uerò sunt extimæ anserum partes, & aues non saginatæ.

Fructus pomaue.

Fructuum usus non interdicitur, cucumeres item, maximè uerò carnes & interius fartum, præsertim melones. Ficus quum uirides tum aridi, uuæ præ

tereà & mela, piraq́, neq; hubertim neq; ſubinde crebroq́ accipiantur.

Notæ inflammationis renum ex plenitate humorum.

Oriuntur in quauis quidem corporis parte inflammationes ex plenitate humorum fluentium, præcipuè uerò in locis corpulentis atque carnoſis. Quapropter quum renes ſint admodum abditi neque uiſui patentes, acuratius contemplandum án phlegmone eorum ex ſola plenitudine, án ſola qualitate uel utrisque pariter trahat originem. Plenitudinis quidem cauſſa eſt, multum & inutile ſanguen, uel certè ex plenitate facta obſtructio, uel quum extenditur uel altius inſurgit locus affectus. Ex qualitate uerò fit, quum laborans natura fuerit bilioſus humoreq; ualde acutus, uel atra bilis denſa craſſaq; ac pinguis. Quod ſi ex his quæ copioſè defluunt, & cacochymia præterea, id eſt ex prauis ſuccis eueniat, ex utrisq; ſanè infeſtatur locus, expandit enim plenitas & infeſtat inſuper praua humorum qualitas. Conſiderandum igitur ſtudioſius diſtillét ne humor eodem ex uniuerſo corpore, an ex aliquo ſuperiore uiſcere puta iecinore ſiue liene, uel quacunque alia corporis parte. Nam inde ſumma naſcitur curationis diuerſitas, nam ſi ex uniuerſo corpore manarit humiditas, plethoriam totius corporis arguit. Cui rei medendæ peculiaris diſpicienda eſt curandi ratio. Deinde topicis utendum eſt præſidijs. Verbi gratia, ubi ſanguineus humor iuſtum naturæ modum plus iuſtò excedere uidebitur, & inflammationẽ efficere, ſanguis citra controuerſiam pertuſa uena auferendus eſt. Si uitium humorum (quam κακοχυμίαν dicunt) mali occaſionẽ præbuerit, purgante medicamento uitioſum ac redundantem ſuccum confeſtim euacuare expedit. Atqui priusquàm corpus purgatorio medicamine, prauitatẽ ſua exonerare tentaueris, conferentibus prius cibarijs fluidum reddas oportet materiam negocium præbentem concoquas, aluum temperes, & huic planè rei idoneam compares. Cui prouinciæ imprimis quadrant ſucci ptiſanæ, ſucci intyborum, piſces humectantes & temperãtes. Quod ſi humor officiens tenax fuerit & craſſus, omniſq; acrimoniæ expers coquendus ante omnia ac præparandus eſt, aceto mulſo (quod ὀξυμέλι uocant Græci eduliſs præterea, & elixationibus quæ humores ſpiſſos extenuandi ac diſſipandi poteſtatem obtineant. Cæterum quum ſubtiliantia magna ex parte omnia uellicando exacerbationem ſedibus inflammatis cieant, ea quæ citra omnem mordicationem hæc munia abſoluunt ſeligere conuenit. Inter quæ principem locum poſſidet aqua mulſa, quæ ut non inſtenuè extenuat, ita uellicatione omnino caret. Proinde cũ ea præcipuè humores uiſcidi & tenaces ante medicamentũ cathartícũ attenuãdi, & acres leniendi tẽperandiq; ſunt. Poſtea ſi res poſcere uidebit, ſequatur purgatoriũ, maximè ſi ſola uictus ratione ſuperfluũ humorẽ educi poſſe deſperes. Emuerò ſemper cauendũ eſt ne loca phlegmõe correpta cathartico purgare moliamur, præſertim inter ipſa ſtatim primordia humore etiãdum crudo & indigeſto, & tumore immenſo adhuc feruore occupato: nulla etenim corporis pars, ampliore cũ periculo purgante medicamẽto tentatur atq; renes & urinæ inflammatũ receptaculũ. Vtræq; uerò hæ partes, renes puta

Cocta medicatio non cruda.

&

& uesica ut proclíuius natura humores redundãtes ſuſcipiunt, ita ægrius in eis ſuſcepti digerũtur. Vbi autem euidentiſſima crudi & indigeſti humoris ſigna cõparuerint, minimè gentiũ offerenda ſunt cathartica. Vno igitur uerbo ubi uitioſus ſuccus (quam cacochymiã adpellitãt) prauaq; materia ſuperare nimium conſpiciunt, tum deniq; locus eſt medelæ catharticæ. Sin corpus minimè plethoricũ, neq; multa redundarit materia, ſed qualitatis potius uerbi cauſſa, calidæ, leue delictum cõpareat, fugere oportet, mulſam & cũcta quæ urinam proritant, (διουρητικὰ à Græcis nuncupata.) & mordicitatem in ſe continent pariter & quæ morſu omnino uacant. Sed largiore contrà manu aqua porrigatur calida. Quæ ſuæ naturæ aptitudine acrorem hebetat atque obtundit, & mordicationem abluendo abſtergit, caloremq; extrahendo ad temperaturã reuocat, & dolores deniq; ſedat, phlegmone infeſtatis locis, acredine profligata, admirãdo eſt auxilio: Sin æqualiter inter ſucci adaucti, (quod plethoram, Græci uocant, nos plenitudinem & ſuccorum redundãtiam rectè, puto, dixerimus) inflammationẽ renũ aut ueſicæ induxerint, tantũ abeſt, ut lotium mouẽtia expediãt, ut plurimũ officiant, quoniã ſemper aliquid craſſi humoris ſecũ aduehunt, & ſerei liquores, tumore in renibus pſiſtente, uiasq; obſidente, erũpere, phibiti, humorem adaugẽt. Foris autẽ, ſi inflãmatio ex bileo humore trahat originem, frigorifera adplicanda ſunt, potiſſimè inter principia & phlegmone etiamdum feruente. Ad quam ſanè rem innumera fermè frigorifica ſummè faciunt, omnibus uerò facilè palmam præripuerit, ceratum cum oleo roſarum ad hunc modum contextum: Accipe olei roſarum quantum uidebiẽ, aceti pauxillum uel ſuccum ſanguinariæ ſiue portulacæ redige in ceratam. In morbi uerò incremento quiddam inſuper eorum quæ euaporationẽ, digeſtionem ue, (quæ Græcè διαφορητικὰ uocãt) induunt adijce. Verbi cauſſa, oleũ chamæmelinum, uel adipes non antiquos porcorum, uel parum medicamẽti διαχυλῶν. Circa finem uerò morbi largius admiſceri debent diaphoretica. Plethora.

Phlegmones ex humoribus natæ curatio.

Quod ſi adipſos humores harum partium phlegmone referatur extorſum huiuſmodi medicaminũ ſubſidijs ſuccurrere expedit quæ citra uelliſcationem extenuandi humores uim obtinent. Equorum claſſe ſunt: Oleum chamæmillæ, & cataplaſma ex farina hordeacea & ſemine liniin elixatione herbæ chamæmillæ & ſertæ Campanicæ, abſynthij item & altheæ radicum & alii quantulo paſſi ſeu defruti, elixatũ. Atqui ſi incẽdioſus affuerit ardor, paſſum de frutum ue interdicendũ & demulcentibus utendũ. Interdicere nanq; oportet omnibus uehementer caloriſicis, ne ad ſuppurationem perducant eam quæ in phlegmone renum cõtinetur, materiam. Quẽadmodum & multũ frigoriſicis ne uſu frequenti, multóue σκιῤῥος, ideſt durities uix ſentiens renibus inducat. Quælibet nanque & cuncta quæ modum ſeruare non uidentur, ceu hoſtilia

deuitanda sunt, potissimè in renum inflammationibus. Neq; unquam nisi prius facta plethoræ euacuatione petendum puto balneum. Discussa autem plenitate & balnea & insessus (Græcè ἐγκαθίσματα dicunt) citra periculum petuntur.

Phlegmones renum suppuratæ curatio.

Phlegmonen (hoc est, inflammationem) renum suppurari iam his notis licet deprehendere. Ante omnia cum tremore algor quidem citra ullam occasionem ingruit, ad hæc temeraria (id est præter rationem) & nullum typum ordinemq; obseruans febris dolores locum suppurantem acrius infestant, febres solito graviores reddunt. Deinde ubi languidus ex affecta parte, in sanam se conuerterit, longè uehementiores cruciatus sentire se, quàm hactenus unquã testabitur. Abscessum iam inibi quoque prognatum iudica. Cæterum si pus aliqua ex parte se uisui offerat, tum haud aliunde quàm ex renibus esse putato, & certius eius rei iuditium est, si eadem doloribus & pondere uexetur particula. Atqui de singulis nunc est pressius agendum, ut liquidissimè constet unde nam pus promanat, è renibus ne, an uesica, an urinario meatu, pulmonéue aut alio quopiam membro. Quum igitur pus cum lotio excernitur, si ex superioribus deferatur partibus uniuerso urinæ corpori mixtum id conspicitur. Sin ex infernis partibus defluxerit, tum residens in fundo matulæ hypostaseos loco, frequẽtius quàm inter enæoremata apparet. Si uerò in medio enæorematum scilicet loco, pus inter contenta fertur, confusa quadam permixtione, contemplare omnino oportet quæ in urinæ mixturam & contentorum formam euidentissimè enim inde elicitur locus affectus. Nam si laminea fuerit hypostasis quam Græci uocant: μεταλλοειδὲς è uesica excerni significatur. Si carũculæ paruæ aut uel uti capilli unà cum urina exeunt his à renibus excernitur. Proinde uerò & doloris proprietate & quæ antecesserunt & quæ comitantur, quæq; concurrunt loca q; adflicta euidentem caussam exprimunt.

De meientibus pus. Caput XXXVI.

PVs igitur quum urina erici interdum uel cæco liquidissimè constat. Curandi aũt in hac affectione cõstituti, medicinis nihil exhulceran tibus, quæq; pus eliminant & hulculculis pulchrè medẽtur. E quorũ grege habentur, aqua mulsa, succus fœnogræci, admixto exiguo melle. Adiantus item & semen cucumeris satiui, cum uino aureo & pastillus διὰ φυσάλιδος hoc est uesicagine formatus, & lacasitinum epotum, præsertim si uesica fuerit exhulcerata, & lapis Armenicus potus. Caudaq; equina quæ Græcis ἱππούρις uocatur & gramen denicq; potum. Multò autem magis cum collyriis aeglandibus & pastillis citra mordicationem deficcantibus plusquàm extenuantibus succurrendum est hulceribus urinarij meatus. Attendenda est itaq; in eorũ curatiõe eduliorũ quæ sumunt qualitas. Non pauci etẽm medicaminũ præsidijs tantum modo usi epularũ qualitates negligentes, neutiquam potuêre pristinam ualitudinem recuperare. Magna porrhò cum utilitate sumuntur succi ptisanæ, atque auenæ adiecto duntaxat bono uino coloris aurei

uel

uel œnomelite, aut passo Cretico. At si passum sapâue minus ad palatũ languẽtis fecerit, adeò ut iniucũdus uideatur eius potus, dandum est certè uinum aut hydromelum, uel uinum Guidium, uel Cruptinũ, uel Tyrium, uel aliud id genus modicè. Nam si largius hauserint fluxiore grandiore corrípiuntur uiscera & oritur amplior inflammatio. Summè etiam prodest esus uuarum, amygdalarum, & nucleorum pineorum cum defruto, nisi ex solenni consuetudine nascantur in renibus calculi. Plusculum præterea tulerint auxilij, oua gallinarum mollia temperata, hoc est tepida manducata. Vidimus quippe quépiam oua recens in lucens à gallinis ædita confestim, etiam dum cruda, sed à matre adhuc tepida sorbentem, qui præsens se auxiliũ sentire testabatur. Vellicationes enim cum doloribus ueficæ repente mitigatas affirmabat. Echinus porrhò lotus per se uel cum mero suluo, uel hydromelite dulci sumptus. Loti item pectines, & Astacus bis coctus duabus uidelicet aquis & perpurgatus summo remedio sunt. Historia

Quæ cibi loco sumenda sunt.

Intybas adhæc & Brassica ter elixa cum uino sumenda sunt, plurimum enim emoluméti in hac cõstitutione adferũt. At si pus quod eijcitur, careat acredine & mordicatione, lupini insulsi multum auxilij cõtulerint. Conferunt non minus & sumpta ex fœnogræco cymata. Cymæ item fabarum manducatæ parem commoditatem præstant. Præsentis sunt auxilij castaneæ cum elixæ tum assatæ, maximè si pus, quod emingitur subtile efferat & bilioſum.

Vbi uerò uerò pus quod effertur crassum fuerit & compactum adeò, ut ægerrimè defluat cibaria uitiosum succum generantia prohibere ne coaguletur, in corpore oportet.

Ad ueficæ, renumq; dolores.

Veficæ, renumq; doloribus eximiè conferunt puleris seminis lini denariũ pondo duũm, amyli denarij pondo unius. Dabis inde potui cum aqua cochlearium unum.

Pastillus ad renum & ueficæ hulcera.

Antidotus medendis hulceribus, uulneribusq; renum & ueficæ placandis item doloribus earundẽ partiũ, quæ repente succurrit. Cuius talis est cõpositio: Accipe piperis candidi denariũm põdo uiginti, herbæ Apollinaris, quã ὀυσκύαμον dicunt Græci, tantundem, croci denariũm pondo trium, lachrymæ papaueris denariũm pondo decem, euphorbij, pyrethri uniuscuiusque denarij pondo unius. Hæc quidem confectura Philonij antidoti existit. Cui adijcere oportet in confectione seminis cucumeris satiui, seminis apij, amygdalarum amararum, seminis fœniculi singuloru denariũm pondo sex, seminis cicutæ, seminis rumicis, cuiuslibet denariũm pondo trium, petroselini, daucí cuiusque denarij pondo unius, mellis quãtum ad cõprehendenda ea satis est. Offer haud aliter atque Philonium antidotum.

De Pastillis & Antidotis medendis hulceribus renum atq; uesicæ.

Pastillus διὰ φυσαλίδων (hoc est, ut quidam interpretantur ex alchechengi confectus,) qui renum doloribus & calculo, & hulceribus cum uesicæ tum renum succurrit. Habet seminis cucumeris satiui denariorum pōdo duodecim seminis fœniculi, croci uniuscuiusque denariū pondo sex, semins rumicis (quod λάπαθον Græci uocant) nucleorum pineorum frictorum, lachrymæ papaueris, seminis Alterci candidi, quod ὀνοσκύαμον uocant, amygdalarū amararū cuiuslibet denariorum pondo trium, Physalidos, quam Rhomani uesicaginem uocant (& uesicariam) grana uiginti quinq;, seminis cicutæ denariorum pōdo quatuor, redige in pastillos, cum defruto. His autem qui febricitant cum aqua tepida. Confert igitur hic pastillus renum & uesicæ affectionibus, quibus sanies aut pus cum lotio excernitur, uel sanguis, uel instar musti quidpiam, aut sabulum, cum uehementi ardore cum eo iquore ejicitur. Quum uerò urinæ follículus, uel meatus urinarij, quos Græci πόρους uocant (significant aūt hi loca per quæ ex renibus mittitur urina in uesica, & huius ceruicem, penisq; cannam, hulceribus, aut uulneribus infestantur, eundem trochiscum per mentulæ foramen, cum lacte asini, seu hominis, aut passo sapáue injce.

De stillicidio uesicæ stranguriáue Caput XXXVII.

QVibusdam lotium interdum substillum fit (quod uitium Græci στραγγουρίαν dixerunt) Vbi acuratè considerandum est, si urinæ acuminis quidpiam in se contineant, & uniuersus corporis habitus ex acrimonia & bile constet. Atque tum omni conatu insistendum acredini qui uellicando urinæ stillicidium efficit. Si uerò nihil horum neq; quicquam eiusmodi infestarit, sed contraria omnino ratione eueniat, lotium q; redditur candidius & languidus edulijs balneisq; usus est frigidis, egelida intemperie stranguriam originem trahere censeto. Sicuti illam superiorem ex calida urinæ temperatura praua. Atque hæc quidem plerunq; existunt strangulatus uesicæ, urinæ ue stillicidij fontes.

Calidæ intemp; erici curatio.

Vbi intemperies calidior malo occasionem dederit, pro qualitate causſæ competenti curatione utendum est. Si acuties fuerit, humectātibus, & temperantibus succurrendum est, neque quicquā salsoris, neq; calidi tantillū sumendum est. Ptisana uerò quū per se, tum adiecto hydromelitis pausillo, uel fului coloris uino huic cōstitutioni eximiè subuenit. Quandoq; ubi acrimonia obtusa quieuerit, aqua mulsa cū lacte. Nā si cum acredine plurima fuerit aridítas, corrumpitur. Quin etiam lauacra assidua & calida aqua in prima mensa uel aliàs ante alia cibaria sumpta mirificè prosunt. Prosunt itidē cucumerū interius fartum, melones cymara, fœnogræci, uuæ dulces, & uinū dulce. Cuiusmodi est bithynium, & ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, id est, ut summatim perstringam cuncta

cuncta quæ placandi, demulcendi & temperiē inducendi, domandíq; acumen, poteſtatem obtinent, offerre ita habentibus congruit.

Frigidæ intemperiei curatio.

Vbi uerò ex gelida prouenerit intemperatura urinæ ſtillicidíj affectio, iuxta Hyppocratis illud: Contraria contrariorū ſunt medicamenta, neceſſariò calorificis quū cibarijs tum medicaminū præſidijs obuiā eundū eſt: Cuius ergò ita affectis merū calidioris natura potentiæ, uerbi cauſſa: Abſynthite & anſatum, ut ita dicam, potum remedio eſt. Holera quorū eſus probaē ſunt: Apium, daucus, porrus recoctus, & ut uno uerbo eloquar, quæcūq; calorificam natura habent potentiam. Hæc quippe intra in corpus utiliſſimè ſumuntur. Cæterum forinſecus adplicare oportet ungenta ex oleis caloríficis. Verbi cauſſa, olei Aneti, de glautio, uel marciaton, & ut paucis expediam omnia ſecundum naturam calida. Eſt quando & allij & artemeſiæ decoctum in potu ſumptum, per interualla temporis ſtillarū urinæ fluxui, quam Græci, uti díximus, στραγγουρίαν uocant, eximiè ſubuenit, nec nō & ei ueſicæ uitio quo per colem ægerrimè, nec ſine magno dolore, conatuq; urina exit, (quod malum Græci multa à difficultate, & à dolore δυσουρίαν adpellauēre,) ſi non ſit ex aēre multo inflāmatio. *Vinum. Holera.*

De *difficultate mingendi, quam Græci Dyſurian uocant*
Caput XXXVIII.

MVltoconatu urina (quod malum à Græcis δυσουρία uocatur,) interdum non ſine magno cruciatu, interdum citra dolorem effluit. Si eñ ægrè id, uel toto canale obſtricto nihil fluit, (quæ propriè ἰσχουρία eſt,) cum ingenti dolore, ueſicam affligi exiſtimadum eſt. Et ſi citra grauitatem, cum immenſa uellicatione ac ſtímulo puncturáue id mali afficiat, hulcus ueſicā tentaſſe iudicare oportet. Sin grauedo pariter moleſtarit, cuidentius id & longè certius, phlegmones ſiue abceſſus (quod ἀποστήματα uocatur,) indicium eſſe putato. At, ſi nulla infeſtante grauedine, ſola diſtenſio uideatur uexare languentem, multam flatuoſi ſpiritus uim ueſicam occupaſſe, & inde urinæ ſuppreſſionem, ex obſtructione naſci, ſciri debet. Vbi uerò nullo penitus neq; dolore, neq; tumore, neque tenſione, lotij folliculus tentatur, renes aut urinarios meaculos, quí νεφροὺς dicūtur obſtructione aut inflamatione, calculóue occupari, affligíq; conſyderandum eſt. Amuſatim itaq; omnibus quæ memorauimus cognitis, ſingula ſunt ſingulis cōferentia medicamentorum ſubſidia adminiſtranda.

De Meiendi difficultatis curatione.

REmedia quibus renum inflāmationibus, abſceſſibus item, quæ ἀποστήματα dicuntur, ſuccurrēdum eſt iam pridem enumerauimus. In præſentia igitur Dyſuriæ idonea ſcito ordine medicaminū auxilia proſequemur. Quū ex dēſo, tenaci ac uiſcído urina obſtruit, oxymelite, uel mulſa, uel elixatiōe radicū raphani,

raphani, bruſci, aſparagi & origani, atq; id genus cæteris obuiam ire conuenit. Sed his magis admirandæ uirtutis eſt aduerſus grandiores obturationes corticũ lactariæ herbæ decoctio, adeò ut lotiũ uehementer ſuppreſſum proritet, & meatus extenuando laxet. Cæterũ inflammatione infeſtante eiusmodi interdicenda ſunt, quorum loco non mordicantia & digerentia comportunt. Equorũ claſſe eſt Aqua mulſa. Foris autem inflammationes diſſipantia adplicare expedit. Quod ſi renum petræ duriores minuſq; friabiles extiterint, & inde propter obſtructionem lotium ſupprimatur, ſummè prodeſt glycyſis hoc eſt herba Pæonia, cum uino, melleq; epota. Eſto autem iuſta eius herbæ datio dioboli bini aut terni. Summè facit ad idem decoctio radicũ quinq; folij, radicibus in aqua elixis. Conducit etiam Irion, quæ à Græcis ἐρύσιμον uocatur. Succus item ſerpilli & ſanguis hircinus, & excidis facta potio. Atq; hæc omnia & ueſicæ calculos particulatim comminuere cenſemus. Cæterum compoſitum ex his commemorarum iam antea eſt medicamentum.

Cerotum ad ſtrangurian & dyſurian cum alui aſtrictione.

Radices maluæ agreſtis tantiſper dum in ſartagine phrygeant in oleo Sycionio cum aliquantulo aquæ decoquito radicibusq; porrectis ſucci rutæ quartam partem oleo adijce. Ceræ uerò & caſtorij quantum ſatis eſt.

De Calculo ueſicæ Caput XXXIX.

QVemadmodum in renibus, ita & in ueſica gignuntur calculi, quod malum λιθίασιν Græci, id eſt, calcularem morbum adpellitant. Cæterum urinæ folliculo pueris crebrius, quàm uiris adultis generari conſpicimus, atq; id quidem non ob eius ætatis calorem, uerum ex craſſis potius quibus abundat ſuccis, pcliuior ea ætas ad calculoſum ueſicæ morbum eſt, cognato inſitoq; calore humores illo expeditius conſpiſſante. Atq; ob id quidem in eorum curatione oportet imprimis craſſis humoribus occurrere rebus extenuantibus, ne amplior materia craſſa, parens calculi in ueſſica urinæ, accumuletur. Cuius rei gratia non immeritò obeſis, quæ διάφαγα Græci uocãt & uiſcidis quibusq; abſtinendum eſt. Fugienda ad hæc à cibo ſtatim quælibet agitatio.

Notæ Calculi.

Signa calculi ueſicæ. Fieri λιθίασιν, hoc eſt calculoſam affectionem in ueſica haud aliter atq; in renibus diximus, cuius euidentiſſima ſanè habentur in urinis indicia. Quãdoquidem maximè cruda & candido colore conſpiciuntur, atq; id quod in matulæ fundo reſidet ſabuli imaginem præfert. Porrhò cõuitio implicíti ſcalptura penis mirificè capiuntur, qui ſubinde etiam nullo uenereorum ſtimulante deſiderio explicatur ac turget. Adq; lotium emittendum identidem facile urgeri cognitum habemus.

Calcularis

Calcularis uesicæ morbi curatio.

Superiore capite medicamentorum quæ potenter, ne uiolenter dicam, calculos in uesica prognatos, effringunt cõminuuntq; facta est mentio. Repetenda sunt in præsentia efficatiora ex his, à priscis exquisitè inuẽta & à clarissimis medicinæ authoribus experimento probata. E quorum utiq; grege sanguis hirci principẽ locum obtinet, qui si calidus injiciatur, uel inungatur, iuxtà quidem admirando quodam modo confringendo lapidem prodesse consueuit. Præstat uerò si fusus super uesicæ regionẽ illiniatur. Optimũ autem si in calido balnei aëre uesicã hoc sanguine perfundas atq; ita perungas. Faciendum uerò id quidem est, per interualla identidem ac sæpenumero.

Conditura lapillos comminuens.

Calculos non tam uesicæ quàm renũ confringit confectura quæ accipit saxifragæ, spicæ nardi, columbæ, quod λιθόσπερμον hoc est lapidei seminis herbam uocant, betonicæ & piperis candidi uniuscuiusq; denariũ pondo octo petroselini, folij cuiuslibet denariũm pondo duodecim, seminis rutæ agrestis denariũ pondo quatuor, mellis sextarium unum, uini Ascalonitæ xestas sedecim, facito conditum, & ubi res postulat utere. *Nostri uulgo milium solis.*

De scabie Vesicæ Caput XL.

ADficitur nonnunquam uesica scabie, quod uitium Græci τριχίασιν Rhomani uerò Porriginem uocant. Quod ex lotio oculatus spectator facile deprehendet, quoniam in eo furfuracea quæ frustula conspiciuntur, & si furfuribus similia nonnũquam ex uenis deferantur. Quæ discernere hoc modo oportet: quod si lotium reddatur tenuis essentiæ, & acutæ constitutionis, clara tum ex uenis potius quàm ex urinæ folliculo furfuracea illa quæ in lotio adparẽt iudicandum. Sin contrà lotium crassum ac pingue emingitur, scabie uesicam laborare cognoscito.

Scabiei uesicæ curatio.

Vesicæ scabiosæ medelis citra mordicitatem purgantibus & extremè desiccantibus & cicatricem denique hulcusculis ac uulneribus contrahentibus obuiam eundum est. Cæterum uesicæ scabies per se affectio quædam est ægerrimæ curationis, & tantum non immedicabilis. Et proinde summo studio curationem eius indagandam arbitror. Et uerò in eius curatione medicaminũ auxiliijs quæ urinã proliciũt & educunt imprimis utendum. Lac in hoc asinin ũ creberrimè expedit, multus nanq; ipsius usus præsens est remedio. Quod si lac asininum ad manũ no fuerit, lac capræ quũ in potu tum in cibo prabendum est, uel cum pane, uel cũ similagine cocta, uel cum hytria, quã Tri uulgò cognominãt uel cũ farina tritici cocta † cicere. Prosunt etiã magnificæ oua mollia, & melones & cucumeres, & nuclei pinei recẽtes, & uuæ & semẽ cacumeris deniq; potũ breuiter quæcunq; inde constituuntur. Vel nucleis pineis utere per se, uel lachryma papaueris, quod opium est, aduersus immensissimos dolores. Cæterũ † *Aliàs ätro.*

medicaminũ quod ex papaueris lachryma constant non est largius q̃ pro uiribus languentis utendũ. Confecturæ uerò medicaminis quo sereis affectionibus & minctionis difficultatibus, inflammationibus item renum atq; ueficæ, quin & ijsdem eiusdem partis hulceribus cum inflammatione succurrit, talis cõpositio.

Accipe nucleorum pini obulos duos, cucumeris seminis satiui diobulos duos, amyli denarij pondo unius, spicæ nardi tantundem, seminis apij denariũ pondo quinq;, & in xesta aquæ una ad tertias decoque. Quo cum elixatione enumerata contere, & cyathos geminos potui dato.

De Vrinæ profluuio Diabetẽue Caput XLI.

REnũ affectio est διαβήτης qua exuperãter & plus iustõ lotiũ emingit Rhomani inde urinæ uocitãt profluuiũ. Quod mali genus simili & eadẽ omnino causa qua intestinorũ lubricitas (quã Græci λιπαρείαν dicũt) accidit: nã quemadmodũ in lienteria sumpta cibaria nihil à sua qualitate mutata pniciter adeò transmittũtur, ut ne parũ quidẽ, ne cũ donec cõficiant & digerant ac nutriãt corpus differãt. Quo fit ut pleriq; nõ διαβήτην hanc, id est urinæ celerem transitũ, sed eiusdem liquoris διαῤῥοίαν, hoc est urinæ profluuiũ, atq; decursum, eò quòd pernix assumptorum potuũ per ueficã acuum perinde atq; potata sunt, transitus est. Atq; ob id quidẽ potus qui à laborãtibus hoc modo sumitur nihil humectat, neq; corpus reficit. Qua de causa in hac affectione constituti supra modum sitiũt, unde & dispacon pleriq; eandẽ affectionẽ cognominant. Atq; hæc quidẽ cõtrouersia est sup huius ægritudinis adpellatiõe.

Causæ urinæ profluuij.

Oritur uerò eiusmodi ægritudo uel ex retentricis potentiæ renũ imbecillitate, attractricis potestatis robore uigente, uel aliquo immodico ardore, p quæ renes uehementer adse trahunt, sed, micella contentrice ut dixi facultate cõtinere nequeunt, seduenæ confestim effusæ sanguine spoliantur & corpus nõ alitur. Quam obrem ad succurrendum huic malo intemperies omni conatu inducenda est. Et curandi rationem hunc in modum prosequi congruit.

Vrinæ profluuij curatio.

Si igitur cõmodè huic ægrimoniæ subuenire est animus, loca quæ afficiũtur imprimis, refrigerare, uniuersum corpus temperare, & quia exiugi serosi liquoris effusione aridum & quasi exuccum est, humectare expedit. Quo nomine pocula ijs sunt, quàm pro consuetudine largius administranda, ne arenti deinceps siti premantur. Alimenta item copiosius quidem, sed concoctioni renitẽtia acceptare cõuenit, eò quòd tenuioribus edulijs iecur percalfactũ & acredine imbutum, uentreq; arido inde effecto membrorũ humiditatẽ attrahit atq; cõsumit. Exhibendi sunt itaq; affatim cibi pinguiores. Verbi gratia, halica quæ cõmodissima est, uel cũ rosato, uel uino aureo, uel rhodomelite, & exiguo serapino Tyrio, uel Cnidio, uel †hydromelite, uel quopiã alio calorifico. Ex holeribus probantur

† Aliás rhodomalo

probãtur, intyba, seris seu cichoriũ, lactucæ. Carnes præterea solidiores, seu uuluæ, pedes porcini, & maximè bubuli, & rostra porcina, hysitriaq;. Ex piscibus uerò, scrophi, saxatiles, & alij quicũq; durioris carnis. Meloues præterea exemptis seminibus seu nucleis, & poma permulti dulcoris uehementer expediunt.

Quæ uitanda sint diabeticis.

Salsamenta omnia acutaq; cætera tanquã inimica fugere debent diabetici, quin neq; iusculis inferere eadem cõceditur. Pari quoq; modo nihil neq; anisi, neq; cymini, neq; fœniculi, uel quorũcunq; seminũ, uel quicq; ut simpliciter dicã eorũ quæ lotiũ proliciunt, ammiscendũ est. Vitare itidem oportet echinos amygdala, pistacia, ficus, atq; palmulas quos dactylos uulgò nominant. Castaneæ uerò tanquam innoxiæ admittuntur.

De incontinentia genituræ & libidinosis insomnijs Caput XLII.

Ονοσσοφία est importuna præter uoluntatem prolifici seminis sine uerenti erectione profluuium. Oritur autem id mali nõ una saltem ratione. Quandoq; enim & quidem ut plurimum, ex contentricis potentiæ uasculorum seminarium, genituram cohibere non potẽtium, imbecillitate nascitur. Est uerò eius rei plerũq; parens nimietas qua uirtus hæc quã καθεκτικὴν Græci uocant grauatac deprimitur. Quandoq; uerò ex acrimonia seminis prouenit. Nonnunq; ex tenuitate ipsius procliuiter effunditur. *Causſæ.*

Indiæs incontinentiæ seminis prolifici.

Sciscitari itaq; medicũ conuenit super genituræ qualitate, crassáne sit an subtilis quæ ejicitur, & quid causſæ accesserit, cuiusmodi uictus ratio, quæ cibaria An Veneri plus quàm par sit indulserit. Nam si redundantia quidem & nimia plenitudo affuerit, consequens est imò necessarium effundi. Si uerò nihil redundarit & semen quod promanat bileum magis & acre uidebitur, tenuitatem proritationem illam seminis efficere reputandum est. Quam plerunq; comitatur ac succedit Retentatricis potentiæ langor & imbecillitas, quæ immodicæ etiam futuitionis interdum comes est.

Incontinentiæ prolifici seminis curatio.

Quod si ὀνοσσοφία à seminis habundantia traxerit originem, magna sollicitudine opus esse ducito. Defraudare imprimis oportet Genium & circuncidere alimenta, præcipuè quæ naturæ aptitudine ad semen procreandum genitale comparata sunt, & flatus procreant seu concitant. Quorum uberrima est in medicina materia, quũ inter edulia, tum inter medicamẽta numerata. Ex edulijs sunt nuclei pinei, faba ciceres omne genus, bulbi, cepæ, erucæ, rapæ, potissimè semẽ, in potu sumptũ, perinde atq; semina dauci, & semina mentæ, & pleraq; cætera legumina. Medicamẽta uerò quæ semen generant & libidinem solicitãt & ad eam impetus augent, sunt semen urticæ potum cum uino & melle. Herba testiculus, quam Græci ὄρχιν, uel radix quæ quibusdam canis testiculus uocatur *Quæ ad Venerem inuitant.*

Radix adhæc myxorpota ad Venerē ſtimulare maximè poteſt. Facit idē & Satyrion, uel Cnicus, uel ſemē ſtruci, uel tribulus marinus quē terrenin dicunt, & ea quæ circa renes ſunt, quæ tanctę colis ue retriue incitamenta potantur. Ab his utiq; omnibus atq; id genus cæteris abſtinere oportet huic cōſtitutioni obnoxios, & non tam in cibis quàm in medicaminibus eorundem uſum fugere. Contrà autē edenda ſunt affectioni hoſtilia quæ ſemen extinguunt potius quàm crescent uel auctius reddant. Verbi cauſſa: ſemē uiticis, (quam Græci ἄγνον uocant) fríctum & non fríctum idem præſtāt & folia eius. Flores item eundem habent effectum in culcitram cubiliue ſtrati. Semen porrhò lactucæ aqua ſumptum genituræ profluuiū ſupprimit. Atq; ob id quidem crebrius cōtra prolifici ſeminis fluxū potui datur. Pari quoq; modo canapis ſyluestris ſemē frequēter potū genituram deſiccat. Eius dem efficatiæ eſt ſemē herbæ teſticuli, quē canis, ut dictū eſt teſticulum nominant. Plumbi itidem lamina lumbis impoſita ſeminis genitalis profluuio pulchrè ſuccurrit.

Quæ genituram extinguunt.

Oniroginī curatio.

Ad Veneris porrhò inſomnia, libidinoſasq; per ſomnū imaginationes quos Græci ὀνειρογμοὺς nuncupāt, radix nymphææ pota in uino nígro, & auſtero uehemēter prodeſt. Idem præſtat & ſemē. Quin & quantūuis maximā ſeminis incontinentiā ſiſtit Nymphæa. Inuolucrū prætereà maius cōtra nocturnas inſomno imaginationes ſumma utilitate bibitur, eas em cōpeſcit & finit. Habēt eaſdem uires & folia & ſemina. Sunt qui continuato eius potu uirilitatē hominis frangi, ſterilitatēq; inuitis cōciliari, affirment, eò quòd ſemē planè extinguit. Expediūt eidem uitio, cubile frigidius, & frigorifica lumbis adhibita auxilia.

De Priapiſmo Caput XLIII.

Aequè notus morbus Priapiſmus eſt, quo uerétrum ſubinde, & citra coëundi deſideriū turget, & in longū extenditur. Cuius curatio haud multū abſimilis eſt ſuperiori. Abſtinendū itaq; à rebus calidis, utendum uerò frigidis & quæ flatulentos ſpiritus diſcutere, arterias ſeminaliū uaſorū aperire nata ſunt. Fugere uerò oportet quæ inflandi & calfaciendi, ut dixi, potentiā obtinent. Ad hæc quæcunq; craſſos humores (tenaces etenim craſſíq; humores, cum modico calore hunc morbū conſtituūt) poſt ſe relinquūt ac pariūt cibaria, & eiusdem facultatis ſemina. Quæ ne per ſomniū quidem, ut aiunt, ſunt offerenda. Adplicandæ uerò cerotæ ex oleo roſaceo & aqua incidendi facultate prædita & aliquātulo aceti, cōfectæ. Sunto aūt qbus utimur intra modū & clementer frigida, minimeq; obſtruētia, & ſtuporē nullū inducentia; quorū illa Græci σϒπτικὰ, hoc uerò ναρκωτικὰ nominānt. Bibere uerò cōuenit cuncta quæ genituram neq; promouent, neq; generant, inter quæ príncipē locū obtinent Nymphææ herbæ ſemina atq; radices. Prodeſt itē ſemē uiticis atq; rutæ.

De

De plenioris intestini morbo quem Colicum dicunt Caput XLIII.

ACutissima & quæ grauissimos dolores infert, ægritudo, κωλικὴ διάθεσις id est, Coli affectio est, & difficilis cognitu: grauissimos quidem cruciatus inde fieri minimè mirũ, eò quòd plenius intestinum quod κῶλον uocatur (unde morbo nomẽ inditum est, ex pinguitudine neruisq; constat, & quod idem quasi sentina humorum congestis inibi excremẽtis humoribusq; sese diffundentibus particulatim haud aliter atq; intenuioribus intestinis uehementer expandit. Difficilis uerò cognitu, propter uicinitatẽ locorũ qui ijsdem omnino doloribus subinde tentant, quibus crassius intestinũ cognomento κῶλον. Qua de caussa, quo minus hallucinetur medicus, & auferatur è medio omnis curandi difficultas, præcipuũ est & omnino necessariũ, ut minimè ignoret sed præuideat & quasi numerato habeat quibus ex caussis & quomodocũq; morbus huius intestini oriatur, & cuiusmodi notis inter adiacentiũ partiũ & coli dolores inter quos summa germanitas est, discrimẽ habeatur. Proinde, breuiter, est quod singula suis idiomatis ad unguẽ cognoscãtur. Neq; una modò colum intestinũ corripit affectio, sed multipharias & innumeras propemodum.

Caussæ ægritudinis Coli.

NAscitur igitur Colica affectio ex pituitoso gelidoq; humore, quandoq; ex humore calido ac bilioso: quandoq; ex his quæ è supernis ingruũt. Interdum ad inflammationẽ eius partis dolor refertur, nonnunq; oletulo supramodum arefacto & indurato uentris ille implacabilis dolor adscribitur. Quin & flatuosi spiritus nimij cruciatũ non tollerandum excitant. Oritur item ex alijs occasionibus benemultis, quos referre longum sit.

Signa ægritudinis coli.

Si ex sola pituita uenerit, grauedine intestinum uexatur, febris nulla infestat, oletum tanq; ad desidendum subinde stimulat, non tamẽ pro consuetudine sed ano quasi ex flatibus grauato. Sunt qui stercus pituitosum, uitreo liquori non absimilem egerant. Ex his utiq; notis hoc malum deprehenditur. Verũ ex his præterea quæ antecesserunt liquidè nõnunquam caussa morbi perspicua fit. Magna etem̃ parte cibaria frigorifica, potusq; frigidi frequenter præcessêre. Et importunũ balneum, hoc est, non in loco adhibitum, præsertim à cibo. Vita malè feriata & ignaua, cum eduliorum immodica plenitudine, & temulentia. Atq; hæc quidem inditia morbũ plenioris intestini è frigida intemperie, pituitaq; progenatum portendunt. De uictu porrhò & curatione Colicorum nunc memorandum est.

De uictus ratione in colica ægritudine seruanda.

De Panibus.

QUod ad nutricatum attinet, huiusmodi cibatu utendum est. Ex paniũ generibus, omniũ maximè panis siligineus, (quem Græci σιλιγνίτην uocant)

bene coctus cõgruit, qui elixatione anethi, uel anisi, uel cymini cõspergendus est sumendusq; tenuiter cũ aliquãtulo uini. Dulces quippe & astringentes modis omnibus officiunt. Illud tibi polliceri ausim panem in condtiura piperata maceratum præsentissimo remedio existere.

De Holeribus.

Inter holera primũ bonitatis locũ obtinẽt apium, porri elixi, præsertim capita eorũ. Post hæc brassica, uolutæ capreoliue asparagi (Sic enim ἐλειοπάραγον reddimus) & alliũ largius sumatur, quoniã ex eo cõplures integrã sanitatẽ recuperasse nouimus. Et sanè multorũ experientia cõprobatum est illud. Atq; ob id quidem nonnulli simul atq; dolores uentris colicq; sentiunt accedere nõ interrogato Medico esu allij ocurrunt, præsertim agricolæ, atq; à dolore statim sumpto eo liberantur.

De uolucribus.

Ex uolucribus esse cõuenit pipiones, perdices, columbas, gallinas cõtubernales. Atq; ut summatim expediã cũcta nõ excremẽtosa, nõ obesaq; & sagina ta quæ cũ iure anisi exigui, & porrorũ aut apij, seu pipere denicq; cõdire expedit.

De Pisabus.

Piscium paucissimi conceduntur, necq; alij quã squamis intecti & asperi, quos uulgo aspratiles cognominãt, qui dũ cõditi exhibentur multò salubriores sunt.

De Carnibus.

Carnium omne genus insalutare creditur, cunctis qui plenioris intestini morboimpliciti sunt. Proinde si quoquomodo fieri potest, per omnẽ morbi decursum usq; ad recuperatam ualetudinem perfectam, esum carnium interdicat in hac affectione constitutis Medicus.

De Leguminibus.

Pari quoq; modo & legumenta omnis generis prohibenda sunt, exceptis ptisanis, quarũ decoctioni ut simul elixentur adijcere oportet radices apij, uel cymas porrorum, uel pulegium uel origanũ, uel anisum, uel piper, uel amygdalas. Cum his nanq; decoctæ ptisanæ quicquid algoris in se continẽt exuunt, & inflationem amittunt, & ampliorem profligandi, extenuandicq; humoris redundantiam, frigusq; arcendi potentiam induunt.

De Bellarijs.

Bellaria Colicis, si quicquam aliud, maximè conueniunt præsertim amygdalæ, sed magis ipsarum succus admixto mellis aliquãtulo, ac pipere. Nam ad hunc modum crassi tenaces, & redundantes humores extenuantur.

De uino.

Vinum porrhõ propinandũ est, in coli ægritudine, quò minimè deses facilime in corpore digerit. & à Græcis ob id εὐκατάπεπτον uocat, & nihil astringens

gens. Epedit aũt id genus uini ijs potissimũ, quorum dolorẽ uehementissimũ coli ad flatulentorũ spirituum nimietatẽ referendũ est, suspicio. Quos meratius uinum exhibitum promptius adiuuat.

De propinationibus.

Pocula uerò propinationesue quæ Græci προποτόμους adpellãt, maximè conueniunt, & utilissima sunt. Conditũ ex anisо, apio, althæa, siue hilisce, absynthio, malis Medicis, quæ Citrea dicunt, & ex masticho deniq; confectum. Quæ utiq; cuncta & singula laxioris intestini (quod κῶλον uocant,) cruciatibus eximiè opitulantur.

De balneis quæ Coli doloribus congruunt.

Si coli dolores ex frigidis & crassis humoribus originem traxerint, lauacra ex dulcibus aquis non ualde accõmodata sunt, siquidẽ dolores modò placãt morbũ uerò minimè tollunt. Nouimus quippe & experti sumus, balnea dulcis aquæ frigorificã & humectantẽ obtinere facultatẽ. Oportet autẽ in hoc morbo aëris calidioris balnea & solium calidissimũ instruere, & affectos dolore locos ungẽtis ualde caloríficis, uel oleo anetino, uel glutino unguine Marciaton perlinire, & insup̃ pulueres de nitro aut sinapi aspergere. Partes uerò dolentes, uel uniuersum corpus pfricare. Inter ardẽtia porrhò marmora ægrotos se uolutare, si ea recapiunt, & loca afflicta calfacere, cõuenit. Quoniã hoc modo nõ dolores tantũ leniuntur, sed morbo quoq; succurrit. Thermæ item & aquæ natura calidæ ad huius morbi curationẽ accõmodatiores sunt, sanitatẽq; cyti us restituũt, maximè si sulphuris & bituminis & salis naturã immittant. Quæ haustæ potionis loco uehemẽter prosunt. Sunt etenim, pijciendi quoq; & purgatoria quadã facultate prædita Adeò ut si quid uiscidi humoris in uentre intestinisue desederit, aut fixus inhæserit coprotinus sublato, crebro earũ usu, perfecta restituat sanitas. Hactenus de uictus ratione Colicorum satis, quæ ad curandi quoq; rationem, si quis ritè utatur, sufficere arbitror. *Thermæ.*

De Fomentationibus.

De his nunc medicaminum auxilijs memorandum est, quæ foris adhibita dolores sedant, & à morbo planè uindicant. Fomentis itaq; ante omnia maximè in frigida caussa utendũ est. Neq; temerè è quauis materia, sed ex sale, panico & hordeo deniq; cõfectæ crumenæ sunt commodissimæ. Vbi uerò res haud ita amplã neq; euentationẽ neq; exiccationẽ postulat sacculi ex furfuribus cõtexti sufficiũt. Cæterũ furfures aut hordeũ huic muneri destinata in aneti, herbæ chamomillæ, radicũ altheæ, pulegij, baccarũ uel foliorum lauri, Artemisiæ, maioranæ & id genus aliorũ, elixatione, decoquant. Oleũ ad hæc chamæmelinũ & anetinũ, & Cyprium simul eidem decoctioni admiscenda sunt. Loca præterea affecta in qua marsupia aut sacculi ponuntur, oleis sunt perungenda. Plusculũ porrhò auxilij tulerit facta in dolentibus partibus cũ ungento Pẽtamyro sedula illinitio. Quin & eo cui nomẽ est Pstelcus locum affectũ un-

gere expedit. Quo nostri utiq; coloni quidam usi ad pristinā ualitudinē reuersi sunt. Neq; tamen satis esse putes pectinem modò aclumbos illinire, sed lanam quoq; oleo imbutam sedi inserendā. Nam id quidē unà cū unctione adplicatū ocyssimè succurrit, uidimus etenim cōplures nihil aliud agentes doloribus leuari, & planè expertes fieri. Per Alexandriā insolenni usu habet oleum Raphaninum, quo utentes eximiam opem sentiūt. Illud uerò neminē latere debet, quod ubiparum memoratis foribus proficitur, adeò ut dolores nihil amoueant, nō sunt loca neq; calidis amplius, neq; ualidioribus fouenda, eò quòd humores inde exiccant, & incrassescunt magis, unde amplior certè flatuū uis, distentiones item & cruciatus intensiores generant: quo enim humor calidior redditur, eò quoq; spissiorem fieri consequens est, præsertim si cum sale & nitro, & alumine atq; id genus cæteris compluribus instruantur fotus ac sacculi.

De globulis quæ Græci Catapotia uocant, quorū usus in Coli morbis cōmendatur.

Quod si ex fomentis cruciatus nō modò non leniti, sed longè magis exacerbati fuerint, tum his longè ualere iussi per os deglutienda sunt quæ tenaces, glutinosos, spissos & crassos humores extenuant, atq; euacuant, catapotia. Cui rei potissimè præ cæteris omnibus conferūt ea quæ ex euphorbio cōtexuntur. Sūt quidē & alia innumera ad his cōparata. Verū nō inuenias aliud quiddam tam præsentis auxilij, atq; sunt à nobis contextæ & sæpenumero in hac cōstitutione oblatæ pilulæ. Quibus profectò intenuioris etiam intestini morbo, quem Græci λεπτὸν dicunt, id est, uoluulum identidem usus multos ab omni periculo uindicaui. Quarum hæc est compositio.

Catapotia nostra efficacissima.

Accipe aloës, euphorbij grani cnidij mundati uniuscuiusq; denariū pondo octo scammonij tantundē. Sum ipse, ut dixi, iis frequenter usus, neq; unquā frustratus sum, sed semp; profligato morbo, uoti cōpos factus summa cū gloria discessi. Est uero iusta eius medicamenti δόσις dioboli duo, aut si uidebit amplius. Nonnulli autem Agariam adieceruut, deinde deglubendum exhibuerunt. Composuerunt uerò confecturam ad hunc modum.

Alia catapotia.

Aloës, scammonij præparati, quod diagridiū uulgò uocant uncias treis, agarici uncias quatuor, grani cnidij carnibus purgati obulos sedecim cum succo absynthij excipito. Dabis obulos quatuor. Vtendum uerò his est in frigida intemperie, & magna pituitæ multitudine in intestinis congesta, & quando ex ea uentris dolores, & constipationes oriuntur. Neque tamen confestim inter morbi huius principia medicaminibus purgatoria potestate præditis uti, oportet, sed fomentationibus & ungentis memoratis humoribus antea extenuatis & digestis, modò inflammatio nulla neque colon intestinum laxius, neq; alium quempiam locorum occupet, tū deniq; inquā purgantibus medelis citra omnē periculi suspitionē uti conuenit. Proinde tum demū utilis fiet in hoc

morbo

morbo(ueluti in plerisq; cæteris)expurgatio,ubi humores negociũ præbentes iam per uentrẽ maturati & digesti fuerint. Nam qui audaculi & confidẽtes nõ cocta medicari & mouere cruda,uel inflammatione imas infernasq; partes infestante,audent,discriminis plus cũ emolumẽti languẽtibus inferunt,& interitus nonnunq; inducto naufragio Cadmea,ut aiunt,potiũtur uictoria. Quoniã locus quẽ obsedit phlegmone,tumore persistente,nõ purgatur,sed cruditate ad aucta magis,humor increscit,eò quòd quicquid euacuatur non exparte inflammata,sed ex corpore incolumi hauritur.

De insessionibus ad Coli dolorem.

Confugiendũ præterea quãdoq; ad ἰγκατίσμαῖα id est incessus,quibus uix est aliud ullum præsentius cõtra coli dolorẽ auxiliũ,cruciatus nanq; lenit,locis affectis succurrit,potissimè si inibi semina herbæ ue quæ inflationes discutiunt. Verbi caussa Apium,anetum,anisum,cyminum,Althæa quã & hibiscum nominant,folia lauri,ruta,maiorana quæ σάμψυχον Græcè uocãt,& Artemesia. Ex his etenim constans aqua miris modis ad hanc rem accommodabilis est,& quasi Delphicus,ut ita loquar,gladius. Quòd sit fomentis,quæ aduersus hunc morbũ fabricant,ualde adplicabilis sudatorijs laconicisue resistendi gratia idonea,& solio item quod in hunc fit adposita.

De Epithematis.

Post fomentorũ & adsperginũ ungentorũq; usum, adplicare etiam conuenit epithemata,aduersus coli dolorem cõparata. Verbi caussa, διὰ μηλιλώτου, hoc est ex serta Campanica, & διὰ σπερμάτων quod est ex seminibus,& δι' ἀνίσου, id est aniso contexta. Atq; his omnibus magis congruit cognomento Polyarchion. Quod sanè in calidiore intemperie syrerũ & citra immixtionẽ temperatarũ rerum minimè adplicãdum est,sed dilutum. Diluat autẽ cum cerato ex oleo rosacco uel chamæmelino,deinde imponat. Nam hoc modo compositum nullius erit particeps acuminis,magisq; accõmodabile,& tẽperatius atq; ob id quidẽ multò etiam cõmodius in hac afflictione cõstitutis succurrit.

De infusis enematisue.

Infusa porrhò,quæ Græci ἐνίματα uocant atq; κλυσμούς, modis omnibus necessariæ sunt,& maximè doloribus nõ sedatis,adhibendæ. Siquidẽ cruciatus nõ fuerint nimium uiolẽti,sed mediocres,simplicia & imbecillia enemata sufficiunt. Si uerò dolores intensissimi excruciãt,ad ualidiora confugiendũ est, quæ dolores acrius mitigent,humorẽq; colo fixius inhærentẽ extenuent. Sũt autẽ simplicia illa aclenia,quæ ex oleo solo calfacto cũ seminibus quibusdam uentos destituunt,& inflationes amouent. Quod si adipem anserinũ oleo admisceas longè præstantius,utiliusq; fuerit enema. Est uerò ad hunc modum præparandum.

Concinnatio enematis.

Accipe oleum tenuium partium(quod Græci λεπτομερῆ uocant,)quãtum satis uidetur,in quo semina flatuum collectiones dissipantia decoquito.

Cuius

Cuius sortis sunt anisum, semen apij, fœniculum cum herba, tum semen, cymi num atq; id genus alia. Quæ ut diximus, in oleo elixato, & ubi per lintheolum colaueris adipem anserinã in eo dissolue. Non fuerit uerò absurdum si sæuum adijcias gallinaceum. Inter coquendũ semina cum rutæ cymatis rudicula qua dam agitato atq; ita injicito. Atq; hoc quidem modo enema simplex cõficitur. Quo sanè in mediocri intestinorũ algore utitor. Neque semel duntaxat, sed ite rum atq; iterum parato. Quod si lento hoc enemate sæpius sumpto, dolores placati non sint, ualidiora medicaminũ adminicula aggrediũda sunt. E quorũ numero est διὰ χυλῶν nomine ex herbis contextũ, cuius cõpositio talis est.

Enema Diâ chylôn.

Iniectio διὰ χυλῶν habet fœnogræci, sertulæ Cãpanæ, aneti, altheæ radicũ, se minis lini, hordei tosti, chamomillæ aridæ, & pulegij singulorũ libram unã Herbas ollæ nouæ immitte, cacaboq; stanneo. Infundes aquæ xestas undeui ginti. Macerentur autem in aqua diebus quindecim, atque ita elixentur tan tisper dum cremor incrassescat, deinde colato, & herbas, pijcito. Accipe aũt suc ci libras duas, adipis anserinæ, medullæ cerui, styracis, succi mãdragoræ, buty ri, rhesinæ terebinthinæ, uniuscuiusq; uncias sex thuris, auripigmenti, seminis altercí, aloës, succi cyclaminí recentis, singulorũ denariũ pondo octo. Concin nato artificiosè atq; repone, & ubi res postularit, oleo anetino insere, medica mentíq; cochlearia bina, trinaue injice. Strenuè admodum succurrit siue phle gmone, siue humor gelidus morbũ induxerit. Eò quòd humores educit, dolo res (nam impensè ἀρῳόδυνον, hoc est indolorium existit) lenit, & ocyssimè sup petias adfert.

Aliud nobile infusum.

Magnificũ quoq; ἔνημα censet, quod ita contexit: Aloës, testiũ fibri (quod castoreũ dicunt) uniuscuiusq; denariũ pondo octo, cyclaminí aridi, & re centis, lachrymæ papaueris cuiuslibet denariũ pondo trium, confice de more, redactosq; omnibus in enema cũ oleo fœnogræci, & aliquãtulo seui anserini, utere. Præstat enim suppetias amplissimas, proinde suspicienda est propter uti litatem iniectio.

Aliud clyster ad conuolutum.

Aliud præterea quod morbo gracilioris intestini (quẽ Hileon Græcè uo cant) & ex gelidis hũoribus languẽtibus summope subuenit, habet rhesi næ terebinthinæ, cõfecturæ διὰ χυλῶν, butyri, testiculi fibris, siseleos latioris ue cymini quod Græci πολυκύμινον uocant, uniuscuiusq; uncias sex. Basilici, bac carũ lauri, spicarũ allij figillatim læuigatarũ numero quinquaginta unum, ru tæ fasciculũ unum, olei Cyperini libras quinq;. Est autẽ cõfectionis hæc ratio. Oleum Cyperinum, & sabinum aulæ quam Græci κανάβην adpellãt, unà cum uini xesta una infunde una, testes fibri, latiúsque cyminũ, baccarũ lauri, alliũm & rutam per triduum inibi macerato, deinde lentis prunis ad uini consum

ptio

ptionem usque elixato. Postea sublato ab igne cacabo, colabis oleũ, cui immittas rhesinam terebinthinam & basilicum, & butyrum, & διὰ χυλῶν, clementer calfacito dum coëant, post hæc in pixidem uitream ampullámue reponito, & ubi usus feret necessitas, cochlearia inde bina ternáue sumito, & de adipibus aliquantulum. Magnifici est & admirendi auxilij, cruciatus namq; intensissimos lenit, uel ob hoc laudem meret maximã quòd nihil in se cõtinet narcotici.

Aliud Infusum utilissimum.

Optimum sanè infusum quod humores crassos, uiscidos tenacésque euacuat, & dolores sedat. Concinnatur ex malo terræ rotundo, quam Græci ἀρισολοχίαν uocant, cõtuso, sale frixo & contrito, in eo herba trita oleo fœnogræci, rutaceo, & oleo anethino, & herbis, quas memorauimus, pulueris herbarũ cochleariũ unum tum salis tantundem admisce, atque ita per anum immitte. Illud enim enema pituitam educit maximè, neque coli doloribus modò efficaciter, sed & coxendicis laboribus eximiè succurrit.

Aliud Infusum.

Enema aliud quum pleniorís, tum tenuioris intestini morbo, quorum illum priorem κολικὸν & κόρδιον, hunc ἴλεον Græci nominant, impendiò conducibile. Sumito nitri Alexandrini denariorum pondo quattuor, uel si uidetur paulò plus, olei aquæ calidæ quantũ res postulat, mixtisq; inter se omnibus cotylam unam per anum immittito, & mirificam uidebis in aperiendo durum & aridius oletulum quæ Græci σκύβαλα adpellãt, glutinosos item & pituitosos, spissosq; humores, quæ excerni oportet, educẽdo eius clysteris efficaciã. Nos quippe hoc clystere in hil eo sæpius usi, languentes cum summa omnium qui uiderint admiratione à morbo uindicauimus.

Aliud Infusum.

Hic quoque clyster miræ utilitatis est: Accipe styracis, testiculi castoris, myrrhæ, lachrymæ papaueris quod ὄπιον est, singulorum denariorum pondo octo, quibus omnibus comixtis, reponito. Et ubi res poscet, quãtum fabæ Aegyptiacæ quantitatem æquare uidetur cum oleo de ruta, & aliquantulo adipis anserinæ, siue gallinaceæ, immittito. Hoc quidẽ enema omnibus modis huic rei aptum est, somnũ enim accersit, & uehementissimos immensosq; cruciatus mirabiliter amouet. Ipse quidem sæpenumero maximas eius dotes expertus sum.

De poculis simplicibus aduersus coli dolorem.

Quum uerò plerique medendi rationem, quæ per clysterem fit minimè admittant, præsertim gentiles nostri, pocula omnino, quæ condio subuenire creduntur, sumi necessum est. Cuius utiq; facultatis à maioribus in numera ferè, à nobis quoq; experimẽto cognita, memoriæ sunt prodita, quorum præcipua & compertissima nobis in medium promere instituimus, à simplicibus & dolores mediocres sedantibus sanantibusque sumpto exordio.

Brassium itaq; in aqua elixato, decoctumq; ipsius cum uino ac melle potui dato. Aliud Poculum simplex ad coli dolorem: Baccas lauri mundatas numero nouem probè cum uini cyathis tribus conterito, bibendumq; porrigito, probatum est testimonio multo.

Aliud poculum contra coli & renum dolores.

Colicæ affectioni & renum doloribus modis omnibus apta est hæc potio. Acceptis lauri foliis redige in liquorem potabilem, quem ubi propinare uolueris singulis haustibus piperis grana septem nouê nue, mellisq; cochlearia bina admisceto. Dabis autem tepidum, sedenti in solio, admiratiõe dignã intelliges acuidebis efficatiam adeò quidẽ ut paulatim ac breui languidus dolorum immunis, & expers reddatur. Cæterũ hoc quidem non colicis modò, sed & Nephreticis, ut docuimus, opitulatur, & obturationem prætereà patientibus, lapillosq; ueficæ uexatis, & humores densos educit.

Alia potio.

Vtilis porrhò in hac affectione est potio, decoctum pulegij si cum uino potui detur. Pari quoque modo hyssopus, diptamus, petroselinum, & anisum pota expediunt.

Alia potio optima ad coli dolorem.

Laxioris intestini uehementissimis doloribus succurrit poculum ex origani obolis octo, & uino Ascalonite, uel alio tenuis essentiæ uino cõtextum: experientia sæpe numero probatum est.

Aliud ualde conducibile poculum.

Pluisculum emolumenti adfert propinatio hoc modo concinnata. Accipe testium fibri, quod castoreum uocant, diobolos quattuor, origani diobulos duos. Quos nõ febrientibus quidem cum uino, seu melle, febricitãtibus uerò cum aqua mulsa potui dato.

Pocula ad coli dolorem composita.

Composita insuper coli doloribus medendis pocula ex hisce simplicibus cõtexuntur. Seminis fœniculi anisi, spicæ nardi uniuscuiusque denariũ pondo octo, seminis apij denariũ pondo quattuor, grani cnidij tantundem, ammeos denariorum pondo nouem, casliæ denariũm pondo quattuor, redige in farinam. Propinatoq; non tam in plenioris intestini, quàm in renum doloribus quos nephreticos dicunt. Quin & in hydrope conducibilis potio est.

Aliud polychrestum.

Multiplicis quoque usus, commoditatisq; admirande poculum est, quod accipit Cardamomi ex interiori semine botri Armonij, spicæ nardi, folij malabatri, seminis papaueris candidi, cymini Aethiopici, mentæ aridæ, seminis asari singulorum unciam unam, myrrhæ troglodyticæ, scammonij uniuscuiusque uncias quattuor, mellis cocti quantum ad comprehendenda ea satis est. Dabis Arquato implicitis deglutiendum ad quãtitatem nucis Ponticæ

quam

quam Rhomani Auellanam dicunt. Colicis uerò hydromelitis egelidi ℈ yathis tribus. Vbi confecturæ pariter, quæ danda est, quantitatem perpendendam iudico Esto itaq; datio iusta, non modò nucis Ponticæ, sed nucis etiam Basilicæ, id est regiæ, quæ Latinis iuglans adpellatur, magnitudo præsertim si morbus sit conuoluuli, quem Diocles Carystius & alij quidam κοιλιαλγὸν cognominant, & quũ uehementissimis doloribus urgentibus exhibetur. Simpliciter aũt & inuniuersum inquã in corporis robore ualido, & doloribus intensissimis differentibus, tum itaq; confidenter iuglandis quantitatẽ uel amplius propinare non dubitem neq; eñ quicq̃ continet, quod hebetudinẽ inducat, quẽadmodum Philoniũ, & aliæ pleræq; antidoti, ueterum euacuat furtimq; negociũ præbentes humores unà cũ doloribus tollit.

De Theriaca danda in Colica & Hiliaca affectione.

Summè prætereà in hoc morbo aduersus ísiusmodi pituitosos, uitreosq; humores, cruciatus inducentes facit antipharmacum Theriaca. Danda uerò est in hac cõstitutione quantitas quæ nucis Ponticæ magnitudinem æquet, cũ aqua mulsa. Nos aũt in frequẽti usu illud habuimus, & quotquot sumpsêre ad ualitudinẽ reuersi sunt. Certè si quis eam antidotũ in fine morbi (quã decessionẽ ac decrementũ uulgò uocant) semel per mensem hauserit perfectam sanitatem, deinceps ab omni dolore immunem atq; exortem recuperabit.

De Philonio antidoto.

Dolores è frigida intemperie prognatos Philoniũ Antidotus lenit quidem atq; demulcet, sed sanitatẽ profligato morbo non restituit. Eos uerò qui ex ibleo humore originẽ habent dolores idem non placat modò, sed opitulatur etiã magnificè exhibitũ plus minúsue pro uiriũ modulo. Solatio itidẽ fuerit quoniam ex narcoticis magna ex parte constat Marcellinum Antidotum. Cuius talis est compositio.

Marcellinum Antidotum.

Antidotus quæ ad Marcellum authorẽ refertur mitigandi, sedandiq; dolores obtinens (quod Græci παρηγορικὸν uocant) constat ex croci denarijs decem, sulphuris ignẽ nõ experti denarijs sex, cinamomi præcellentis denario uno, piperis candidi denarijs uiginti, seminis altercí tantundẽ, & melle Attico quã tum ad excipienda ea satis est Datur aũt huius cõfectura una datione potui in aqua calida, quæ nucis Ponticæ magnitudinẽ æquet, quantitas. Cæterũ super antipharmacis clysteribusq; hactenus dicta sufficiant. Fiunt Hercle prætereà è papaueris lachryma (quod opium uocant) & alia stupore conciliantibus medicamenta huic morbo occurrendo necessaria, quorũ nos hìc quoq; mentionẽ faciemus, nempe insigniũ quorundã, quæ clarissimi Medici celebrauerunt.

De Antidotis hebetudinem inducentia.

Conficiunt interdum medici in implacabilibus doloribus & in mortis discrimine antidota ex papaueris succo seu opio, altercí semine herbáue, aut mã

Narcotica. dragoræ radice stupefaciẽtia, quæ Græci ναρκωτικὰ, ut diximus iam pridem, ad pellantur, quibus cunctanter admodum, quia corporis habitũ nonnihil lædunt, utendum est. Vbi uerò dolores negociũ præbentes attenuati & acriores reddi ti fuerint, tum profectò tempestiuè eiusmodi potionibus incũctanter utare, nul lum quippe tum læsionis periculum incũbit. Confestim eñ partibus affectis he betudine inducta omnis dolor amolitur. Reuerso aũt tanq; postliminio dolore non uiolentius modò sæuit, sed prolixiore etiã temporis spacio incessanter du rat. Hac nimirũ & certè neutiquã, mea quidem sententia, absurda ratiõe, quum meatus corporis medicamẽti stupefacientis algore obturantur, humoribus ob structis suoq; tramite prohibitis, necessariò uniuersa adflictio auctior fit, & lon gè impeditior eius euaporatio, digestiõue. Plurimi aũt atq; utinã nõ adeò multi bis aut ter in colica adflictione id genus pocula exhibere consueuerunt, sed quot quot acceperunt, uel subitaneo interitu periêre, uel magno cũ uitæ periculo pa ralysi correpti sunt. Quã ob rẽ ab usu stupefacientiũ semper abhorrẽtes, in ple nioris quoq; intestini morbo ex algida materia nunq; exhibebimus, nisi immo dici & intollerabiles cruciatus adeò uexent, ut læsio potius, q; mors uel funesta syncope optanda sit. Tunc sanè ad præoccupandã grauiorẽ noxã si per uireis la borãtis licebit, remedia narcotica uocata colicis potui exhiberi possunt, neq; ta mẽ plus semel. Qui secus faciũt ægros ut carnifices iugulãt. Cæterũ in calida, ceu iam pridem ostensum est, intemperie & grauissimis doloribus ex acriore & bi liosa materia, tantũ abest ut officiant, quũ aliàs tum in poculis sumpta narcotica ut etiã plusculũ secũ præsidij adferãt, quoniã humores tenues & acuminis non expertes crassitudine quadã imbuũt, tẽperant & cõgestos digerunt & dissipant.

Super uomitione denda Colicis.

Si Colí dolores ad algidũ humorẽ referuntur, uomitus eos, si quid aliud præ sentissimè iuuat, præsertim si cum raphani elixatione, aquáue eius, uel salsi gine, uel salsis & suauibus edulijs, uel plurimis deniq; cibarijs proliciatur uomi tio. Vna quippe opera uomitus crassos, tenaces, pituitosos humores exhaurien do proijcit, & ne aliunde collecti humores sese in intestina statim recipiant, & dolores inibi excitent, nõ instrenuè prohibet. Proritãda uerò est, nõ tam in ipso morbi uigore, quã in decremẽto eius, ipsa uomitio.

De Sinapismo atq; Dropacismo.

Sinapismus. Dropacismus. Compari præterea modo & sinapismi pariter & dropacismi in loco ac tem pore adplicati nostro iudicio prosunt (Est uerò σινάπισμὸς facta ex impositu alicui corporis parti exulceratio uel sinapis saltem: Quemadmodũ & δρωπακισμὸς Dropacis in aliqua corporis parte insperso) præsertim in diutinis adfecti onibus adhibita, illita nanq; calfaciũt. Quos si quis locis affectis adplicet in sum mã cutis superficiẽ ex imo humores delinquẽtes euocãt. Quod si ex eorũ impo situ cutis exasperatur, & uesiculæ perexiguæ, pustulæq; subalbidæ, acutæ & du riores, quæ ψυδρακία Græci uocant, erumpunt, bono animo esto, siquidem diu

turnæ

turnæ adflictiones sustinere uidentur uiolentiã præsidij, gaudent enĩ exolui. Cæterum non est ijs in accessione aut quouis morbi tempore utendum, sed tutelæ gratia, in declinatione, ne detur ægritudini habitum conciliare in languente.

De Exercitio.

In diutina Coli affectione, præsertim eadem sæpius ingruente, corpus uniuersum gnauiter exercitandum est, uel deambulatione quæ pedibus perficitur, uel caballo, uel carpẽtho uehiculoue, uel naui deniq; mouendum est. Quin & palestra, & frictio totius corporis, peregrinatio itẽ & longinqua inambulatio, soli mutatio, confert, quoniã quodcũq; corporis redundans excrementũ hæc omnia extenuare, ac digerere possunt, & corporis omnem habitũ corroborare, adeò ut affectæ partes nequeant lædi, aut algidum cumulare humorem. Quin neq; alí unde defluens in eum qui afficitur locũ defertur, eò quòd pars plus roboris nacta eundem nullatenus suscipit, ne dicam repellit.

De plenioris intestini dolore ex flatulentis spiritibus prognato curatio Caput XLV.

Quod si ex flatuosis spiritibus laxius intestinũ quod κῶλον adpellant, doloribus excruciatur, locũ affectũ milio panico aut furfuribus modicè fouere summo remedio est. Enema item ex oleo constans eo, quod supra ex seminibus fieri docuimus, multis modis huic rei aptũ est: nam id intra in corpus sumptum, omnẽ flatuũ collectionem dissipat atq; profligat, & dolores præterea lenit & amputat. Sunt itidem pyxides uentosæ quas σύριγγας Græci uocant, umbilico adplicatæ adeò præsentis adminiculi, ut celerem eximpositu earũ ad sequundã ualetudinẽ regressum conspicati homines in summam eius rei admiratione perducti sint, atq; ita quidem ut id præter rationẽ fieri arbitrantes, Magicis artibus restitutos contenderent, dolore subito omni eliminato.

Nutriatus in flatulento Coli dolore.

Si ex flatus spiritusq; & quasi uenti in intestina excitatio huius mali parens, ut supra ostensum est fuerit, in cibo utiliter sumũtur, anisum, fœniculum, cyminũ, & in uniuersum omnia alimẽta potentiæ admodũ calorificæ. Sunt itaque præ cæteris ea quæ memorauimus nempe calorifica administranda.

De plenioris intestini dolore ex obturatione duri stercoris proueniente & eius curatione Caput XLVI.

Vbi uerò coli adflictionẽ ex durioris oleruli scybalorũq; obstructione natam perspicuè constat, rupta omni mora cum multo hydrelæo mulsi iniectione uel potione ipsius obuiã eundum est. Hisce emuero interiectiõibus potionibusq; identidẽ per os siue clysterẽ infusis aridius & quasi in nucleos diuisum stercus, (quæ Græci σκύβαλα adpellant) quasi dilutũ ad inferna educitur. Vniuersam porrhò uictus rationẽ humectãtis potẽtiæ esse cõuenit: præcipuè uerò ea quæ durã aluũ emolliunt, & omniũ maximè chamelæa herba quã alipiada uoco, elixa cũ holeribus. Mercurialis itidem per

ferna egregiè purgat. Ius quoq; gallinacei cuiscerati exhibitũ magnam cõmodi tatem affert. Oportet uerò gallum illũ exenteratũ sale infarcire & cõsuere atq; ita cum anetho in aqua multa elixare, neq; inter elixandũ alia infundatur aqua usq; dũ longa, multaq; decoctiõe caro ipsius quasi exossis reddatur. Quod si polypodij unciam unam pariter cum gallo decoxeris, longè ampliorem deducendi uim habebit elixatio. Si uinũ uel œnomeli admisceas maiorẽ saporis authoritatẽ, uehementioremq; alui deijciendi potentiã habebit. Sunt qui se supe rius cõprehensis enematis ac poculis nihil efficere arbitrent, atq; obid quidẽ ad ea medicaminũ præsidia, tanq; efficatiora, quæ nõ diluũtur sed integra ut sunt deuorantur (unde & apud Græcos καταπότια nomen habent) è plumbo cõstituta, confugiũt. Proinde ijs quoq; referre necessariũ est. Qua propter si plenioris uel tenuioris intestini langor absq; internarũ partium inflammatione cõsistere uideat, medendi ratio quæ cũ utriculo peragitur, usurpanda est. At si anteceſſerit inflammatio, & ob id uenter clausus non respondeat, uterculus plus nocumẽti quã emolumẽti infert. Est aũt uterculi adhibendi talis ratio. Fistulam exiguã qua medici utuntur, à Græcis αὐλίσκον adpellatã folliculo uentoso scitè coaptato, & sedi adplicato, deinde in altũ attollito tantisper dum follis flatu auraq; fartus uidebitur, tum agitando premendoq; follẽ uento tumescentẽ clysteris modo ad interna auras immitte. His sedulo peractis cõfestim clysterẽ injce, ex hydrolæo & aliquantulo nitri cum iniectione nanq; pariter in uentre contenta & in intestinis commouet, adeò ut oletum, humores & flatus pariter eijci quispiam admiretur.

De his quæ indiluta ita ut sunt deglutiũtur medicaminibus catapotia Græcè dicta.

Globulos nunc de plumbo, quorũ usus potissimè probatur in hac affectione incensionẽ nullam habẽte, præcipuè inter morbi principia, attingã. Lapsis itaq; diebus aliquot multis, & mollitudine eiusmodi apparente quæ maturitatem digestionẽue factam arguat, pilulas de plumbo, siue de euphorbio degluti endas præbeto. Atq; hæc quidem præsentissima est obstructionis curandi ratio. Hactenus igitur de methodo succurrendi Coli doloribus ex flatuũ spirituumq; collectione, & algidis crassisq; humoribus prognatis. Tempestiuũ nunc fuerit de eo coli intestini cruciatu uerba facere qui exbile & acutis humoribus originẽ trahit, sumpto, à ratione cognoscendi ipsius qualitatẽ & quantitatem exordio.

De plenioris intestini dolore ex bile proueniente Caput XLVII.

COli langorẽ ad calidos, acreisq; & bileosos humores referendos esse hæc signa euidentissimè arguunt. Adfligit quædam uellicatio, uiscera interioresq; partes quædam flagrare confodiq; creduntur: lingua redditur arida, sitis arens, uigiliæq; adeò excruciant, ut magna ex parte mente capiantur & delyrent. Urina quæ defertur est lympida & acutiem præfert, alui excremẽta excernuntur bilea. Ad hæc si calorifica ualde quum esculenta, tum poculenta, uel quæcũq; eiusdẽ naturæ medicaminũ præsidia offe

runtur

runtur tantũ abest ut uel tantillum inde solatij accipiant, ut etiã magis magisq; exacerbentur, & febris deniq; appẽdix est perpetua. Atq; hæ quidem sunt notæ è quibus clarissimè perspicuũ est chordapsum ex bileis & feruidis humoribus prognatum.

Coli doloris ex bile prognati curatio.

Quod si bileosus & calidus humor plenioris intestini cruciatum induxerit, contrarijs omnino his quibus pituitosæ eidem affectioni subuenire solet, medicaminum præsidijs succurrendum est. Proinde ante omnia conueniens uictus ratio ita habentibus præscribenda est.

Pastus Colicorum ex bile.

Quando igitur è bile nascitur colica affectio succum ptisanæ simplicem citra alterius rei admixtionẽ, præterquàm fortassis aliquantulo salis quãdoq; adiecto offerre conuenit. Sumpto enim eo Coli feruor temperatur, bilis per lotium imumq; uẽtrem excernitur. Quare identidem succũ illum sumere expedit. Cuius ergò & ouorũ lutea frigida accipienda sunt.

De holeribus quæ expediunt Colicis.

Colicis holera non tam elixa, quàm cruda quoque magnificè conducunt. Præter cætera uerò lactuca quoque grandior, dulcisque offertur utiliter, præsertim his qui uigilijs infestantur, & temperamento calido sunt, natuq; maiores.

De fructibus qui conueniunt.

Pomorum omne genus quod frigorificam & humectantem naturam habet Colicos adiuuat, nec quicquam noxæ inde sperandum est. Solius cucurbitæ esus modis omnibus uitandus est: quoniam insita quadam natura in hac constitutione colica scilicet, non sanitati solum resistit, sed ad lædendum etiam nata conspicitur, id quod Diæterici omnes usu & experientia obseruauêre. Ipsi quidem complures non iuuenes modò sed & ætate confectos pristinam ocyus sanitatem recuperasse sola eiusce modi uictus ratione cognouimus. *Cucurbita lædit colicos.*

De potu.

Sed quod ad pocula attinet uidimus non paucos qui ualido erant corporis robore, aquæ frigidæ potu uitalibus partibus inoffensis, ab omni læsione immunes atq; exortes, dolores penitus sedasse, & omni ægritudinis caussa extincta pristinam omnino ualetudinem recuperasse. Ei etiam qui identidem colicis paroxysmis impetitur eadem aqua opitulatur. Qui si omni acumine prædita cibaria, merumq; uitet & gelidis utatur, ab hoc morbo uindicabitur. At si frigidam bibere aquam propter extorum quampiam incensionẽ, aut uirium imbecillitatem, horreat quis, oleum rosarũ algidum habundantius potui dedi, & per anũ idem oleũ rosarũ immittere præcepi, & plurimum statim opis obtemperã

tes perſenſerunt. Solitus uerò ſum oleo roſaceo adipē anſeris adijcere, ubi multum ſcilicet acrimoniæ, uel mordicationis bilioſi humoris ſubeſſe putaui. Quod ſi raſamēta per aluum excernuntur, præſentiſſimas ſuppetias tulerit ſuccus ptiſanæ cum oleo chamomillæ per inferna iniectus. Proſunt itidem crocea ouorum cum oleo roſarum ſi inijciantur.

De Piſcibus.

Colicos præterea ex bileo ſucco, piſces durioris carnis nō nihil adiuuant. Verbi cauſſa, cedria, orphus glaucos, corpina, ſepia, & quæ Græci uocant ὀστρακοδέρματα hoc eſt teſtacea, quales ſunt pectines, oſtreæ, & cochleæ marinæ. Echinus porrhò marinus hoc malo implicitis prodeſt, eò quòd ſuccum temperandi & refrigerandi facultate præditum poſſidet, & ſtomacho utilem, aluum præterea duram emollit & facilem reddit, urinā proritat, qua in re præ cæteris omnibus quæ enumerauimus regnat.

De Carnibus.

Carnibus ueſcendum potiſſimè difficilis concoctionis cuius generis ſunt pedes bubuli & uentres, omaſa ſuilla, præſertim ſcropharum, ungulæ probè elixæ & refrigeratæ.

De pomis.

Ex pomis mela omnium maximè competunt, ne autem eorum eſu uentriculus ſubuertatur, acetum admiſcēdum eſt. Reliquum pomorum omne genus quod inflandi uireis non habet, utiliter exhibetur. Dulcia cuncta nihil officiunt & uoluptatis ergò porriguntur, ſed ne quid nimis.

De Placomatis & tragematis.

Qui coli doloribus ex bilioſo & mordaci humore torquentur, Placomata, ſiue placentas quas Græci πλακοῦντας uocāt pariter & Tragemata modis omnibus cane, quod aiunt peius & angue uitent.

De Balneis.

In hac conſtitutione non Thermæ, ſed dulcis aquæ balneæ conducunt. Quibus tantum non omnes, ſed omnium maximè mediæ ætatis & calidæ temperaturæ homines indulgeant. Aëris autem uaporiſque balnei temperies & ſolij mediocritas commendatur. Sunt porrhò oleo pariter & aqua calida perungendi. Loci uerò affecti oleo chamæmelino & nullo modo neq; intro, neque maiorana, quam σάμψυχον Græci uocant, neq; ſapone uel id genus cæteris perfricentur. Fomentationibus nunquam uti, neque aquis, ſalis, nitriue naturam imitantibus, atque uno uerbo omnibus ſua ſponte calidis. Porrhò in ipſa doloris conſtitutione interdicendum uinum eſt. Neque alio potu quàm ſucco ptiſanæ, uel aqua calida arentem ſitim extinguendam cenſemus.

Cæterum

Cæterum si inter edendum ac medio prandio aquæ recentis libido magna languente cœperit, ab eius potu arcendi nõ sunt eò quòd opitulat quàm plurimũ. Atqui magna præsentissimi auxilij pars est, si in Coli ex bile doloribus ne per somnium (ut ita loquar) uinum bibatur. Quo si quis æger se eo penitus defraudari non patiatur, tenuis essentiæ, lymphatumq; & quasi aqueum exhibendum censeto.

De exercitationibus.

Colicis bilijosis exercitia, gestationes & omne genus deambulationes, solatij & placationis ergõ (morbum enim demulcere uidentur) cõueniunt, si nõ fuerint neque multa, neq; ualida. Quæ tollerare neutiquam possunt: inducta enim intemperie, multis ac uehementioribus exercitijs dolores magis magisq; ingrauescunt, & exacerbantur. Vitent insuper pro uirili iracundiã, furorem, omnem curam, & quemcunque laborem. Quisquis hoc modo gesserit, dictisq; in rebus modum seruauerit breui, ad pristinam reuertetur sanitatem.

De medicamentis purgantibus.

Vbi autem res ipsa in Colica afflictione quæ ex acribus succis oritur, purgationem exigere uidebitur, obseruandum est, ne ullum acritudinem habens cathartícum exhibeatur. Cuiusmodi sunt, euphorbium, grana Cnidij, cremor cucumerinus quod ἐλατήριον Græcè uocant, seu ueratrum, nam his singulis circa umbilicum tormina, qui στρόφοι dicuntur à Græcis magis excitantur, mixtiq; cum materia bilioſa, dolores etiam atque etiam intenduntur, tantum abest ut præsidij quicquam conferant. Præcipuum uerò & omnium optimum ad hanc rem medicamentum est Picra. Quod si bileus humor omnino se insinuauerit & fixius hæreat, è superniq; partibus ad intestina deferatur, non picram solum, sed scammonij præparati (quod diagridium uocatur) grammata bina uel aliquantulò plus minúsue. Atque ita quidem languentis naturam perpendens euacuato. Quin si cum Theodorico præparatum scammonium mixtum exhibeatur, summè facit. Aestiuo autem tempore diagridium cum rhodomelite, uel nitro & aqua rosarum misceatur. Hunc in modum Colicus ex bile & acutis humoribus purgandus atque curandus est. Purgante enim medicamine sumpto non urgẽtes modò dolores placantur, sed profligato penitus morbo ad perfectam & pristinam regreditur æger sanitatem.

De Coli doloribus ex inflammatione natis.

Caput XLVIII.

QVum uerò plenioris intestini morbus cum inflãmatione eiusdẽ partis existit, lõgum ualere iubeas medicamenta purgatoria præcipuè intra morbi principia. Auspicante autem phlegmones maturitate digestionéque, ijsdem uti tempestiuum censemus.

Quisquis autem temerè ante phlegmones concoctionem, dissipationemq; medela purgatoria succurrere machinatur, caussa lætali inducta, in mortis discrimen laborantẽ constituunt: eò quòd exhibito medicamine purgatorio humores nõ ex partibus (ceu supra ostẽsum est affectis) sed ex sanis ui quadã euelluntur, commotiq; iam suo loco humores confertim ad locos patientes deferuntur qui dum expellere nituntur, distentionem fieri oportet, & dolores augeri, & εἴλεον. id est tenuioris intestini morbũ ingruere. Neq; etenim Ileos quicquam aliud est, quàm pleni oris intestini immodica augmentatio. Proinde Colo intestino cum inflammatione infestato, non purgãte medicamento, sed sanguinis detractione pertusa uena succurrendum, paulatim uniuersum corpus euacuandum. Quod si propter inflammationis amplitudinem lotium suppri matur de malleolo sanguinem detrahere expedit. Sæpe nanq; numero hoc nobis agentibus, non tam aluus, quàm urina quoq; ipsa semper respondebat.

De uictus ratione.

In Colica affectione cum inflammatiõe ptisana uescendum est, & succis hordei, uel auenæ. Clysteres porrhò ex succo ptisanæ & oleo Chamæmelino succo seminis lini, & hydrolæo. Quibus tum maximè utendum est, quum uehementior premit febris. Perpetua enim ferè inflammationis intestinorum, Coliue adpendix ac comes febricula est.

De cataplasmatis adplicandis.

Foris autem dolentibus locis superinducẽda sunt cataplasmata, epithematãue, mediæ temperaturæ & acritudinis nihil habentia. Verbi caussa, ex oleo chamæmelino, hordeacea polenta, quam Græci ἀλφὸν λύσιν adpellant, & semine lini concinnata.

De Cerotis.

Cerotæ itidem ex cera, & oleo chamæmelino, & rosato, luteisq; ouorum contextæ adplicandæ sunt. Quarum una ad hunc modum conficitur. Accipe ceræ uncias quinque, olei chamæmelini uncias duas & dimidiam, farinæ fabaceæ denariorum pondo quattuor, lutea ouorum quinque uel sex. Vitella ouorum, & fabaceam farinam, succo seminis lini diluito, & ceram admisceto, & usque dum omnia inter se commisceãtur, sedulò conterito, & utere. Illita enim inflammationes mitigat. Neque Coli & intestinorum modò, sed renum quoque & ueficæ inflammationis eximiè dolorem tollit & remediat.

De Balneis.

Creberrimus balnei usus in hac cõstitutione plurimũ cõmendat, nisi ægrotãtis corpus πληθορικὸν, id est succorũ redundãtia oppressum fuerit. Post hæc uerò sanguis incisa uena detrahẽdus est. Et si his pactis dolor sedatus nõ fit

uti

uti balneis haud incõmodum est. At si usus obstaculo fuerit, laborante oleo camomillæ peruncto uinoq; in solio locato, opem sentiet præsentissimam. Cæterum in inflammatione etiam dum incendiosa, & febre uexante hæc interdicenda sunt.

De uini potu.

Peracta uerò iam phlegmones digestione si uires deiectæ propemodum uideantur, uinum tenue & lymphaton præbere bibendum non erit inutile. Vnum hoc certè affirmare possum, quod quisquis memorato cõsilio fuerit per omnia usus, nihil aliud foris adplicans saluus euadet.

De his quæ alicui corporis parti alligata Colicum sanant, ab alijs ligaturæ Physicæ, ab alijs uerò empiricæ adpellatæ.

Quandoquidem nõ pauci Coli doloribus impliciti, præsertim qui magnis opibus pollent, nullas omnino medicas potiones haurire, uel nequeunt, uel penitus nolunt, & enema sibi ne per somnium quidem iniici permittunt, alia uia aggredi morbum conuenit. Ligacula igitur physica & characteres, quorum celebris usus est, memorare consentaneum uidetur. Nam ea quoque adhibita mirificè cruciatus placare uel protinus tollere consueuerunt. Qua de re nõ sine delectu quælibet sed ea potissimè quæ partim à priscis medicis, partim à nobis quoque experientia cognita sunt, à Coli doloribus præseruare, & præsentem iam morbum profligere, in medium referre & describere. Præcipuum igitur fuerit ac omnium utilissimũ si in procinctu fuerit stercus lupinum & eius uidelicet animantis, si quoquo modo fieri possit, cui ossa fuerint pastus. Id uerò uasculo testaceo includere oportet & dextro brachio, uel humero, uel collo alligare, uel coxendicibus ipsis doloribus excruciãtibus suspendere. Cauendum tamen modis omnibus est ne humum attingat neq; secum in balneo gestet ægrotus, atque id quidem experimento à multis est admodum probatum.

De characteribus.

Si quis de recens in lucem ædito partu exiguam umbilici particulam amputauerit, argenteoq; metallo, auróue inclusam secum gestauerit, immunẽ se doloribus exortemq; tuebitur, atque hoc quidem experientia probatum est multum.

Aliud probatum & simonio multo.

Coli porrhõ doloribus haud inefficacius succurrit interius farctum abietis incensum & cõtritum, si inde à ieiuno ægrotante cochlearia bina, ternâue in potu sumantur. Hauriatur autem hic potus per triduum aut quadriduũ.

Aliter: Idem interius farctum abienum eidem malo subuenit in cibo sumptum. Aliter: Quum uerò eadem diffinditur, & cor eius subtractu coxendici læuo alligatur, à Colico cruciatu liberat.

De

De uiribus lapidis medici in Coli doloribus.

Præsentis quoq; auxilij gestamẽ est Lapis Medicus sculptilis si, in eo recta Herculis imagine leonem suffocante, insculpta, aureo annulo inclusus, indigito gestetur. Aliud testimonio multo probatum, contra Coli dolorẽ. Stercus lupinum in tenuissimum puluerem friatur, & peranguſtissimis foraminibus perforatum in cerui sculum traijcitur, præsentiq; auxilio mystrũ eius dimidiatum in aqua calida potui datur.

Aliud experimento cognitum

Iecur denique caprillum crematum terito, & cum uino languenti potui dato: magnificè opitulatur, & Coli dolores omnino sedat atq; profligit.

Finis libri III.

ALEXANDRI TRALLIANI, PRAECELLENTIS MEDICI DE SINGVLARVM CORPORIS PARTIVM AB HOMINIS AEQVAMENto ad plantam usq; uitijs, ægritudinibus & iniurijs Liber Quartus, Albano Torino Vitodurensi interprete.

De miserabili pedum dolore, quam Podagram Græcè uocant, quo sub morbo omnium omnes articulorum dolores comprehendi possunt Caput I.

PRæ omnibus cæteris Podagræ affectionis causſæ sedulò discutiendæ sunt, quas sanè adeò plurifarias, diuersiq; generis existere constatut propter originis diuersitatẽ, ne cognosci quidem planè, ne dum ad unguem curari possit: semper enim reliquiarum nonnihil relinquitur. Atq; ob id quidem clarissimi artis medicæ artifices, ei morbo, quoniam generationes eius ignorant, mederi nequeunt. At mihi sanè uidetur, non esse, ut pleriq; putant, immedicabile malum, si medici, manum admouentes multifarios fontes eiusq; species probè cognitas haberent, sed contra cauſſis exactè cognitis citra sudorem, ut aiunt eidem malo succurri. Qua de cauſſa ante omnia singularum specierũ notiones, mox et iam medendi rationes, exponemus. Indubiè etenim quiquis ada mussim & ac uratissimè quæ trademus inter medendum seruauerit, longè pluribus, non his modò quibus à principio adest, sed inueterato etiam morbo suppetias minimè siculneas tulerit.

Cauſſæ podagricæ.

Pluribus itaque malis infestantur quicunque Podagra incurabili correpti sunt, Sangnen enim feruidum quod in articulos, sinusq; eorum defertur sese

sese dilatat atque expandit. Nerui à Græcis σύνδεσμοι adpellati immensis & grauissimis doloribus pedes excruciant. Biliosus itidem humor neruos usque percurrens, uel inter ipsos residens, præsertim eos quos σύνδεσμους uocari narrauimus, qui ossibus sunt finitimi, partibus affectis incensionem, distentionémque & summos cruciatus infert. Pituita similiter affligens inuehit dolores ad modum intensos, & algores, locosq; angustiores expandit. Atrebilarius pari modo humor infestat, neq; frigus inducit modò & opprimit, uerum pondere etiam suo mediocrem quandam agitationem sensu perceptibilem concitat. Neq; profectò coniectandum est mali & noxij alicuius humoris fluxu tantum artus tentari: uerum & simplici quoque qualitate, uerbi caussa, intemperie calidiore, aridiore, frigidiore & humidiore. Vel composita ex feruido & arido, feruido & udo, algido & udo, uel algido & sicco, sæpe numero articulos ῥευματίζεσθαι, hoc est distillationibus in eam partem, quemadmodum in Podagris fit, opprimi. Proinde accuratissimè solititiusq; omnia, ut antea docuimus, perpendere, uniuscuiusque caussæ quum qualitates tum quantitates, considerare & singulorum, postremò mali occasionibus conferentem medendi rationẽ dispicere conuenit.

Notæ Podagricæ ægritudinis ex bilioso humore prosilientis.

Quam obrem si ad bileum humorem originem suam retulerit podagra, (Nam ex eo in articulis creberrimi fiunt ῥευματισμοὶ) huiusmodi notionibus facilè deprehenditur. Bile redundante & sese in articulos insinuante nulla euidens uomica locum occupat, ardor uerò ingẽs excruciat, magisq; inflammatus impositu manuũ sentitur locus, quàm distentione & grauedine occupatus. Quin & rufo colore idem qui affligitur, locus suffundi conspicitur, & adplicatione rerum frigidarum magis oblectantur languentes, longè quod plus adminiculi inde quàm ex feruidis rebus percipiunt. Porrhò hîc quoque uiuendi ratio quæ præcessit, & curæ rimandæ & studiosè perscrutandæ sunt, laborantis item ætas, natura q; seu temperamentum. Tempus similiter atque locus, & id genus quæcunq; cætera. Quæ omnia, singula q; perspecta, ægritudinem arguunt, & ex cuiusmodi humore plus iusto adaucto morbus prosiluerit emerseritq;.

Podagræ calidæ biliq; prognatæ curatio.

Vbi euidenter constabit humorem bileum in pedes deferri, sanguinem auferri pertusa uena minimè gentium congruit, sed medicamento potius quod naturæ aptitudine bilem prolicere atq; deducere natum est (Græci id χολαγωγὸν quasi Latinè bilagium uoces nuncupant,) utendum censeto. Cæterum priusq; purgante utare medicamẽto, corpus humectãtibus fluidũ reddito, ut biliosi humoris acritudo temperetẽ. Neq; enim uero medicamen catharticũ languẽti eõfertim & semel dũtaxat, sed pauxillatim & identidẽ præbendũ est. Hoc q; ppe pacto hũorũ redundãtia tollit, & à mali noxij q; humoris destillatio ne defendunt articuli, uel humorẽ iustũ modũ excedentẽ furti particulatim q; detrahe

detrahe & si fieri potest planè aufer è medio. Esto autem medicamentũ purgatoriũ simplex, minimè calorificum. Cuius farinæ existit, quod de succo rosarum conficitur. Qualia sanè & odoratu & sapore iucunda uidentur & uentriculum neq; lædunt, neque subuertunt, quibus utique identidem & perpetim urendum. Maiorem uerò curã adhibere debent, hi qui noxij humoris fluxu tentantur, ne quando uentriculus à purgante medicamento pessum eat. Vbi namque uentriculus fuerit cathartícis prostratus, cæteræ cunctæ per consensum afflíguntur corporis partes, neruíq;, atque tum quidem ampliore mali humoris fluxione impetuntur. Præcipuum uerò hoc est.

Medicamentum purgatorium podagricis utilissimum.

Accípe succi rosarum xestas duas, mellis xestam unam, scammonij præparati cocti unciam unam. Succum unà cum melle donec consistentiam crassitudinẽq; cius induat, decoquito. Præparatum uerò scammonium tritũ adijcito. Integra eius medicaminis datio consistit in cochlearibus quinq;, ad minimum uerò duobus, tribúsue, uel plus minúsue pro humoris qui infestat redundãtia.

Aliud carthaticum Dià rodôn ijs maximè quorum stomachus frigidus admodum existit.

Habet id uerò píperis nonnihil, ut calfaciendi quampiam facultatem obtíneat. Cuius compositio talis est. Sumito succi rosarum libram unam, scammonij denariorum pondo octo, agarici denariorum pondo quatuor, píperis obulorum pondo quattuor, mellis uncias sex. Succo rosarũ pariter cum melle lentis carbonibus elixato, & ibi coire, coagularíq; cœperit, scammonium agaricum, & píper inijcito, præbeto autem mystrum dimidium, uel pro robore languentis.

Aliud Dià rodôn catharticum pro ijs qui ægerrimè purgantur.

Habet id quidẽ scammonij denariũm pondo octo, lactis tithymalli denariũ pondo trium, mellis Attici libram unam, succi rosarum uncias treis. Dabis autem huius medicaminis cochlearium unum uel duo, habito semper respectu uirium ægroti. Summè autem hoc medicamentum facit ad complureis præterea alias ægritudines, maximè uerò ad febrim tertianam, & felle suffusos & oculorum dolores. Citra enim angorem probè euacuat, neq; acumen habet immensum, proinde confidenter exhibendum.

Aliud Dià Cydonion melon, hoc est ex malis cotoneis contextum catharticum.

Sumito cotonea octo à nucleis suis & interiore parte omni tanquam ad bibendum inutili probè repurgata, scammonij denariorum pondo octo, & denarios singulos singulis cotoneis ínsere, & extrorsum fermẽto triticeo diligẽter inuolue & operculato ne per os scammonium eliquatum profiliat, uel euaporet. Vbi autem fermẽtum coctum uidebitur è clíbano deponito, cotoneaq; cum

cum scammonio, sarmento abiecto, contere. Mellis uerò quantum satis uidebitur, ita ne liquidius iusto neq; durius sit, admisceto. Acurateq; contritũ in ampulla reponito. Re autem postulante mystrum unum, bináue ternáue pro uiribus ægroti propinato.

Aliud quo utendum est in subuersione uentriculi.

Quod si stomachus uidebitur subuersus, deglutiẽdum dabis catapotia, hoc est globulos ex scammonio præparato, quod diagridiũ uocant ad hunc modum concinnata. Accipe absynthij denariũm pondo quatuor, scammonij præparati obulos quatuor, rosati aliquantulum. Pangito catapotia, & languenti deuorandum præbeto. Facere uerò potes has pilulas uel simpliciter ex dicto, uel duplicato diagridij põdere. Hunc igitur in modum ei qui ex bilioso humore articulorum rheumatismo excruciantur expurgandi sunt.

Quæ podagricis sint foris adplicanda.

In miserabili hoc pedum dolore non hac modò medendi methodo utendum, uerum in eiusmodi caussis, prudentem se præstare Medicus laboret. In calida itaque podagra festinare oportet, ad refrigerandum, leniendũq; loca adflicta, ne eximmodico feruore, doloribusq; grauissimis ampliore noxij humoris fluxu obruantur. Quoniam ardores immensi in partibus quæ afficiuntur plus quàm res exigat humoris attrahunt, uehemẽtissimosq; cruciatus inferunt. Qua propter in eiusmodi constitutione refrigerantia, anodyna, temperãtiaq; adplicanda sine mora sunt.

Quæ aspergines linimentaq; podagricis conueniant.

Compescere præterea reprimere item ac sedare dolores podagricos cõuenit ijs medelarũ præsidijs quæ Græci ἐμβροχὰς dicunt. Quorum omnium præcipuum est quod ex oleo rosaceo cõstituitur, si cottidie cum eo pedes illinias ac perfrices. Præstantius uerò idem efficitur, si lutea ouorum trita & eliqua ta admisceãtur, ad formã linimenti. Quocum sero eunti cubitum, & matutino ubi è grabato membra sustulerit æger, pedes circunlinantur & perfricẽtur: prohibet etenim illud ne pedes alimentorum succos destillantes promptè suscipiãt sed quadam prouisione ab iniuria præseruentur. Quo nomine Græci id προφυλακτικὸν esse contendunt. Quo utiq; remedij genere etiã quũ dolor non urget sed certis temporibus reuerti consueuit, utendũ est, quò articuli omnino refrigerium, roburq; tantũ recuperent, ut inutili materiæ resistant. Super cuius farinæ cæteris medicaminũ præsidijs mox deinceps inter topica remedia disseremus.

De uictus ratione podagricorum.

Tempestiuum nunc fuerit rationis quoq; uictus mentionẽ facere. Proinde si podagra ex bilioso humore originẽ traxerit, cauenda sunt modis omnibus quæ ardore eundem humorẽ augere & gignere consueuerũt: Sed contrà ea offerre expedit quæ frigorifica sunt & humectantia. Cuius classis sunt quædam holera, uolucres, pisces & quædam cætera.

De Holeribus.

Ex holeribus podagricis bilioſis conueniunt intyba, lactucæ, maluæ, & beta ſi ad ægri palatum facere uidetur, & ſuccus atriplicis quam χυσολάχανον Græci uocant & ἀτράφαξιν, atq; ut ſemel dicam quæcunq; ſunt frigorificæ & humectantis potentiæ. Braſſica uerò, cardamomum, & eruca, porri, allia, cepæq; tanquam podagræ calidæ hoſtilia manibus pedibusq; uitanda ſunt.

De Auibus.

Volucria autem quæ dare conuenit, ſunt phaſiani, pulli contubernales quidem, ſed minimè ſaginati, perdices, merulæ, gantulæ, & fiſcedulæ, & id genus cæteræ.

De Piſcibus.

Piſces probantur ſquamis intecti quos uulgo aſpratiles nominant, præſertim duræ carnis, pinguitudinisq; omnis planæ expertes. Vitare uerò oportet paluſtres & qui in uliginoſis degunt locis. Laudatur item maximè piſcium conditura ſequalis, id eſt qualitatis expers, quam Græci ἄπιον uocant: neque oleo multo neq; ſeminibus acritudinem habentibus infecta & garus hyſitiáue ex id genus piſcibus confectus præcipuè duríoris carnis: uerbi cauſſa, orpho, ciride ſepia pectinibus. Oſtrea porrhò & conchylia quoq; prodeſſe creduntur.

De Carnibus.

Eſtur in podagra calida magna cum utilitate caro ueruecina iuſſulenta, præcipuè uerò uentres. Prodeſt bubula ſimiliter. Nouimus autem quempiam tenuis & acris humoris fluxu tẽtatum, ſolo bubulæ carnis frequenti eſu priſtinã ſanitatem recuperaſſe. Cupiam autem ego id quoque intra modum fieri. Vbi uerò extremi dolores pedes excruciãt, tum tenuis & exquiſitus uictus præſcribẽdus eſt. Sunt aũt mãducandi maximè pedes bouini ſiue ueruecei, præſertim iuruléti, ſi qui laborat tẽperamenti fuerit natura calidi, iuuenis mediæq; ætatis.

De leguminibus.

Ex legumentis conceduntur ceu minimè inutiles fabæ quũ uirides tum aridæ, aqua prius maceratæ. Phaſeli porrhò, qui & dolichi adpellantur, Alexandrini accõmodati cenſentur præſertim macerati. Cymata item fœnograeci & alica & ptiſana eſitanda ſunt. Cætera legumenta ad unũ omnia interdicere podagricis expedit.

De fructibus.

Ad horã ſecundã ac tertiã cenſeo podagricis perq; dulcia maturaq; offerenda, præſertim perſica Duracina, & uuas Duracinas nõ adſtringẽtes, & domeſticas. Mala præterea dulcia, Citreũq; pbè repurgatũ. Pira autem, malaq; Punica & reliqua pomorũ genera uel rarenter, uel nunquã omnino ſunt deguſtanda nedum manducanda.

De

De Bellarijs.

Τραγήματα à Rhomanis bellaria uocata conducere non parũ uidentur, ſed omniũ potiſſimè caſtaneæ. Nuces enim, nucleiq; pinei, & amygdalæ neutiquam ſunt, quia inimica, accipienda. Fugere itidem oportet placentas, contuſa, intrita, & condimẽta. Siquidem iſtæc ſingula iudicantur ijs quibus bileoſus humor in articulos deſtillat ualde noxia & peſtifera.

De geſtatione.

Manu porrhò modicè clementerq; geſtari podagra bilis ratione laborantes oportet, ſed citra laborem multum, & ante cibum potius quàm cibo ſumpto. Equitare quoq; podagricis inimicum eſt.

De Laboribus.

Labor præterea omnis ei cui pedes dolent alienus eſt, eò quòd laboribus articuli magis magisq; inflammantur, humoresq; noxios ex longinquis etiã partibus, laboribus defatigati attrahunt, unde confeſtim eiusmodi rheumatiſmus prouenit.

De Lauacris.

Conferunt Podagricis balneæ potiſſimum dulcis aquæ, nullius metalli aut ſubterranei ignis contagio infectæ, quibus ueſperè potius quàm mane uacandum eſt. Sed qui à cibo in calida intemperie lauant egregiè iuuantur, præſertim ij qui macilento ſunt & arido corpore, uel tenuem acutumq; humorem continent. Quicunq; in huiuſmodi conſtitutione ſunt, niſi indies balneis operã dabunt plurimum auxilij ſentiunt. Verum priusquàm aërem admittant, pedes gelida aqua aſpergendi ſunt. Vbi uerò mediã balnei cellam ingreſſi fuerint, tantiſper dũ ſudores promanare cœperint morẽtur, atq; tũ quidẽ cũ ſitula tepida aqua perfundant. Deinde corpus uniuerſum hydrelæo circũliniatur. Oportet aũt aërẽ balnei temperatũ exiſtere ſimul & ſoliũ. Poſt unctionẽ uerò cõfeſtim in ſolium deſcendendũ eſt, & aqua frigida pedes perfundendi, etiã ſi temporis cõſtitutio ſit frigida. Egreſſi aũt ſolium piſcinã petant, & ſi tempus æſtiuũ ſit, & obſtent natationẽ fieri brachiaq; iactare nõ impbo. Vbi à balneis fuerint ægroti lintheolis abſterſorijs, ita ut ſit inuoluti, aquã frigidã denuo accipiãt, reuerſiq; deinde domũ loti potũ à uino præcipuè mero nõ auſpicẽtur, uerũ à ptiſana & aqua calida. Propinationes uerò penitus interdicendæ ſunt. Si quibus pedes dolent ex bilioſis humoribus, fuerint natura molles atq; delicati, roſatũ ſumãt uel abſynthite in aqua pergelida refrigeratum, quemadodum Rhomanorum mos eſt. Atque hac quidem uictus ratione Podagrici ex bilioſo humore (& quicunque ab eiusdem ſucci fluxu tentantur) longè tutiores abid genus doloribus perpetuò exiſtunt.

Partes balnei.

Quæ Podagricis doloris placandi, ardorisq; extinguendi gratia forinsecus adplicare conueniat.

Quibus uerò articulorum pedum dolor cum noxij humoris fluxu reuertitur, eò quòd parum curioso uictu degerint, sumptis hostilibus, & alienis huic ægritudini edulijs, denuo id genus curandi ratio aggrediunda est. Neque ceu diximus, quicquã, quod calfaciat est adhibendum, sed ea potius quæ frigorifica sunt potentia. Verbi causſa, herba pulicaris, beta, solanũ, portulaca, altercum, lactucæ, lenticula palustris, & uliginosis locis collecta. Quorũ utiq; singula trita & impositа auxilio sunt. Cæterũ uirides herbæ perpetuò ampliore solatio dolores cum impetu superuenientes placant atq; demulcent aridis. Qui adhuc ampliorẽ habent dolores mitigandi facultatẽ, si his semel atq; iterũ aliquã tulum farinæ hordeaceæ admisceatur. Verum ne cataplasma cytius quã conueniat aridum reddatur, oleum rosarum cõmodissimè confundi sciendum est. Algidæq; naturæ, quas enumerauimus species, sunt identidem adplicandæ, &, ne incalescant, subinde aliæ imponendæ. Sciri autem oportet semen Pulicaris herbæ in aqua esse macerandum, & ualidè conterendum, probeq; iam confriato hordeaceã farinam adijciendam, & tum deniq; pedibus superinducendum. Sic enim dolores mirificè demulcet, incendium extinguit, membra languentis ad temperiẽ reducit. Quod si pulicaris herbæ semen in procinctu fuerit, nihil erit præstantius in hac constitutione. At si ad manũ id semen nõ sit, neq; aliud quicquam ex memoratis, quod hyberno quandoq; tempore usu uenit, cerotã rosaceam eorum loco usurpato, dolores enim uarias intemperies lenit ac mittigat Est uerò eius compositio huiusmodi.

Cerota Rhodina.

Accipe olei rosarum, ceræ cuiusq; æqualeis parteis. Vtere, amplissimam enim habet contra calidam intemperiem potentiã, & obnixè repugnantem. Est uerò cera prius in aqua gelida infrigidanda, aqua semel atq; iterũ mutata. Efficatior autem redditur hæc cerota si uuarum seu portulacæ succum, uel alborem ouorum succũue ptisanæ admisceas. Cerota porrhò ex farina fabacea cõcinnata haud parũ contra mediocrem intemperaturam feruidam conducit. Cuius hæc est descriptio.

Cerota ex farina fabuli.

Habet ceræ uncias quinq;, olei chamæmelini, olei cõmunis singularum uncias duas & dimidiam, farinæ fabaceæ uncias quatuor, lutea ouorũ quatuor seu quinq;. Fabaceam farinã ante omnia cum croceis ouorum diluito, deinde cerotã injice & in pila cõtere, & utitor, identidem renouando. Vbi uerò dolor uehemẽs urget crocũ, glaucium, & papaueris lachrymã adhibere cõuenit, quæ oportet utiq; in posca diluere. Sciri aũt debet quod huiusmodi narcoticis hoc est heberudinẽ inducẽtibus nõ temerè sed summa cautiõe est utendũ, siue in epithematũ siue ungentorũ forma adplicare uidebitur. Nam frequens ac multus

eorum

eorum usus semper plus officit, quã prosit. Intensissimis aũt cruciatibus & incendiosis grauiter urgentibus adeò ut ad mortis discrimẽ æger tendat, tum profectò tempestiuè eiusmodi medicamẽtis, necessitate cogente, utimur, nõ ignãri corporis habitũ nõnihil ex his læsendum. Danda uerò etiã tum est opera, ne pli xo spacio adhærere eiusmodi medicamẽta sinamus. Sed simul atq; feruidus ille ardor extingui, dolores sedari cõspeximus, omnia narcotica protinus è medio sunt tollenda, siue illinitiones siue epithemata superinducta fuerint. Nam si diutilè id genus medicamẽta super articulos durauerint, torporẽ inducunt, motũ eorũ impeditũ efficiunt, & frigiditatẽ relinquunt. Vbi uerò horũ medicaminũ usu, istiusmodi quiddã usu uenerit, difficilis uidelicet articulorũ motio, uel torpedo locorũ, consentaneũ fuerit medicamẽto διὰ χυλῶν uti, oleo chamæmelino diluto, & locis dolẽtibus impositio, uel etiã medicamine quod mox subijciã διὰ ὑβίσκου hoc est ex hybisco cõfecto, quæ torporẽ loci emendant. Nam hæc maturant, digerunt, & frigus narcotico medicamine contractum foras propellunt. Eius descriptio talis est.

Confectura dialthias, hoc est ex hybisco.

Habet διάλθιας, hibisci radicũ libram unam & dimidiã, fœnogræci cotylam unã, seminis lini tantundem. Quæ omnia per triduũ aquæ xestis nouẽ in uase æneo macerent, deinde dũ magnã siccitatẽ contrahat decoquẽtur. Postea colato, extractũq; ualidè exprimito. Eius succi libras duas in cacabũ infunde, & leni Vulcano cũ assidua agitatione usq; dum succus cõsumetur, & oleũ modò superfit, atq; tum denuo colabis, oleũq; in cacabum purũ demitte, & foco adhibe uiuenti. Adijce aũt ceræ, colophoniæ singulorũ libram unã, chalbanes præstantis uncias quatuor, cõcinna & utere. Contrà etem plurifarias affectiones remedio est, uidelicet Podagras, uiscerũ duricias, febreisq; quartanas. Stomachi malis subuenit, impositũ. Duricias, si quæ molestant, discutit, omneis stomachi inflãmationes, nec inflammatiõibus modò, sed uentris quoq; lubricitati quancũq; inueteratæ citra difficultatẽ omnẽ succurrit, & ad miraculũ usq; tẽperat atq; liberat. Quin & stercus aridius quasi in nucleos diuisum resoluit, uentriculi diuturnam ægritudinẽ soluit. Cibi quoq; auersionẽ, pfligit, geluq; intensissimũ laxat. Quũ em̃ calorifica uirtute algorẽ podagricis expugnauerit, articulos rursum ad functionẽ motũq; reuocat, & integrã sanitatẽ instaurat, loca afflicta corroborat, ne mali noxijq; humoris fluxũ suscipiãt. Motũ inquam articulorũ & sensim pristinæ ualetudini restituit. Quin & in alijs locis idẽ præstat. Neruorumq; distensiones conuulsionesq; & membra languida quæ doloribus excruciantur pulchrè admodum remediat, si uel in balneo uel iuxta ignem hoc unguine illiniantur & perfricentur.

De emplastris.

Emplastrum porrhõ Phœniceũ quod est ex palmulis contextũ huic morbo medendo mirificã potestatẽ obtinet, si eo cũ oxyrhodino diluto utare. At

si oleum rosarum in promptu nõ sit, in oleo acerbo quod ex oliuis nondum maturis expressum fuerit, & folia oliuæ amplioris amaritudinis, acerbitatisue gratia obtineat, id quod Græci ἀμοτριβὲς nominant, dissolutum opis præsentaneæ censetur. Quin & cum oleo puro communiue dilutum articulorũ doloribus in manibus pedibusq; & alijs artubus summè prodest illud emplastrum illitũ per omnem morbi decursum, hoc quum à capite morbi, tum in incremẽto, tum in summo uigore, tum in fine seu discessione. Conducit & doloribus qui gingiuas excruciant & ad pernionesulcera quæ Græci χίμετλα nũcupant, & ut uno uerbo expediam aduersus quãcunq; corporis cum distillatione coniunctã ægritudinem præsens habet remedium. Cuius hæc est cõpositio: Accipe palmularum uncias decem & resolue in olei uncijs octo, tempore æstiuo. Hiemalibus uerò horis sint olei unciæ undecim. Quod si ora uulnerum occupet phlegmone, uel citra uulnus ingens inflammatio fuerit, emplastrum oleo diluito, & ubi ingescere cœperit in pilam demittito, & manibus depsito, uinum acetũue pauxillatim addendo usq; dum uniuersum quod miseris imbibatur (hoc quippe lienis quoq; inflammationibus medetur, iam in decremento existente morbo) imprimis enim uero mollissimum sit medicamentum oportet, quod ægrotis pedibus superinducitur, maximè in prima exacerbatione. Progressu uerò temporis solidũ magis acualidius. Vbi uerò articulos duriores esse cõspexeris medicamentũ quo usurus uiscidam quandam astringendi facultatẽ obtineat. Qua ratione palmularum usus hĩc egregiè congruit.

De linimentis.

Atqui si ægrotantes propter grauissimos morbi cruciatus nequeant emplastrorũ molẽ sustinere, pleriq; etem medicamine impositò cõfestim adeò grauãtur, ut animæ deliquiũ sequatur. Consentaneũ fuerit linimẽta locis affectis inducere, quæ plurifaria in hunc usum cõparata confiunt. Quorũ alia in locis adflictis robur reuocãt & instaurant, alia tẽperandi uim obtinent. Præcipuũ uerò est & omniũ utilissimũ quod ex succo acatiæ constitutũ cum oxycrato quod est posca illinitur. Lyciũ item unà cũ croco simul & glaucio illitũ, summè prodest. Succus quoq; perdiciadis (quæ herba à Latinis nunc uitrago nũc parietaria uulgò adpellatur, neq; desunt qui perdicion dicũt) illitus siue per se siue cũ oxycrato temperatus amplã habet recuperandæ sanitatis potestatẽ. Sunt uerò id genus innumera fermè cætera è quibus pauca hæc recẽsuisse satis est. Quod si quis incolumi adhuc corpore ea usurpat, immunẽ se ab hoc morbo exortẽq; per omnia facile custodibit. Quibus uerò articulorũ dolor, siue ῥοδάγρα siue χειράγρα fuerit certis tẽporibus reuertit, hos ante id tempus quo dolor solenniter, ceu postlimínio redit, uel noxij humoris fluxũ tentare consueuit, curioso & frequẽti taliũ linimentorũ usu cauere oportet, & occupando sicut fieri potest rheumatismũ prohibere. Atque ad hunc quidem modum podagræ è bile & acri humore propugnatæ occurrendum est.

De

De Podagra frigida è pituita proueniente

Caput II.

QVemadmodũ ergo hactenus gnauiter, puto, de pedum, ex calidi & bilioſi acutíq; humoris fluxu, doloris immenſi, curandi ratione diſſeruimus, ita nunc eius quoque medendi modum qui ad pituitam, frigidum humorem refertur, præſcribemus. Licet id uerò ſuis peculiaribus notis liquidò diſcernere.

Notæ Podagræ pituitoſæ.

QUod ſi igitur fluxus qui in pedes fertur bilioſus fuerit, huiuſmodi plerũq; commitantur indicia. Materia quæ deſtillat, ſenſum quendam algoris infert, ſpecimenq; pituitoſi humoris exhibet. Amplior ponderis moles & diſtentio potius, quàm uellicatio pedum articulos uexare, ægrotis id teſtantibus uidetur. Neque color rufus locum affectum inficit, neque tactui feruorem incendioſum idem locus exhibet. Vtq; frigorificis rebus adplicatis promptiſſimè læduntur, ita calorifica admota ocyus opitulantur & oblectant. Euidentiorem coniecturam, & ampliorem etiam fidem his faciet ſi frigidiorem uictus rationem præceſſiſſe cognoueris, & laborantem magna ex parte pituitoſis eduliſs uſum conſtiterit. Atque adhuc magis ueriſimile eſt pituitoſum rheumatiſmum articulos petere, ſi maximam uitæ partem in ocyo frequentius quàm in exercitationibus degerit, & ea cibari, quæ craſſos, tenacéſque humores relinquunt, cottidie aut creberrimè qui ægrotat, ſumpſerit. Equorum cenſu habentur, garus ſeu hyſitia, præſertim aſtacorũ, lutariarum, pectinum aut polypodorũ deniq; liquamen. Vel ſi legumenta plurima aſſiduè manducauerit, atque fructus, & balneis dederit operã frequenter, & præcipuè cibum adhuc crudum ſecum in balnea portans. Huiuſmodi quippe omnia indicia, perſpicuè admodum arguunt podagram ad gelidi & pituitoſi humoris fluxum eſſe referendam. Cui confidenter (& ſi quidam malum incurabile dicãt,) manum medicam adpoſitis & conferentibus medelis adhibeto.

Podagræ pituitoſæ curatio.

TEmpeſtiuum nunc eſt, Podagræ ex pituita prognatæ curandi rationem præſcribere. Vbi ſanè lippis, quod aiunt, ac tonſoribus, ut ita loquar, notum eſt, quod caloríficis medicaminum auxiliſs, ceu morbo è gelida occaſione nato occurrendum eſt. Cæterum quoniã humor qui in pedes defertur non eſt ubiq; ſui ſimilis ſiue qualitatem, ſiue quantitatem, ſiue conſtitutionem, tẽporisue rationẽ conſideres. Quibuſdã etenim liberalius, quibuſdã uerò partius defluit. Aliqbus itẽ craſſus ac denſus. Aliqbus autẽ ſubtilis ac ſereus, crudusq;. Aliis deniq; in ſuperficie cutis, nõnullis uerò intimius in ipſis mẽbranis, etiã neruis, oſſibus uicinis q Græcis σύνοσμοι uocanť, podagræ exiſtit cauſſatio,

necessum omnino est, qualitatem constitutionis præter naturam animaduertere, & solicitius perpendere, ne natura affectionem diutilè ferendo alterata, in morbum naturalem cõuertatur. Proinde & hîc quoque medendi ratio quũ qualitati tum quantitati conferens, discutienda & ammouenda est. Atque, ut paucis rem infinitam expediam, iis etiam ipsis quæ adhibentur modus quidam & certi denique fines statuendi sunt, semperq; pro ratione causſæ cum studio agendum.

De purgantibus medicinis.

Qua propter ubi ex euidentibus indicijs constabit, pituitosum humorem negocium præbere, tum eundem humorem imprimis medicamentis ad hæc comparatis, quæ Græci φλεγμαγωγὰ (quod est pituitã prolicientia, educentiaq;) adpellãt) euacuandum censeto, mox deinde topicis medicaminũ præsidijs utendũ. Singulis etem̃ corporis partibus solatij plurimũ & certè auxilij nõ nihil ex tẽpestiua (hoc est quæ ab initio statim fit,) redundantis humoris causſæ morbi, inanitione. Vbi autem non pituita modò, uerum sanguinis etiã unà cum ea uis, molestiam infert, illa phlegmagogis, ut diximus euacuanda, hic detractione auferendus. Auspicandum tamen à sanguinis missione. A qua uiribus instauratis, exhibendum est catharticum quod pituitã crassam ac densam, & minimè serosam aut tenuí lotio similem proritet atque educat. Sicuti plerique medicorum studio habẽt. Atq; in hoc cremorem cucumerum, quod Græcè ἐλατήριον uocant, ministrare solent, uel liquorem herbæ lactariæ quã τιθύμαλλον Græci dicunt, & granum cnidium. Atq; ita quidem succos tenues, & aqueos à Græcis ὀρόδης, id est serosos uocatos exhauriunt. Cæterum mihi à carnificibus nihil differre uidentur, quoniam non modò nihil auxilij adferunt, sed longè grauiores cruciatus inducũt, & maximè lædunt, dum tenues humores euacuant, & spissos, crassosq; relinquunt, qui contracta aridítate humoribus liquidis sequestratis natura contumaces redduntur contumacissimi, adeò ut ægerrimè deinceps queant concoqui, digeri & euacuari. Quo circa eiusmodi purgatoria medicamina superſunt manibus, pedibusq;, ut aiunt, fugienda. At si quando res omnino id genus medicaminibus uti cogat, quæ leniendi & extenuandi uim obtinent admiscere conuenit. Quibus sanè admixtis, nihil planè nocumenti inferre poterit medicamentũ purgandi facultate præditum.

Oxymel Iuliani purgandi uim obtinens.

Præceptum uerò est & mirificum ualde de resoluenda quæ stricta sunt, attenuanda quæ crassa sunt, oxymel, quod ad Iulianũ authorem refertur. Constat uerò, ut paucis dicam, ex his quæ crassos, spissosq; humores extenuãt & euacuant, subtilésque cõmixtos quũ in corpore uniuerso, tum in articulis, tum

tum in membris cessantes. Est uerò eius compositio talis: Foliorum rutæ, origani, elaterij, alypiadis ricinive, scillæ abiectis eius extimis partibus cunctis, (id enim quod μεσαίτατον, id est maximè intimum est sumitur,) cymarum ebuli chameactes ue, corticis interioris seu mediastini, sambuci, pulegij, acori, uniuscuiusque denariorū pondo uiginti, foliorū iridis, costi, spicæ nardi, radicis Ponticæ, asari, amomi, hyperici, cumini, singulorum denariorum pondo octo tedæ pinguis libram unam, agarici, filiculæ quod polypodium uocant, epithymi, ueratri candidi, anisi, cuiuslibet denariorum pondo sedecim aceti xestas decem, mellis xestam unam. Præparato autem hoc modo: Elaterium, costum, cocognidium, radicem Ponticam, amomum, & spicam nardi acuratè tero, reliquas herbas per triduum macerato. Dein tantisper dum media pars relinquatur decoquito, herbas porrijcito, mel admisceto, rursumq; ad mellis crassitudinem usque decoxeris ubi, memoratarum specierum farinam simul insere, atque ita habita ratione uirium cuiuslibet offer. Integra uerò & summa eius datio est uncia una. Mediocris uncia dimidiata, infima dioboli octo. Ad præscriptum itaque modum nonnulli præparare consueuerunt medici. Nos uerò decocto oxymelite agaricum duntaxat tenuissimè friatum aspergimus, atq; ita quidem confectura redditur suauior, & citra fastidium, omnemq; molestiam sumitur. Non semel autem & scammonium admiscuimus, ut amplior em haberet expurgandi potentiam. Verum maiorem habebit saporis authoritatem, si absque admixtione scammonij potui detur.

De his quæ non diluuntur, sed integra, ut sunt corbitanda præbentur, à Græcis Catapotia uocata, à Rhomanis pilulæ, ac globuli.

Vbi autem oxymel huiusmodi tanquam iniucundum palato suo ægrotus sumere detrectabit, catapotia ouis indita corbitanda præbeto: & ita euacuetur. Nam ex articulis crassos densos ac tenaces humores euellere, & omnē, breuiter, superfluitatem eorum proscribere nata sunt. Non pauca enim eius rei caussa à ueteribus comparata, inuenta & usurpata sunt, & à nobis quoque sæpissimè exhibita. Verbi gratia, ea quæ in hoc adistum modum contexuntur.

Catapotia ad Podagram phlegmaticam.

Accipe aloës, interioris farti, colocynthidis, scammonij uninscuiusque denariorum pondo octo, euphorbij, tragacanthæ, nitri cuiuslibet denariorum pondo quatuor, succi brassicæ, uel malorū cotoniorum, uel citreorū quantum satis est ad ea comprehendenda. Dabis autem pro uiribus laborantis.

Satius enim est sæpius & pauxillatim, quàm semel confertim purgare. Crebra enim uero atque per interualla uentris blanda ac lenis deiectio, spissos & uiscidos

& uiscidos humorus commodius furtim subtrahit. Quoniã una uiolenta purgatio uniuersam corporis molem exagitat, & quæ in summo fluitant, tenuiàque educit, cæterum quæ crassa sunt & uiscosa & intus cessantia, relinquit. Proinde purgante medicamento identidem pauxillatim sumpto, noxij humoris fluxum melius & facilius euacuat, attenuantnanque glutinosos & spissos humores cathartica quum subinde parca manu sumuntur. Hoc uerò ignorandũ non est, quòd non prouisionis tantum gratia, doloribus sedatis, ac morbi decessione, sed in ipsis etiam morbi accessionibus, eiusmodi catapocijs utendum est. Dolores enim leniunt, & humores negocium præbentes ex locis affectis proritant, atque detrahunt, & ne se denuo noxij humoris fluxus locis insinuat, strenuè prohibet.

De Antidotis.

Vtile prætereà fuerit à medicamento purgante eorum quidpiam quæ attenuandi uim habent, & à nobis experimento cognita sunt, offerre. Sentiunt uerò illi modò opem ex his qui sortiti sunt temperamentum natura pituitosum udum & algidum. Quemadmodum contrà, sumptis eiusmodi antidotis, feruidæ & aridæ temperaturæ homines, quíq; tenui sunt natura atque subtiles & per omne uitæ spacium magnis solicitudinibus, uigilijsq; uexantur, summopere lædi consueuerunt. Cæterum & si innumera ferè habeantur quæ insita uirtute non instrenua pituitosæ, algidæ & humidæ intemperiei occurrant antidota, nullum tamen præstantius, præsentiusq; aliud neque reperire, neque experiri potui, quàm est id quod obtinuit uulgò nomenclaturam διὰ κοραλλίου. Præterquàm enim quod est citra controuersiam efficacissimum gustui quoque arridet nihil austeritatis, sed suauitatis plurimum obtinens, & citra omnem noxam uirtutem suam exerit, & munus suum strenuè obit. Medium quoddam in arefaciendo, extenuandoq; aureum seruans humores superfluos, & in articulis cessantes discutit. Est autem eius compositio talis.

Antidotus Dià coralliu.

Διὰ κοραλλίου antidotus constat ex corallorum denarijs sex, myrrhæ troglodyticæ denarijs octo, caryophyllorũ granis quinq;, radicis Ponticæ uncijs tribus, folij denarijs quatuor, radicis glycysidis Pœoniæ uę, aristolochiæ rotundæ singulorum uncia una, spicæ nardi uncijs quattuor. Præparantur autem hoc modo. Omnes hæ species contunduntur in puluerem tenuissimum, & per incerniculum trajciuntur. Ministrabis ægrotanti ieiuno & per horas sex abstinenti in aqua calida denarij pondo unius. Incipiatur autem eius propinatio Calendis Ianuarij. Continuetur diebus perpetuis centum, deinde ab eo triginta dierum spacio abstineatur, impletisque ducentenis diebus & totiès sumpta potione, alternis rursum diebus eadem hauriatur: hoc est, centenis & sexaginta diebus, octoginta sumat haustus. Postea tertio quoque

die

die, eadem propinata, ducentenis & sexaginta diebus, octogesies inde bibat ægrotus. Erunt autem in summa hausus trecenteni & sexaginta, quos intra uigintiduos menseis fieri expedit. Cauendum autem modis omnibus ne qui hoc potu utatur, ira aut furore unquam corripiatur. Vino adstringente abstineat, uel admodum dulci, & in Venerē minimè cōgrediatur. Quæ acritudine prædita sunt omnia fugiat, & holera cuncta, capitibus piscium nūquam uescatur. Neque gambaratis, neque astacis, aut sæpia, mulisue. Beta item ac carnibus leporinis. Vitet prætereà legumina quæq;, præsertim fabas. Exhibeatur itaq; antidotus ista ratione prædicta nec sine discrimine omnibus, sed pituitosis tantummodo & sola intemperatura humida ac frigida præditis, impossibile enim est, omne genus Podagris uno antidoto succurrere. Cuius rei gratia res mihi postulare uisa est non unius modo antidoti descriptionem, sed aliorum quoque celebrium non frigidam mentionem, quo medendi artifex cum delectu commodius & expeditius superflui & uitiosi humoris distillantem in pedes & articulos fluxum digerere ac profligere.

De antidoto Trachij philosophi.

Ea igitur quæ ad Trachiū Philosophum authorē refertur antidotus multorum testimonio, summam habere in Podagra uirtutem, probata est. Habet ea, spicæ nardi, folij, myrrhæ Troglodyticæ singulorum denariorum pondo quattuor, gentianæ Creticæ, mali terræ longi cuiusque obulos octo. baccarum lauri purgatarū uncias octo, radicio Ponticæ tantundem. Absoluta acsumma eius antidoti dosis est denarius unus. Caue autem hanc antidotū sine discrimine potandum præbeas, sed in loco ac tempore. Oportunissimum uerò offerendi tempus est initium Veris Sole transmeante in Pisces. Et certè eo tempore præsentissimum est eiusmodi potionem primum inchoare. Vbi uerò per id tempus non licuerit eam potionem incipere, descendente Autumno eam auspicari oportet. Præstat autem à capite, ut diximus Veris, ab ijs initiū potionis fieri, qui intēperie natura ualde frigida sunt præditi. Quemadmodū cōtrà utilius est calidioris temperamenti hominibus deficiente Auctumno primitus eiusmodi potiunculam aggredi.

Quæ in potionibus sint obseruanda.

Oportet autem potiones cottidie, facta prius coctione matutino offerre. Vel hora diei secunda, seu tertia dum coquendi, facultatem sua munia absoluisse, & cibum confeciſſe olfeceris. Sumpta autem potione, horis plus minus quatuor aut quinq;, ab omnibus cibarijs abstinere, animo esse sedato, iracū dia, furore, mœstitiaq;, & omnibus breuiter uitæ incomodis lōgè ualere iussis. Quò medicamentum prosuo munere possit cōcocti cibi distractionē impeditè absoluere. Sunt itaque non in oculis tantū, sed animo semper seruanda quæ diximus. Sumatur autem eius potionis mensura trium unciarum diebus singulis, neque ullum unquam intermittat diem æger, quin antidotū istam sumat,

usque

usque ad dies septuaginta: si quos uerò supersederit, resartire hos diuturnitate studeat. At qui natura ualde pituitosi & humidæ temperaturæ sunt consultissimè, mea quidem sentia, fecerint, si uniuersum annum continuo hoc medicamento utantur. Quo enim diutius quis accipere id medicamentum cunctatur eò promptius à morbo uictus succumbit. Accepto autem hoc medicamine, interpositis binis ternisue mensibus purgante medicamento euacuandum omnino censeo, ne quis rheumatismus confluere, uitium humoris renasci, & morbo denique occasionem præbere denuo possit. Vbi uerò medicamentum cathartícum subinde sumere quispiam horruerit, ex interuallo ipsum antidotum, eo uidelícet tempore quo cathartícũ omittitur, sed in primis uel in principio Veris uel in fine Autumni, sumatur. Quisquis hæc dílígenter peregerit, omnem humoris redundantiam, & dístillationem abscindet, neque in suffocationis, neque in aliud acutæ affectionis discrimẽ incurret. Est uerò hîc inter cætera notãdum eos in extremo periculo uersari, qui uniuersum lustrum, sexenniúmue eo langore uexati eiusmodi antidoto utuntur. Quicunque autem per morbi huius exordia ab affectionis mutatione in melius medicamentum purgatorium neglexerint periculo uacare non possunt. Hactenus de propinationibus, nunc ad topica deueniendum est medicamenta, sumpto à cataplasmatis uel alijs id genus localibus medicamentis, quæ algidæ intemperiei expediunt, exordio.

Topica remedia Podagræ ex humoribus frigdis.

Quum itaque doloris sensus his ritè peractis nonnullus permanserit, ad topica remediorum præsidia confugiendum est, uerbi causſa, cataplasmata. Cuius generis est, quod ex Basilico contextum est, apij item folijs & líbanotidis herbæ, quam Rosmarinum dicunt itidem confectum. Vel etiam de Brassica hunc in modum concinnatum cataplasma. Folia Brassicæ in aceto elixata, & contrita, cum geminis ouorum luteis coctis & aliquantulo olei rosarum in cataplasma redigito, & imponito. At si (quod solenne est) grauíssimi & intolerabiles cruciatus insurgant, & his quoque cataplasmatis, sed dolorem maximè lenientibus utendũ. Cuius ordinis ex fœnogræci farina, semine lini, farina lolleacea, & aliquatulo mellis conficitur. Sunto autem farinæ fœnogræci, & semine lini partes tres, & lolleaceæ farinæ portio una. Neque nocere uel tantillum poterit si cum cæteris farina fuerit decocta. Elíxandum uerò cataplasma cum uino pertenuis essentiæ & calorifico adiecto oleo nardino, aut Cyperino exiguo potíssimè hyberno tempore. Et si calídiora adijcias non modò non lædes, sed auxílium haud leue adferes. Lenit etenim dolores hoc cataplasma, & diaphoresim, quam Latinè digestionem euaporationémue dixeris, scitè efficit. Quod si hoc medicamine adplicato adhuc aliquantulo calídiore opus esse uidebítur, lauri folia adijcere conuenit. Oportet autem in hac constitutione, cuncta quæ emplastri aut cataplasmatis modò imponuntur mollia esse, & uel è rore marino, (quæ λιβανωτὶς est) siue apij folijs, siue smyrnio, uel id genus alijs confici.

confici. Quod si plures species quàm res aliæ cataplasmati induntur, lædit, maximè ab initio exacerbationes. Præstat enim ampliorē rebus calorificis euaporationem in decremento moliri, & ante omnia dolores linire. Si uerò superinducto cataplasmate dolores magis irritātur, fotu diaphoresim prolicere, & humoribus frenum imponere, necessum est. Cuius farinæ & facultatis est fomentatio, quam ipsi sæpenumero usu & experientia in huiusmodi constitutiōe probauimus. Est uerò eius confectio talis: Accipe thymi, origani, pulegij, thymbræ (quam Rhomani cunilam & satureiā dicunt) nepitæ calamynthæ ue singulorū æquas parteis (uel pro re nata quantū uidetur) in acerrimo aceto elixato. Sunt uerò herbæ iugosis in locis ac mōtibus collectæ. Vbi uerò probè decoxeris, adeò ut quicquid uirium in his fuerit exuant, in acetum porrectis herbis, affectas parteis calida illa lixatione foueto, nec semel modò, sed singulis diebus identidem. Et confidenter hoc fomēto utere. Nos quippe bonitatem eius sæpe sumus experti & aliorū præterea plurium testimonio spectatū dicitur. Et certè hæc confectura rheumatismo calido infestante præsentis est auxilij. Neq; præsenti malo tantum medetur, sed medicatum humoris fluxum renasci prohibet, & dolorem amputat. A fotu uerò si res efflagitarit cerotā adhibe, quæ teporē conciliando, euaporationem promoueat, neq; ex summa cutis superficie, sed interna quoq; petens exímo digerat. Qua utiq; in re διὰ τοῦ ὑροβίου cerotā regnare uidetur, atque ob id quidem imprimis eadem puto utendum. Vel ea quæ præterēq; quod dolores mitigat, interim una opera & euaporationem quam διαφόρησιν Græci dicunt moderatam concitat, cuius confectio talis est.

Cerota Diaphoretica Podagræ pituitosæ valde utilis.

Sumantur guttæ ammoniacæ unciæ quatuor, lactis bouis atræ unciæ tres, seminis lini unciæ octo, oua quatuor. Prius tamen infundentur picis Brutiæ unciæ tres, seui taurini unciæ duæ & semis, olei ueteris unciæ tres. Rediganturin cerotam & utere.

De remedijs quæ strenuè calfaciunt.

Podagricis doloribus quo ad uehemētissimum frigus & pituitosum humorem referuntur, & his quos extrema in articulis humorum obturatio uexat eximiè succurrit διὰ ὑροβίου confectio. Quæ accipit olei antiqui, nitri Alexandrini, rhesinæ terebinthinæ, euphorbij singulorum libram unā, iridis uncias duas, farinæ fœnograeci xestam unā & dimidiam. Confice ungentū & utere, exquias, farinæ fœnograeci xestam unā & dimidiam. Confice ungentū & utere, exquisitum est & per eōq; conducibile medicamētum. In hac affectione constitutis non à nobis solum, sed ab alijs pluribus sæpenumero experientia probatum. Quod euaporationē, digestionémue efficit, summam cutē calfacit, intus in imo cessantes succos euellit, obstructiōem humorū discutit, dolores lenit & penitus abscindit. Quo in genere primū bonitatis locum habet, quod cutem non inquinat & citra omnem uiscositatem aut glutinum detrahitur.

Aliud ungentum nobile diâ tu euphorbiu.

Vngentum quod ex euphorbio oleo & cera ſimpliciter fit, nō minorem habet extremos dolores ex algore prognatos placandi, amputandiq; poten-
Euphorbium. tiam. Neq; id profectò admirandum quod euphorbiū calorificum eſt, & cum morſu uellicat, uerum hoc nomine magis cōmendandum quod dolores nō modò podagricos, ſed genuū quoq; & capitis uniuerſi & hemicraniæ ex algidis humoribus natos ſtrenuiſſimè lenit, & quod maius eſt morbis eartndē partiū exi miè medetur. Quibus utiq; calorificis medicaminibus non ſuccurritur, niſi acutum aliquod medicamen inter curandum fuerit adhibitum. Quod dialecticis argutijs addictus minimè concedit, ubi illud magni Hippocratis oraculum cognouerit: Contraria contrariorum ſunt medicamenta. Eſto autem eius compoſitio talis: Sumito euphorbij denariûm pondo octo, olei dulcis libram unam, ceræ denariûm pondo triginta duorum. Atq; id quidem, ut diximus, unguen non podagricis tantum, ſed & cunctis alijs ex frigida cauſſa doloribus ſuccurrit.

De Balneis.

In affectionibus porrhò cum fluxu, lauacris quoque præſertim ex dulcibus aquis uti conuenit. Pulchrè etenim dolores leniunt. Proinde ſeduló conſiderare oportet quibus nam & qua ratione ſit ijs ipſis uacandum. Siquidem balnea eis potiſſimè ſubueniunt, quos tenuis & acris humor infeſtat. Quibus contrà ex algidi humoris fluxu doloribus tentantur articuli, membranis temperatè calfa-
Hiſtoria. ctis, moderataq; frigedine iuuantur. Vidimus enimuero quempiam in Tralli bus noſtratē doloribus grauiſſimis oppreſſum balneis tantiſper operam dediſſe eum dolores omnes ſedarentur. Qui in medio calore aridas ficus quas carycas
Alia hiſtoria. dicunt, aceto læuigatas ualidè emplaſtri more imponebant. Nouimus prætereà & alium quendam frigida podagra tentatum, qui dum haud abſimili modo lauacris operam nauaret, confecturam διὰ καυθαρίδων ſibi imponebat, ue ſiculiſq; ex impoſitu eius inductis acu confoſſis, uis ampla humoris profluebat,
Tertia hiſtoria unde ſummum ſibi ſolatium fieri aſſerebat. Fuit alius quidam, qui allio tantum contrito dolentibus ex frigore locis impoſito, ſanitati ſe reſtitutum affirmabat. Nonnullus poſtremò alius Barbarorum more pedibus, qui doloribus excruciabantur, cauteria applicabat. Quam ſanè medicinam tantum abeſt ut commendem, ut uehementer etiam uituperem cò quòd magis lædat quàm opituletur dolorémue mitiget, quoniam nullam neq; emolliendi, neq; frigidos humores inibi ceſſantes educendi facultatem obtinet, ſed ſubtile modò detrahit craſſum uerò relictum in articulis quaſi in uiſcum conglutinatur, & adhuc magis exarefacientibus & calorificis & acris potentiæ medicamentis humor exicatur, & ſolidatur. Quare ab his prorſus abſtinere expedit. At ſi quando adhibeantur, mox ea quæ emolliendi uim habent, ſequantur, quæq; educunt aut attenuant uiſcidos humores, artubus & in alto hærentes, unde articuli motum, ſu-

amq;

amq; functionem recuperant. Id quod interdum pharmacis quæ omnes iam Græcè uocare chalastica, id est relaxantia solent, & acribus lanientibus, seu hau rientibus, quæ eadem gens ἀμυκτικὰ uocat, & diaphoreticis denique adhibitis, efficitur. Chalastica.

De Vnguimbus digerentibus.

Faciunt itaq; ad eam rem ungenta quæ euaporationē quam Græcè diaphoresim dicunt, promouere & artuum soluere nata sunt. Cuius generis est illud quod accipit olei populei, ceræ candidæ, adipis anserini uniuscuiusq; denarium pondo octo, euphorbij obulos decem. Ceram in oleo populi diluito, deinde adipem admiscero, temperatis simul in pila, euphorbium tritum adijcito. Et ubi necessitas postulabit utere.

Aliud eiusdem facultatis diaiissu, hoc est ex succo hederæ.

Alterum ungentum quod quia hederam habet, διὰ κισσοῦ appellant, eisdem affectionibus ualde conducibile. Habet autem olei cōmunis libras decem galbulos cupressi uirideis, (quas Græci σφαιρία id est pilulas uocant) numero uigintiquinq;, herbæ Samiæ uiridis libram unam, roris marini (quæ λιβανωτὶς est) uiridis libram unam, baccas lauri uirideis numero centum, fœnograeci xestam unam, uel libras duas hibisci altheæ ue radicum corticum pini singulorū libram unam, succi hederæ uncias quinq;. Hæc tusa in aquæ xesta una per triduū macerato. Post triduum, admisce oleum, & usque dum aqua consumatur elixato. Deinde colato, tum deniq; adijce picis Brutiæ libram unam, liquoris hederæ uncias quatuor. Dilue cum uino Ascalonite optimo, atq; ita omnibus mixtis utera. Magnificum est, & ualde mitigatiuum.

Vngentum lixoporium.

Est & aliud ungentum quod lixoporium uocant, egregium quidem & mirificū, sed admodum uiolentū atq; ob id quidem contra diuturnas affectiones, & ad omneis neruorum curatioues ualde proficuum. Cuius descriptio talis est: Accipe testiculorum fibri, quod castorium uocant unciam unam, piperis uncias quinque, guttæ ammoniacæ, succi panacis, galbani, medullæ ceruinæ singulorum uncias duas, rhesinæ terebinthinæ uncias sex, ceræ libram unam, olei uetoris tantundem, olei Cyperini, laurini, irini, glaucinini, cimini uniuscuiusq; unc ias treis. Redige in ungentum & utere.

Aliud ungentum.

Vngentum quod subijciam utile est hominibus duri & non delicati corporis, & diuturna affectione oppressis. Conducit præterea ad ἀντιάδας, hoc est tonsillas, (sunt autem duri in ea parte tumores) & neruos cōiuentes & contractos soluit, durosq; mollit. Accipit autem Adarcæ, galbani, rhesinæ terebinthinæ, liquoris panacis, testium fibri, piperis, hyssopi, singulorum uncias duas, euphorbij unciam unam, pyrethri uncias quatuor, styracis tantundem, ceræ li-

bram unam, olei Cyperini, olei laurini, olei ueteris singulorum uncias octo, olei nardini, amaracini hoc est maioranæ, cuiuslibet libram unam, balsami uncias tres. Confice ungentum, & utere. Summè etiam prodest paralyticis. Sunt uerò ægroti sedulò considerandi maximè uerò singulorum temperaturæ, natura enim calidis & aridis, tenellis item & delicatis hominibus non est illinendum Sed his qui duræ sunt, ceu diximus, carnis, & diuturna ægritudine opprimūtur & subtilis ac uiscidi humoris fluxu tentantur.

Ad spacosos tumores podagricos ex pituita natos.

Quod si in tumorem, inflationemq; pedes insurgant, humore qui distillat, nō adeò existēte terreo, sed fungoso & spongiæ instar mollis adeò tumor apparet, ut tangentibus nihil renitatur, sed facillimè cedat, humidam et diutam pituitam cum flatulentis spiritibus defluere censendum est. In cuius sanè curatione imprimis unguinibus, uel cerotis ex salibus concinnatis uti expedit. Sacculi quoq; ex sale frixo fomentandi gratia adhibiti oppitulantur, si identidem permutentur. Non enim demulcentur modò, sed egregium auxilium sentiunt.

Historia. Nouimus quippe Rhomæ uirum quendam generosum qui fotibus ex salibus factis crebriter usus eximiè iuuatus est citra omnem pedum oblæsionem, uel tophorum inductionem. Calidum item & aridum balneum adhibitū auxiliatur. Præstat porrhò præsens subsidium cum nitro cocto & sale perfricatio, uel his quæ à ueteribus comperta sunt, & calfaciunt & mordicant & summā cutem extenuant, & humores qui intus continentur deficcant. Quorum infinita prisci inuenerunt. Nos uerò eius cuius periculum non semel fecimus mentionem faciemus. Vsi sumus frequenter sinapismo qui à plerisq; Nidon appellatur Maximè in decremento & fine podagræ. Constat id ex fœnogræci, sulphuris uiui, & nitri partibus æquis. Quo utendum est in balneo. Conflat autē hoc pacto puluis corpus reficiendi & instaurandi uires obtinens. Succurrit autem iis quibus caput est humidum, pectusq; medetur & lepræ, & candentibus corpore maculis (quos ἀλφοὺς Græcè uocant) & asthmaticis, & quibuscunq; alijs affectionibus capitis aut thoracis, morbicq; causas reprimit, & quācunq; noxiam materiam per euaporationem digestionemq; ejcit, pleniratem exiccat, membris robur ualidum inserit, malum corporis habitum quam κακεξίαν appellauēre emendat, uiscidos & tenaces & hærentes humores dissipat. Articulorum doloribus & †stomaticis subuenit. Podagræ præterea & coxendici pruritui & impetiginibus membrorum exterendis, & pilis denique extenuandis hic puluis maximè prodest. Sortitus est autem nomenclaturam Isoteri. Quin & elephantiæ medetur, adeò ut statim à principio sanitati restituat, neque unquam reuerti postliminio sinat. Est autem eius compositio talis: Salis Cappadocij, salis communis, salis Thalassij id est marini, salis Armeniaci, salis nitri rubei, salis Tragesij, nitri Alexandrini singulorum libram unam, spumæ nitri tantundem, pumicis, adarcæ, utriusque uncias duas, floris Asij lapidis, aluminis sci-

† *Aliàs stomachicis.*

si, piperis terræ Cimoliæ, nardi Gallicæ, ueratri candidi, & atri, struthij, fecis uini ueteris, radicis Chamæleonis, uuæ Taminiæ quam Græci σταφίδα ἀγρίαν quod est staphidem syluestrem nominant, sinapis glycysidis, Cyperi, seminis uiticis, aridarum baccarum lauri, gallæ Asianæ, farinæ lupinorum, cumini, uniuscuiusque uncias treis, pyrrethri, floris iunci rotundi odorati, thuris, auripigmenti, commeos, iridis Illyricæ, radicum aridarum, cucumeris syluestris, marrubij aridi, ossis sepiæ, fœnograeci, grani cnidij, pulegij, costi, succi graminis, radicum aridarum, uitis candidæ (quã Græci ἄμπελον λευκὴν uocant) cuiusli bet uncias treis, sampsuchi, maioranæ uæ, folij singulorum unciam unam.

Oportet autem salem & nitrum super ignem in fictili noua simul phrygere, cætera arida trita per incerniculum trajicere, deinde omnia commiscere, & eo identidem in balneo uti. Vbi uerò sudare ægrotus cœperit uniuerso corpori hũc puluerem cum elixatione corticũ radicum salicis in aqua coctarum insperge. Sinapismus hĩc est optimus & uiolentissimus, conducit uerò maximè ijs qui nõ habent intemperaturam calidam, neq; bilios acriq; humoris fluxu tentantur uel ex sanguine calido, eo malo adfliguntur. Quin & ad alias partes quascunq; cum destillatione affectiones impendi ò prodest.

De podagricorum depilatorijs.

In podagra itaq; expituita proueniente ψίλωθρα (quod est, depilatoria quæ glabreta inducunt) in balneis præsertim quibus summa cutis superficies extenuanda est, adhibere conuenit. Ex quorum censu est, quod constat ex thuris, mastiches, lapidis Assij, pumicis tosti halcionij, staphidis syluestris, terræ cimoliæ, ueratri, maioranæ sampsuchiue, spumæ argenti, quod Græci λιβάργυρον nuncupant, amyli uniuscuiusq; uncijs tribus. spicæ nardi uncia una, caryophyllorum uncijs tribus. Quo puluere cum ptisanæ succo utere. Vel orizæ sigillatim elixæ. Esto autem mensura æqualis. Saponum ad hæc Celticum in memoratis liquoribus calfactis diluito, puluerisq; cochlearia quinque, calcis aqua non extincti, cretæ libram unam, auripigmenti, sandarachæ singulorũ unciam unam & dimidiam insuper adijcito, probatoq; unguine cum penna utere.

Aliud depilatorium.

Ψίλωθρον quod hĩc cõponam non tam podagricis quàm Arthriticis & stomaticis, & quibusue diutinis ægritudinibus impendiò prodest. Habet Amyli, terræ Cimoliæ, pumicis, sandarachæ, aluminis, thuris, floris Assij lapidis, staphidis syluestris, (quam herbam pedicularem & pituitariam & uuam Taminiam uocant) ueratri nigri & candidi singulorum unciam unam, arsenici uncias quatuor. Contusis omnibus per incerniculum angustissimum trajicito. Deinde commisceto, & in ampullam puluerem hunc reponito. Et ubi res postulare uidebitur in elixatione radicum altheæ siue hibisci, diluito, uel maluæ agrestis, & Saponis Gallici uncias sex, calcis uiuæ uncias quatuor inibi resoluito, pul

ueris dicti pondere denariũ quinq;,& auri pigmẽti uncia una adiectis. Decoquito. Face eius periculum cum penna,& sudantem ægrotantem in balneo ita sudorem absterge. Nam hæc omnium fortissima censentur, præsertim in pedum reliquiq; corporis tumoribus. Cæterum si mediocris modò tumor fuerit in pedibus uel cæteris corporis partibus, farina iridis Illyricæ cum aceto cataplasmatis modo impacta summo est remedio. Calx itidem aqua non extincta, cum axungia suilla in mortario trita & malagmatis instar impositа summè facit: cunctos etenim tumores simul & inflammationes potissimè geniculorum discutit ac dissipat. Mala similiter Punica acida in aceto elixa atq; in eodem probè cõtusa emplastri more inducta prosunt,& euaporationẽ quã diaphoresim Græcè dicunt, eximiè promouent, id quod experientia sæpe cognitũ est. Theriaca deniq; unà cum tenuis essentiæ uino illita non instrenuè podagræ è pituita prouenienti succurrit, dolores enim mitigat & humorem haud segniter exicat.

De podagrâ è sanguine nata & eius curatione
Caput IIII.

NVnc de podagra ex habundante sanguine originem trahẽte, & eius curatione uerba facere instituí. Quocirca ubi sanguineo humore articuli miserè uexantur, principio statim sanguinis detractionẽ fieri expedit. Nouimus quippe plurimos nihil aliud facientes sola sanguinis missione salutem recuperasse & uel omino se immunes atq; exortes à podagra custodiuisse, uel rarissimè articulari morbo tentatos. Oportet aũt eam singulis annis in capite Veris nõ euacuandi solum, sed tuendi corporis gratia fieri. Et cibaria quæ sanguinẽ nutriunt circumscribere ne dicam in totum abstinere. Generant autem augentq; sanguinem carnes omnes quidem sed maximè suillа (quod non nos modò tradimus, sed omnibus medicis, puto, liquet) & uinum dulce,& uaria multaq; cibaria & exercitatio mediocris. Vbi igitur quis lauta & habundanti uictus ratione usus in primo Vere sanguinem detraxerit, corpus iugiter exercuerit,& haud segniter uectationi operam dederit, facile à superfluo humore liberabitur. Profligata autem nimia humorũ copia nulla infestabit destillatio, nullo humoris noxij fluxu tentante articulos. Porrhò aqua potius calida, quàm uino ita habentibus utendum. Cauendum ab omni curatione algida & breuiter ab ijs quæcunq; sanguinem pariunt. Vidimus quippe bene multos qui nihil aliud facientes sola uini abstinẽtia podagram ita abigerunt, ne unq; reuerteretur postliminio. Vbera nanq; uini potatio, regnante in corpore sanguine, hostilis est. Optimũ igitur ita affectis uinum interdicere. At si in totũ id fieri nequeat, à ueris æstatisq; initio præscribat eiusmodi abstinentia, quæ sanè mordicus obseruare impendiò utile est, ijs qui ex sanguinis superfluitate fluxione tentantur. Quod si absq; ciborũ obseruatione humoris fluxu pedes tentantur, haud absurdum sanè fuerit, imò summopere necessarium topicis medicamentum uti præsidijs.

Localia

Localia præsidia ad sanguineam Podagram.

Vbi igitur partes fluxu noxij humoris sanguinei tentatæ inflammatione obsessa fuerint bifariam curationem instituendam esse ignorandum nō est. Quum in fluxu iam humores sunt & articulos petunt, refrigerium, & diaphoresin, quam euaporationem Latinè digestionémue dixeris, medicamentis in hoc efficacibus conciliare in primis expedit, ad humorem qui in phlegmone obsidente continetur, dissipandum, & eum qui defluit reprimendum. Cataplasma itaque ex sedo herba quam Græci ἀειζωον adpellant, & ex malicorio in uino decocto & rosis & polenta hordeacea, quam una uoce Græci uocant ἄλφιτα, conficitur, præsentissimi auxilij est. Repellit enim quod destillat & defertur in articulos, euaporationem inducit, humorem infestantem abstergit, uireisq; deiectas reuocat & languidis partibus robur inserit. Est uerò eius huiusmodi præparatio: Punici mali cortices (quam eadem gens priuatim σίδια Rhomani uerò malicoria dicunt,) in uino, ut diximus, elixandæ sunt, rosæ & sedum acuratè terenda. Deinde farina hordeacea decocto malicorij, admiscenda & ualidè agitanda. Postremò facto cataplasmate partibus afflictis inducere expedit. Aestiuo tempore frigidè. Hyberno autem tempore tepidè. Conuenit uerò id adhibere ab exacerbationis principio, & doloribus nondum uiolenter sæuientibus. Vbi uerò magis magisq; intenduntur & increscunt dolores, adsperginis, cui Cerotis nomen inditum est, usus cōmendatur, cuius hæc est compositio:

Embrocha Cerotis.

Habet defruti sapæ ue partes quinque, ceræ & olei rosarum partē unam. Esto uerò ceræ pauxillulum modò, & tantulum sanè ut Embrochā crassiusculam atque utunque densiorem efficiat. Imponere autē oportet eam cum lanicio recens ab ouibus detonso, nec dum purgato, quam lanam succidam uulgò adpellant. Hyemalibus quidem horis temperatam. Aestiuis uerò gelidam. Quando autem ima uidetur obsidere phlegmone, olei rosacei loco oleum putum aut commune, & aliquantulum nitri sapæ admisceto, & præsentioris erit auxilij si adhibeas. Quod si his actis parum profeceris & dolores nihil cessauerint, ad cataplasma διὰ τῆς κράμβης confugiendum est. Cuius confectio est huiusmodi.

Cataplasma Dià tes crambes.

Διὰ τῆς κράμβης, id est ex brassica cataplasma fit ex brassicæ foliis decoctis, & acuratissimè contritis, quibus adijciuntur feces aceti, quantū satis uidetur, lutea crudorū ouorū duo, & olei rosati aliquantulū. Commisceant simul omnia, & ubi coierint, cataplasmatis modo impone, & subinde detrahito. Solet hoc medicaminis præsidiū, quidliquidò affirmare possum uehemētissimos podagræ dolores lenire. Summè etiā facit si cataplasmatis loco spongiā uino astringente imbutā modicè imponas. Atq; si uinei eiusmodi copia in promptu nō sit,

ſpongiam oxycrato intinctam ſuper impone. Noli uerò pedes ira affecti aqua calida fouere, & triticeum uel hordeaceum cataplaſma impingere. Quoniam hæc ſingula inimica ſunt, præſertim in magna ſanguinei humoris redundantia, & torquentur enim ex eorum impoſitu non leuiter articuli. At ſi non fuerit nimia in corpore ſanguinis plenitas, non fuerit alienum neque nociuum, doloribus excruciantibus, cataplaſma ex hordeacea farina confectum adhibere. Confice uerò hoc modo.

Cataplaſma Dialphitu, hoc eſt ex farina hordeacea.

Accipe farinæ hordei parteis duas, ſeminis lini partem unam. Decoquito diligenter, & impoſitum ſubinde permutato. Quodſi quorundam qui nihil penſi habent, medicorum more, cataplaſma non udum, ſed admodum calidum adplicaueris, lædes non articulos modo, ſed alias etiam parteis ut plurimum. Quemadmodum qui ex farina tritici nimium elixa emplaſtrum imponunt, ignari ſummam indecutem comburi magis & exiccari, quàm in affectis partibus quidpiam diſſipari ac digeri. Quoniam cataplaſma plus quàm opus ſit decoctum, magnam deſiccandi uim obtinet, præſertim ſi quid olei eadem decoctio complectatur. Liquidiſſimè enim conſtat, quòd quæcunque in oleo friguntur, ſiue carnes, ſiue piſces fuerint arida fieri & ſtricta ceu in anguſtum cogi. Quo circa cauẽdum arbitror, ut compræhenſum iam pridem eſt, ne cui quam medicus cataplaſma, niſi prius euacuata humorũ redundãtia, imponat. Néue unquã farinã tritici emplaſtri modò calidam ſuperinducat. Enimuero mea ſententia ne ſtypticas quidem ſpecies ullas, neque repellendi, reiſciendíq; potentiam habentes adhibere conuenit, corpore non prius uniuerſo ab omni humorum ſuperfluitate expurgato. Periculum quippe eſt ne qui articulos petit humor ad uitalia remeat & ſuffocationis cauſſam, uitæq; diſcrimen inferat. Quapropter maturè corpus uniuerſum prius euacuandum, deinde cataplaſmate utendũ, ſiue euaporationẽ machinari, ſiue reiſcere iiſdem ſtatueris.

De lapidoſis articulorum duricibus tophisue
Caput IIII.

Caeterum quia ſæpenumero calculoſæ duricies (quæ πώρωσις Græcè uocantur) in manibus pedibuſq; tophi inſtar contrà naturã concreſcunt, in articulis craſſo terrenoq; humore illic per ſe ingruente, uel ex intempeſtiuis aliquot cibarijs crudis in corpore humoribus collectis, uel medicamenti alicuius uſu quod multam diſcutiendi, ſiccandíq; nullam autem emolliendi uim habuerit, maximè uerò medicaminibus quæ hebetudinem inducunt, uel dolores placant, quorum illa Græci ναρκωτικὰ, hæc uerò ἀνώδυνα uocant. Conſentaneum omnino eſt non ignorare medicum, qui nam, aut quibus medicaminum præſidijs tofi (ſic enim πώρους Latinorum quidam interpretantur) diſſipiendi aut reſoluendi ſint.

Si igitur

Si igitur calida neruorum intemperie materia tosta in podagris articulariue malo in articulis, uel alijs partibus lapidosæ duricies cõcrescunt, non oportet caloríficis & acritudinem habentibus remedijs occurrere. Quod si acribus adhibitis medicaminibus currat calculorum materia, ex administratione eorum lapides fieri consentaneũ est. Vbi igitur quis resoluentibus concretos in membris lapides remedijs utatur, protinus ad ea rursum quæ moderatè calfaciunt atq; humectãt, uel remolliunt, transire expedit. Reliquis medicaminibus siccificis omnibus, eduliisq; eiusdem facultatis & antidotis calfacientibus & exiccantibus longum ualere iussis. Nam hæc singula tofos citius pariunt quã dissiciant atq; emolliant. In eorum uerò curatione qui temperamenti feruidi non sunt, sed algidis admodũ & crassis, crudisq; excruciant in articulis humoribus, præsenti cum utilitate adhibent quæ extenuant & calfaciũt. Discutiunt etenim & emolliunt hæc calculosas huiusmodi iam natas duricies, & ne denuo repullulent strenuè prohibent. Vidimus quippe hominem nihil aliud facientem solis huius potentiæ remedijs prægrandes articulorũ tofos dissiciisse & salutem inde pristinam, adeò ut ingredi quoque impeditè posset, citra omnem eius medicaminis, quo usus est, iniuriam, recuperasse. Historia.

De remedijs quæ antidota uocant.

Tofis in podagra articulariq; morbo infestantibus hoc ἀντίδοτον perpetuo anno bibendum est. Quod habet, centaurij uncias quinque, hyperici, trixaginis singulorum uncias nouem, mali terræ rotundi, gentianæ, petroselini, agarici, phu (pro qua hodie herbarij nostri herbam Valerianã ostendunt) mei uniuscuiusq; uncias quattuor, spicæ nardi unciam unã, mellis Attici quantũ satis est. In aqua calida potui dato. Nouimus alium præterea quẽdam cui in articulis inchoabant πῶρος, necdum in calculos concreti, qui proxima elixatione usus, crudis & crassis humoribus ex hac attenuatis, saluus euasit: Quã ἀπίζημα. hunc in modum concinnabat. Elixabat in cacabo recenti origanũ, trixaginem, pulegium & piceam terrestrem, quæ χαμαιπίτυς Græcè uocatur: Decoctũq; ipsius potabat. Quorũ utiq; nihil dare cõuenit eis qui bilioſæ sunt & calidioris temperaturæ, quemadmodum paulò ante dictum est mihi.

Varia succurrendis tofis medicamentorum præsidia.

Quoniam non tam multa, quàm diuersi generis habent medicamínũ, solquendi lapidosas duricias præsidia, quæ exspecíebus acrimõia multa præditis cõfiunt, quæ emolliendo & humectãdo tofos, ut diximus, soluũt & discutiunt, uarias eorum species explicauimus, ut diuersis medijs, diuersis laborantium intemperiebus, & amplitudini uitiosæ materiæ quæ in articulis continent, selectis ad hoc medicamínibus singulis expeditè liceat succurrere, ijs maximè quæ articulorum calculosas duricias ita dissipant, ut nunquam reuertantur, neque repullulare possint. Ad quam rem comparatum est, quod mox describam, experientia à multis cognitũ. Accipe spumæ nitri uncias octo, rhesinæ terebinthinæ uncias duodecim, ceræ uncias quindecim, olei ex oliuis immaturis

maturis & acerbis uncias uiginti, lixiuij protropiue saponariorum (hoc est guttarum primarum quibus saponē faciunt) denarios sex. Confice & utere.

Aliud ad idem medicamentum.

Alterū non minus efficax medicamentum accipit spumæ nitri, rhesinæ terebinthinæ, protropi lixiuij, sordiū quæ ex aluearibus apium colligūntur, quas πρόπολιν Græci nominant uniuscuiusque uncias quattuor, ceræ uncias octo, picis Brutiæ libram unam, olei antiqui uncias sedecim. Commixtis omnibus artificiosè, utere. Poris enim quos tofos Latini adpellāt, & abscessibus duris, & podagris eximiè subuenit. Sum ego sæpenumero eius bonitatem in id genus ægrimonijs expertus.

Confectura Dià cinnabareos, hoc est ex cinnabari, uel Dià halos anthu, id est ex flore salis.

Medicamentum διὰ κιννα βάρεως, uel ut alij dicunt, δι' ἅλος ἄνθους, quod multis præterea nominibus indigitant multi, longè amplíorem habet in lapidosis duriciebus articulorum efficatiam. Cuius confectio talis est: Spumæ argēti (quæ λιθάργυρος est,) sumatur libra una, olei ueteris xesta una, squamæ æris, æris combusti singulorum uncia una, cinnabaris uncias duodeuiginti, lapidis pyritæ, cadmiæ, æris uiridis, thuris, lapidis hæmatitæ, gentianæ, chamæleonis nigræ uniuscuiusq; uncia una, lapidis phrygij unciæ octo, aloës, unciæ duæ, galbani uncia una & dimidia, guttæ ammoniacæ thymiamatis unciæ quattuor, lapidis schisti, id est scissilis denariorum pondo septuaginta triū, sordium ex aluearibus apum libræ quatuor & semis, ceræ unciæ septemdecim uetonicæ uncia una & dimidiata cū diobolis octo, mali terræ uncia media, dictamni denariū pondo quattuordecim, rhesinæ siccæ libra una. Adipe struthionis spumam argenti conterito, floris salis libras geminas particulatim immittito, tantisper dum diluantur omnia. Succurrit autem eximiè hoc medicamē non scirrhosis duriciebus tantum, sed excrescentijs etiam in extrema ani corona, quæ Græci adpellant κονδυλώματα, & aquosis ramicibus, quos eadē gens ὑδροκήλας nuncupant, & Aquæ inter cutem, & lienosis, & alijs pluribus ac uehementibus ægrimonijs cum densis & superfluis humoribus. Illud uerò latere nolim, quod cuilibet ægritudini hæc medela peculiaris dicitur, πολύχρηστος, eò quòd singulis adeò est accomodata & utilis tanquam huic uni esset dedicata. Clarissimi eñ medicinæ authores mirificam eam existere perhibēt. Quoniā adhíbita articulos non calfacit nedum inflammat, sed tofos in eis concretos discutit, renascíq; alios prohíbet, & omnino ut uno uerbo expediam, efficax est, sed rara est auis, nec admodum parabilis.

Aliud generosum medicamen.

Alba gallina, dijs hominibusq; plaudētibus, ut ita loquar, hoc medicamentū in lucē æditū puto passim inuentu facile, immensæ ac nimiæ etiā facultatis & potētiæ. Cuius ita habet cōpositio. Lixiuij seu protropij, unciarum pondo sex, ceræ unciarum pondo decem, rhesinæ terebinthinæ unciarum pondo

septem

septem. Valde est πολύχρηστον, hoc est, multis affectibus diuersis conferens medicamentum. Resoluitur enim quandoque uirtus eius, & ob id mollioribus & delicatis corporibus, ualde est conducibile, si confecturæ eius binæ mellis admisceantur portiones. Sunt præterea & alia nonnulla, uerbi gratia διὰ ἀνημόνης medicamenta, non medendo huic morbo solum, sed aduersus grauissimos alios complures affectus puta tuberosos, calcarios, & petrosos denique salutaria remedia. Hactenus quippe de uarijs medicaminum præsidijs quæ memoratis ægritudinibus sufficiunt, quibus sanè διὰ ψιμμύθιος medicamẽtum nõ semel adiunximus, eò quòd delicati uehementioris medicinæ mordacitatem sustinere nequibant, & utrisque sanè ægrotantes mirificè adiuti sunt: altero uellicationem cum morsu tollente, altero efficatiam suam exerente. Torquatus porrhò & Galenus docent lapidosas eiusmodi articulorum durities tofósue ueteris casei impositu eximiè discussi atque resolui, quem hunc in modum conficiebant. Caseum acritudine maxima præditum, & perdiutilè inueteratum in hoc decoquebant. Ipse uerò istoc modo idem medicamentum ita habẽtibus admoui. Lardum salsum in aqua probè & exactè semper elixare consueui, & caseum uetustissimum cum decocto eius in pila confricaui usque dum emplastri formam indueret. Quo poris impósito laborans mirificam semper opem prædicabat.

De Anodynis & purgantibus medicaminibus, exhibendis podagricis.

SIquidem plerique grauissimis & non ferendis cruciatibus præ ægritudinis uiolentia torquentur, medicis nonnunquam ad somnifera medicamenta, quæ Græci ἀνώδυνα (quod est dolorem sedantia) uocant, deueniendum est. Quocirca iam pridem rationem quando, & quĩ, interdum ea sint adhibenda tradidimus, & conditurarũ insuper quasdam formulas, nempe cerotas quæ è papaueris lachryma constituuntur, quas Græci etiam κηλήσεις, hoc est mulcimenta adpellant. Nos uerò eorum usum & si dolores mitigent, minimè probamus, nisi uehemẽtissimo dolore cruciantur ægri, & temperamentũ natura calidum caloris accessu sit supra modum auctum, tum denique tutius & utilius sumuntur. Videndum tamen ne unquam in eorum medicaminum usu modum excedamus medici.

De purgante medicamine ex his quæ uulgò hermodactyli dicuntur, (Relinquo ipse peritioribus discutiendum medicis sint ne Colchicon, an Ephemeron, an neutrum)

SUnt qui in Podagra potum ex hermodactylis confectum, potui ministrẽt, quoniã protinus, à solutione uentris inde facta, euacuando aqueos humores, dolore liberat, adeò ut suo munere statim fungant pedes, miserabili dolore iam pridem enecati. Et sanè quod illi affirmant minimè uanum, cæterum ueutiquam frequentanda est hermodactylorum potio. Noxium enim quid dam in se ac lethale continet, nam qui crebro huiusmodi potione utuntur, plerunque mali humoris fluxu tentantur, Eò quòd uentriculum in sua natura, *Hermodactylus.*

mea

mea quidem opinione, lædunt hermodactyli, unde rheumatismi subinde emergunt. Et in hoc sanè cuminū, uel mastiche, uel gingiber hermodactylis de more adijcitur, ut maliciam illam emendet. Sunt qui euphorbium admisceant, rati non nihil frigoris inesse eis, atq; ob id quidem nonnullam hebetudinem inducere, & torporare. Ipse uerò arbitror hermodactylis non multum inesse frigoris, minusq; uirtutis narcoticæ, quoniam expurgandi facultate sunt præditi. Si natura algidi forent, cathartici non essent. Semper porrhò stomachum aliqua specie sumpta læsum, atq; debilitatum, eduliorum fastidium cōmitatur. Optimum igitur fuerit cuminum, uel zingiber, aut piper correctionis gratia, ne uentriculo noceat potio, adijcere. Quin & aloëm quoque haud minore utilitate hermodactylis admiscere possumus. Quæ si adijciatur, maiorem induit euacuandi potestatem, & amplius præsidium. Subijciemus itaque ne quis ignorare possit compertam quidem & inuentam à ueteribus, à nobis uerò non semel experientia probatum. Habet ita eius descriptio:

Potio de Hermodactylis.

Accipe hermodactylorum solidi pondo unius, zingiberis ceratia nouem, piperis, anisi singulorum siliquas duas, omnibus commixtis una fiat potio, & haustus unus. At si efficatius reddere uolueris, adijce scammonij ceratia id est siliquas quattuor. Cæterū si anodynum facere uolueris adeò ut eo utentes doloribus liberentur hunc in modum confectionem instrue. Accipe hermodactylorum uncias quattuor, cumini grammata tredecim, zingiberis diobulos duodecim, piperis scrupulos decem; perfecta datio eius sunt oboli octo. Qui in aqua calida exhibendi sunt.

Alia ex hermodactylis potio.

Habet hermodactylorum obolos octo, zingiberis diobolos septem, cymini ceratia quattuor, anisi tantundem, scammonij præparati, quod diagridium uocant, ceratia octo, confice, & dabis cum uino & melle, summè utique prodest. Ipse enim ea sæpenumero sum expertus. Simul enim atque uentrem soluit & euacuat dolores quoque mitigat, & laborantem ita instaurat, ut ambulare possit, siue intra morbi primordia, siue in fine podagræ fuerit exhibita, quin & in summo uigore pota expedit.

Alia experimento cognita potio.

Anisi ceratia duodecim, cymini, piperis candidi, & atri uniuscuiusque obolorum pondo quattuor, zingiberis diobolorum pondo octo, euphorbij diobolorum pondo quattuor, mastiches denariū pondo sex, cassiæ diobolorū pondo duūm, hermodactylorum diobolorum pondo quattuor, una constituatur inde potio, quam in aqua calida potui dato.

Alia quæ ad Iacobum authorem refertur commodissima potio.

Accipit hæc, hermodactylorum, scammonij præparati uniuscuiusque obolorum pondo octo. Bibenda ea est potio, sumptis cibarijs, cum aquæ calidæ

lidæ potu, sint autem qui sumuntur cibi humidi.

Alia, quæ ad Theodosium philosophum authorem refertur potio.

Habet Hermodactylorum denariũ pondo octo cymini Aethiopici, diobolorum pondo quatuor, anisi denarij pondo unius, herbæ alipiadis denariũ pondo duũ, agarici denarij pondo unius, moschi ceratij pondo unius, phu denarij pondo unius, masticheș scrupulorũ pondo duorum, zingiberis denarij pondo unius, spicæ nardi, diobolorũ pondo duũ, cnici denariũ pondo duũm. Dabis aũt obolos octo cum hydromelite, admirabilis efficatiæ hæc est potio, nõta m à me quà m ab alijs pluribus probata.

Nutriatus eorum qui de Hermodactylis accepturi sint antidotum.

Sumpturi Hermodactylos ante potionẽ bina, trináue ouorum lutea accipiant, panis prætereà aliquantulum, & aliquid gallinæ pectoris. Deinde una uel duabus horis interpositis lauandum est. Protinus à balneo domũ reuerso antidotum modo & mensura præscripta potui dato. Nam ad hunc modũ exhibita potio, omniũ utilissima & efficacissima est. Ventriculum etenim non afficit, & aluũ molliendo respondere facit. Hactenus de uiribus Hermodactyli satis, quo pacto à priscis medicinæ authoribus inuentæ & experimento cognitæ, & à me quoq; experientia sæpius probatæ.

Catapotia quorum usus in podagra probatur.

Nos uerò in hac affectione cõstitutis aloën Hermodactylis admiscentes, nõ in potu sed in pilulas redactã medicinã deglutiendum præbuimus, & protinus dolore omni sedato noxij quoq; humoris fluxus cessabat. Quarũ compositio talis est: Aloës diobolorũ pondo duũm, scãmonij diobolorũ pondo quatuor, seminis cucumeris agrestis denariũ pondo quatuor, Hermodactylorum tantundem. Iusta exhibitio est denariũ pondo duũm, uel plus minúsue pro robore cuiusq; laborãtis. Sunt hi mea ætate globoli reperti, & à me experiẽtia cogniti.

Alia Catapotia podagricis utilia.

Habentur prætereà æquæ efficaces & aliæ pilulæ nõ tam in podagra, cẽterũ in articulari morbo eorũ qui natura sunt pituitosi. Habent aloës, interioris farti colocynthidis singulorum uncias quatuor, hermodactylorũ uncia m unam Exhibe denarios duos, uel habita uiriũ ratione amplius minúsue.

Alia Catapotia chalastica.

Vbi uerò catapotia χ ελαστικὰ id est relaxantia facere uidebitur, ex his pilulas cõformato. Accipe ceratia sex, scammonij præparati, ceratia nouẽ, serici, hermodactylorũ uniuscuiusq; ceratia tria. Contere cum Rhodomelite uel hydromelite, & redige in globulos, quos exhibere nõ podagricis modò & arthriticis sed cæteris quibuscunq; aluũ soluere uolueris, cõuenit: citra enim omnem angorẽ & absq; molestia euacuãt, neq; iniucundi aut insuaues sumentiũ gustui existũt.

Potio de coronopode, id est herba cornicis pede.

Sciendum porrhò quod in podagra non de Hermodactylis solum, conficiũtur pharmaca quæ omnes iam uocare solent anodyna maximè potiões, sed ex alijs quoq; bene multis, è quorum censu est herba cornicis pes, quam Græcè Κορωνόποδα uocant, Rhomani Casiarticem & sanguinariã. Quæ eandem habet cum hermodactylo facultatẽ & efficatiam, nec adeò officit stomacho. Dolores lenit, aluũ deijcit, atq; subducit, idq; intra omnem modum uiolenter. Perfecta eius dosis est denarij pondo unius cum grãmate. Quã licet interdum per se, quã doq; cum piperis granis quadraginta administrare. Pleriq; aũt plures admiscuerunt species, & certè maiore efficatia & ampliore cõmoditate. Componit aũt confectura hoc modo: Zingiberis diobolos duos, piperis diobolum unũ, agarici diobolos decem, interioris medullæ Cnici, quã recentiores Cartamũ uocant, diobolos quatuor radicũ coronopodis denarios duos in mortario contundito, friato & per inficerniculum trajcito, & reponito. Δόσις eius esto denarij pondo unius. Sed quibus uenter est natura ad egerendum & ad expurgandum difficilior, his dioboli quatuor una datione exhibendi sunt, uel plus minúsue prout res ipsa poscere uidebit. Protinus à uentris inanitione eũ lauare expedit. Post lauacrũ oua cum pane manducet. Et breuiter (quod te latere nolim) in uehementissimis paroxysmis hoc medicaminis præsidium exhibitũ, labores cruciatusq; mitigat & amputat.

Κορωνόποδος.

Alia potio quæ simul atq; sumpta fuerit dolores profligat.

Est præterea & aliud egregiè anodynũ poculum quod in ipsa morbi exacerbatiõe sumptũ omnẽ dolorẽ ocyssimè nõ lenit modò, sed planè è medio tollit, & quasi proscribit. Eius cõpositio hæc est: Seminis eryssimi diobolorũ pondo quatuor, zingiberis denariũ pondo sex, radicũ coronopodis, amomi, piperis cuiuslibet diobolorũ pondo sex, redige in puluerẽ, cuius dosis integra sit denarium pondo duũ. Cæterũ quoq; idgenus potiones accepturi sunt uideant ut probè cũ rhodomelite, aut in oxycrato digestæ sint. Auricula porrhò muris herba haud minore efficatia dolores mitigat, nec quicq; in se cõplectitur, quod uitiosos humores creare possit in uentriculo, lædereæ articulos. Constat aũt ex sequentibus cõfectio: agarici, auriculæ muris uniuscuiusq; denarij põdo unius. Dabis inde una dosi obulos octo, adijce aũt potioni diobolum unum. Exhibebis autem in uino melléue uel in uino flauo.

Aliud antidotum contra podagram cui nomen est Clymax.

Habet agarici denariũ pondo octo, phu denariũ pondo sedecim, petroselini unciarũ pondo triũ, mei unciarũ pondo quatuor, hypericonis unciarũ pondo quinq;, gentianæ unciarũ pondo sex, mali terræ unciarũ pondo septẽ, centaurij unciarũ pondo octo, trixaginis unciarũ pondo nouẽ, mellis quantũ ad ea cõprehendenda satis. Offer autem hoc antidotum per uniuersum anni cursum.

Aliud

Aliud antidotum podagricis toto anno exhibendum.

Ἀντίδοτον ístud quod ſubiungam ſumma cum utilitate & præſenti ſalubritate nõ podagricis modò & arthriticis exhibetur, ſed iocinoris etiã, lienis ité ac renũ doloribus torminibusq; & inteſtinorũ cũ inflammatiõe exhulceratiõni eximiè ſubueuit. Quin & contra callos articulis inſinuatos ac uiſcidos opem diſſoluendo eos cõferre aſſolet. Cuius cõpoſitio talis eſt: Accipe radicis Ponticæ unciã unam, agarici uncias duas, phu uncias treis, petroſelini Macedonici uncias quatuor, meí † uncias quinq;, hypericonis uncias ſex gentianæ uncias ſeptem, mali erratici quã Ariſtolochiã nominant uncias octo, centaurij uncias nouẽ, trixaginis uncias decẽ. Dantur aũt iuſta datione uiris quidem oboli quaterni, fœminis uerò bini. Præparabis aũt ad hunc modum. Miſſis prius his in mortariũ unũquodq; ſeparatim diligẽter in puluerẽ contundito, & ſingula ponderata cõmiſceto, & denuò in pila diutulè cõfricato, & per incerniculum anguſtiſſimis foraminibus tranſcito. Atq; ita quẽadmodum hic præcipimus quolibet mẽſe per integrũ annũ utere. Per menſem quidẽ Ianuariũ diebus quinq; Per Februariũ diebus totidem & diebus alternis. Per Martiũ, alternis diebus uſq; ad decimum, hoc eſt quinquies. Per Aprilem altero quoq; die per idem dierũ ſpaciũ & totiens Menſe Maio ternis diebus tertio quoq; die. Menſe Iunio, binis diebus intercalato uno die. Menſe Iulio ſemel. Menſe Auguſto per diẽ unã. Menſe Septembri totidem. In Octobri rurſus binis diebus. In Nouembre totidem quidem diebus, ſed alternis hoc eſt uno quietis interpoſito. In Decembri deniq; offeras hoc pharmacũ laboranti alternis diebus uſq; ad datiões quatuor. Atq; ita per duodecim anni menſeis circumuolutos diebus triginta ſex in ſumma accipi oportet hoc quicquid eſt pharmaci. Sunt uerò his qui eã potionẽ hauriũt hæc manibus pedibusq; uitanda. Carnes bubulinæ, atq; ſuillæ fungi, ſinapi, & holera cuncta quæ acritudinẽ habent. Hydrogarũ præterea (id eſt liquamẽ aqueũ ſalſugino-ſum ex piſcibus ſalſis) & braſſica. Oportet præterea languidum minimè crudo eſſe ſtomacho, & lauare deniq; pedes in calida, atq; ita oleo perungi, & lac ſuo tẽpore potare cõuenit. Hactenus igitur de anodynis & purgantibus pharmacis quæ intra corpus ſumuntur, nunc de his quæ foris ſedibus affecti adhibentur.

† alias denarios treis.

De topicis medicaminum præſidijs anodynis.

Oportet omnino in miſerabili pedum dolore & morbo articulari ad ea quæ iam ab omnibus Græco uocabulo ἀνέσιμα uocantur, cõfugere. Cæterum quoniã nõnulli ob imbecillitatẽ uentriculi dicta, & id genus alia ſumere nequeũt uel ſumpta cõtinere non poſſunt, ſed protinus ſoluũtur in uomitũ, horrore neſcio quo ſuſpecti medicaminis. Atqui grauiſſimos interim labores cruciatuſq; in paroxyſmo ſuſtinere non poſſunt, operæpreciũ me facturũ, imò rem omnino neceſſariã, puto ſi aliqua quæ ratiõe & experimẽto læuationẽ doloris ſomnũ ſubijcio cerotæ indoloriæ.

Cerota lenitiua doloris egregia.

Habet croci, lachrymæ papaueris singulorũ uncias quatuor, panis libram unam, ceræ tantundem, olei rosarũ libram dimidiam. Confice autẽ sic: Crocum simul & papaueris lachrymam in uino prius macerato, panem aqua, perfundens, & eum manibus ualidè exprimens, croco & papaueri lachrymæ contritis admisce, & denuo tantisper cõtorito dum omnia confusa & inter se probè cõmixta spectantur, tum deniq; ceram eliquatam admisce, agitato & absolue cum studio ac utere. Quippe hæc Cerota in summo exacerbationis uigore admota partem doloribus excruciatam omni confestim labore, dolorecq; liberat.

Alia Cerota in morbi extremo incremento adhibenda.

In summo accessionis incremento dolores lenit cerota, quæ constituitur ex ceræ uncijs quatuor, spumæ argẽti, cerussæ singulorum uncijs duabus, succi solani libram unam, olei rosarũ tantundem. Succum infunde donec omnino coëat, deinde utere.

Alia Cerota dolorem mitigans.

Hæc quoq; cerota dolores haud segniter lenit, & sic omnibus incendiosis inflammationibus succurrit. Papaueris lachrymam lacte humano diluito, olei rosati, & ceræ singulorum adijcito uncias sex, misce & redige in cerotam. & utere.

Alia Cerota admirandæ uirtutis.

Mirifica admodum, usu & experimento probata est cerota. Si duas olei communis xestas in cacabo cum uitium sarmentis (quæ Græci πλήματα uocant,) instructo igne donec ferueat elixabis, & ubi iam deferbuerit, Narces, hoc est Torpedinis piscis marini libræ pondo unius oleo immitte, & tantisper dum iterum ferueat & ebullitionem alteram atq; tertiam ædat, decoquito. Post hæc adijce sanguinis Asphalitici animantis, quod à quibusdam Mardanus uocatur, uncias quattuor, & elixabis pariter cum pisce torpedine usque dum discoctione carnes planè ab ossibus soluantur, tum deniq; abigne tollito, & ubi inalguerit, colato, & in aliud uasum transfundito, reponito, & ubi usus necessitas postulabit, quantum res poscere uidebitur, tantum accipies, admixtáque cera in trulla læuigato, diluito & detrullato inq; cerotæ emollientis formam redigito, & lintheolo deniq; superinductam leua imponito. Est autem oleum ipsum in hospitio pede planè die Veneris Mensis Martij elixandum. Eo namq; pacto rituq; concinnata potio præsentis erit auxilij. Hactenus de anodynis & quæ podagricis expediunt cataplasmatis diseruisse satis.

Finis libri IIII.

ALEXAN

ALEXANDRI TRAL-

LIANI, PRAECELLENTIS MEDICI, DE SINGV

LARVM CORPORIS PARTIVM AB HOMINIS VERTICE ad plantam usque, uitijs, ægritudinibus & iniurijs Liber Quintus, Albano Torino Vitodurensi interprete.

QVum tu sæpenumero ex animo, charissime Cosma, cum aliijs quibusdam amicis non paucis, cottidianis à me precibus efflagitaueris, ut tibi non fallaces diuersarum ægritudinum quibus speciatim singulæ corporis partes corripi possunt, & generatim febrium quoq; indices, medendiq; methodum, conscribam, ego sanè supplicijs tandem superatus, tibi in primis gratificari, & posteros nonnihil prouiribus iuuare studens, utraq; aggressus sum, alteraq; parte, quam petebas, iam haud infeliciter (ut puto) absoluta, alteram nunc, de diuersis febrium generibus, quantum fieri potest compendio perstringam. Indices ubiq; primò, mox curationes, quemadmodum gignere uisus es, diligenter exponens. Sumamus itaque principium à febribus diurnis, quas Græci ἐφημερίδας adpellant, ubi cuncta pro nostro uirili ad Galeni doctrinam, tanquam ad Lesbiam Polycletiue (ut ita loquar) regulam disponere mitemur, quid febris sit prius exponentes. Est itaque febris nihil aliud quàm ardor, qui præter naturam accenditur in corde & arterijs, qui secundum naturã ignis corpus possidens, corpori uniuerso dominatur, authore Galeno, & extra aleam posito Hippocrate. Proinde consentaneum est, à corde potius quàm ab ulla alia corporis parte febrim manare. Spiritus quippe uitalis ille (qui Græcis θυμὸς adpellatur) in corde subsistens, exuperantia caloris morbosi præter naturam inflammatus, febres per arterias ex corde propagatas, toto corpore accendũt. Neq; enim iam simplex ignis existit, ubi fuerit præter naturã incensus, febriente homine. Accenduntur porrhò febres aliæ quidem in materia, nempe humorum qualitatibus, quæ uulgò dicũtur putridæ. Aliæ uerò internis ac solidis partibus, quas Hecticas uocant. Aliæ ex intemperie uitalis spiritus in statum calidiorem atq; aridiorem uergente consurgũt, puta Dieculatis. Trifariam itaq; in summa febres ingruunt, in spiritibus uidelicet, humoribus, & solidioribus membris. Vbi spiritus tantummodo accensus febrem excitauerit, uniuersum inflammatur corpus, adpellaturq; id febris genus Græco nomine ἐφήμερος, Latinè Diaria. Ex humorum autem putredine bifariam accenduntur, in uenis scilicet, & extra uenas. Si intra uenas quidem humores cum sanguine mixti computruerint, febrim ardentem, cui nomen ab ardore καῦσος, & continuas febres, quas συνεχεῖς Græci nuncupant, inducunt. Si extra uenas per diuersas corporis partes putridi humores discurrunt, febres quæ statuta intentionum remissio

Febris.

numq; repercussione ingruunt, per se diuersæ, quas τυπικὰς uocant, impetunt. Quòd si membra quæ in corpore firmissima sunt, febre tentantur, hecticæ febres, uulgo dicuntur, quæ carnes omneis consumunt. Memorabimus itaque nunc singularum febrium qualitates, indices, atq; curationes, sumpto à febribus diarijs simplicibus, quæ homines identidem corripiunt, exordio.

De febre Diaria, Ephemeráue, & eius cura.

Caput I.

DIariarum febriũ, quæ in spiritibus uiuilibus, quarum sedes in corde est, consistunt, nullum neq; peculariꝰ neq; euidentius sui symbolum præstant, quàm quòd subitò oboriuntur, & cum principio pariter incrementum habent, summumq; uigorẽ atq; decessionem. Cuius ergo Græci has ἐφημερίδας, Rhomani diecules adpellare consueuerũt. Cognoscuntur autem significationibus huiusmodi.

Indices febris Diariæ.

DEprehenduntur uerò febres Diariæ imprimis tactu, mox lotio, deinde arteriarũ quoq; percussu. Tactu quidem hoc modo: quia ab initio confestim morbi incrementum, quemadmodũ in balneo calor seu uapor accedit. Ex lotio uerò, quoniam primo accessionis die adparent in eo manifesta concoctionis indicia, cum nullis alterius febriculæ indicijs. Motu uerò arteriarum, in hunc modum: Faciũt arteriarũ percussus diductionem (quam Græci διαστολὴν uocant) admodum citatam: unde nullum febris refrigerium fieri significatur. Compressionem uerò (quam eadem gens συστολὴν nuncupare consueuerunt) lentiorem, quæ refrigerationem potius quàm excrementorum expurgationem declarant. Summũ præterea febris incrementum, quem Statum uulgo adpellant, principio ad unguem æquale est, & decrementũ purum, & à febre planè liberũ. Sunt uerò & aliæ Ephemerarum febriũ notæ complurimæ: sed has ceu proprias (nam in alijs febribus nunq; reperiuntur) numerasse satis esse existimo.

Causæ febris Diariæ.

HAbẽt enim febres Diariæ omnes cõmunem atq; eandem etiam, quantũ ad se attinet, parentem: atq; ob id quidem uniuersæ diecules febriculæ cõmuni quoq; medendi ratione curãtur. Cæterum nunc de singularum causis prolixius agendum arbitror, quoniam ex pluribus admodum & quàm diuersissimis occasionibus proficiscuntur. Siquidem interdum æstu, & quidem multo sæpius, ex defatigationibus laboribusue, quos Græci κόπους adpellant, uel ex obturationibus, quas ijdem ἐμφράξεις uocant, uel ex cibi potusq; uaria satietate, uel ex inedia, uel ex uigilijs, uel ex nutrimentorum facta corruptela & parum idonea alimenti in corpus deductione, atque ut summatim omnia perstringam, alijs euidentibus initiatricibusq; ægritudinis causis, quas Græcorum medici προκαταρκτικὰς nuncupare solent, originem trahere consueuerunt diecularis febriculæ. Proinde nos fusiorem hic sermonem facere alienum non est, quò singulis iam causis ad unguem cognitis atqui perpensis unicuique conferentibus medicamentorum subsidijs quàm commodissimè succurras.

Diariæ febris ex nimio ardore curatio.

Qui ex æstu quocunque immodico Diariam contraxerũt, ei magna ex parte medicorum opem non expectant. Sed simul atque morbus leuatus uidebitur, balneum petunt, eò quòd decedat, ut ipsis quidẽ uidetur febris, quẽ admodũ quibusdam alijs diarijs putrida uel hectica fieri solet, ꝓpterea quod febrientibus ex labore princeps & præsentissima est curatio balneũ. Quod sanè nõ pauci medicinæ artifices facere nescio qua negligentia detrectantes, ægrotos ex labore balneũ negligendo magnopere sæpenumero læserũt. Nulla quippe superfluitate alia corporis negociũ præbente, neq; ulla plenitudine succorũue abundãtia, quã Græci πλήθοραν uocant, humoribus scilicet æquabiliter inter se auctis, neq; succorũ uitio, quæ ab eadem gente κακοχυμία uocat, infestante. Solũ hoc adhibitum tam magnificè oppitulat, ut nulla alia curatiõe opus habeant. Quapropter eos qui uitiosis humoribus, succorũ ue redundantia oppressi sunt euacuare expedit, ne in putredinẽ uertant humores, neq; spiritus modò uitalis qui in nobis existit gratia, sed hũoris quoq; redundãtis. Si uerò priusquã tollat affectio, fomentet, ingens excitabit oblæsio: Ita quidem ut ex ipsa putrefactione, uel plenitate humorũ, febres aliæ impetant, potissimè si nõ conueniens uictus ratio comitet, ne autẽ eiusmodi ingruant, certioribus indicijs accedendũ est. Quoniã nonnulli quorũ lotium tetro odore ob putredinẽ spirat diuturnioribus febribus corripiunt. Lauandũ igitur in hac febre est & minimè laborandum. Alijs contra scitè alere minimeq; lauare, ne lædantur, expedit. Et ne curatu difficilis morbus reddatur.

Diariæ febris ex laboribus ortæ curatio.

Febris Ephemeræ à laboribus originẽ trahentis curationẽ acuratè perpendere expedit. Sunt autẽ hac febre laborantes in primis humectãdi & refrigerandi. Id quod balneo tẽperato præcipue & cõpetenti uictus ratiõe pulchrè assequimur. Vniuersum præterea corpus ungẽto minimè diaphoretico illinire oportet, quoniã oĩa ita peragenda sunt ut alimẽta corpus magis humectẽt & iuuẽt corpus. Noli aũt corpus plurimũ ꝓfricare, & solo oleo pungere, sed aqua oleo ꝓmixta: nam hoc modo uehemẽtior humectatio fit. Oleũ em̃ per se cunctat, minusq; penetrat: aqua uerò oleo ammixta altius penetraudo articulos ex labore calfactos refrigerat. Neq; ungendi igit̃ sunt, neq; ab unctione donec sudor prouocet perfricãdi, eò quod nihil humectet per unctionẽ corpus sudando calear. Præstatq; mea quidẽ sentẽtia, si sudare abscisso siue ablato, corpus forinsecus multa aqua tẽperata in balnei exitu humectet & perconsequẽs emolliat. Et tum quidẽ his pactis cum pinguetudine aptominéue ex oleo & aqua gelida abundãter perungendũ censeo. At ita quidẽ ad tẽpus (prout uidebit medico) ꝓsistat in solio. Deinde petat natabulũ quã & piscinã nominãt. Cauendũ porrhò ne diutius duret in aẽre, & adsummum quidem per unius horæ spacium, atque adhunc quidem modum commodissima inducitur humectatio. Fugiendus adhæc ardens balnei aẽr est, ne uratur ægrotus, & alia superueniat febris. Hac sanè medendi ratione succurritur minori

Hydrelæũ magis quã oleum humectat.

momento citra exceptionem omnibus ex labore febricitibus, potissimè calidæ intemperiei hominibus. Quur uerò Galenus tepedum oleum usurparit, & aquam admiscere noluerit, non uideo, quum non frigidæ, sed tepidæ aquæ, quæ temperandi gratia admiscenda est, fiat mentio. Quò non tam aqua quà oleũ ipsum, contractã ex calore & ariditate, quæ labores corpori induxerũt, exustionem tẽperet. Cæterũ ille, ut iam mihi dictũ iniunctionẽ cum hydroleo minus probauit. Si denuo lauandus uidebit languidus, hydroleũ rursus corpore illinito, & in solio tẽperato diu morari præcipito. Opis em̃ quamplurimũ inde laboras sentiet, diuturniore nãq; insolio morula magis magisq; humectabit. Nã si balneũ ocyssimè deseruerit cõtracta ex labore corporis intẽperies, quæ se intimius fortassis insinuauit, nihil emendabit. Hæc curãdi ratio his qui ob nimias uigilias febrim incurrũt tam ut quæ maximè cõpetit, & necessaria est. Citius em̃ ea quã cæteræ à morbo uindicat. Hactenus de curatione Ephimeræ ex laboribus & uigilijs prognatæ satis dictũ. Super cæteris Diecularibus febriculis quæ ex cibariorum uidelicet cruditate proueniunt, deinceps uerba facere tempestiuum est.

De febre Diaria ex alimentorum praua concoctione digestioneue.

Si uerò ex cruditate quadã stomachi cibi non conficiunt̃ & inde febris Ephimera fuerit contracta, siue ex calore, siue algore, nam ex alterutro fieri necessum est, facile his notis depræhenditur. Si ex calida intemperatura oriatur, fumosi quidam ructus commitãtur cum uredine, quem Rhomani Carbunculum uocant. Si ex algida intemperie, acida ructatio, absque incendio comes est. Neque tamen ructus tantum modo perpendendi, sed alia quoque compluria indicia. Verbi caussa ætas, complexio, studium, inocyõne degat quis negociõue, & uictus denique, qua qui cruditate laborat usus est, ratio. Proinde quum ægrũ carbunculus inuaserit, (Sunt aũt carbunculi hulcuscula, quæ igne adusto rum modo crustas contrahũt, destillãt & serpendo pascũt, & febrim nonnunq; accendũt,) ardori adscribenda est cruditas & indigestio. Oritur aũt crustosum id genus in gutture hulcus interdum ex esculentis quibus languentes uescunt̃, uerbi gratia, ex melle concinnatis dapibus. Quum igitur cibus hoc calidáque natura iuxtà creare possit perpensione opus est in ructantibus acidum, neque id semper intemperiei adscribendum, sed sumpto interdum acido & adstringente cibario. Quandoque igitur calida intemperatura, calidus item cibatus acidas ructationes commouent. Proinde huiusmodi ructus nonnunquam interquiescunt nisi frigorifica & humectans adhibeatur curatio. *Carbunculus.*

Calidæ intemperiei curatio.

Haud igitur calorificis quum edulijs, tum poculis succurrere quispiam, eis qui ex cibarijs corruptis ardore cum stomachi cruditate carbunculo tentantur, & cum alui solutiõe Diaria febre correpti sunt, conet̃. Fallax etem̃ ea est curatio. Quoniã in p̃sens scælesta ægritudo aliquantulũ mitigari uidet̃ eò q̃d

euaporationem

euaporationem & digestionem (quam Græci διαφόρησιν dicunt) eiusmodi medicaminum auxilia inducunt, cæterum ea ex caussa aucta febre Diecularí uehementius uexantur. Est quando & ex humorũ putredine alia febris inducta comitatur. Quod tum quidem euitare licet, si allum ad modum esculenta, poculenta'q; præscribantur. Est uerò & alia quoque medendi ratione occurrendum, quo placata ægritudo perfectius quiescat. Quamdiu enĩ excibarijs cõciliata ructatio infestare uidebit, tam diu potiõe, præsertim aquæ calidæ utendũ est, quoniã habet hoc poculum eximiã abluendi per aluum, & eijciendi corruptos cibos potentiam: Præsentissimi enimuero fuerit auxilij citatus uomitus: Quin & aridum etiã, atq; deustum tẽperat spiritũ lenitq;, & lapidosas durities, quos tofos adpellant, emollit. Haud equidẽ scio an aliud facile tam præsentis auxilij excogitari nedum inueniri possit, his qui ex calida intemperie cruditate laborant, & eiusdem rei gratia febre tentantur ephemera. Quod si quæ in uentriculo corrupta sunt loco moueri & per aluum differri uidebuntur, noli uentris fluxũ reprimere aut restringere, sed magis promoueto, ut amplius & promptius quæ corrupta sunt per uentrẽ deijciant. Vbi uerò uenter plus quã expediat fluidus uidebit, adeò quidem ut intestina uellicationibus cũ morsu excruciant, uentrẽ uniuersum in balneo œnomelite, id est uino melli cõfuso & oleo cotonio rũ lauari præcipito: iecur aũt abundãtius pungere iubebis. Esui panẽ & aquã calidã ammixtis opij radicibus, & coriãdro uiridi, præbeto. Cæterũ opiũ nõ diu relinquat in aqua uerũ statim priusquã tepescat, auferat, neq; semel modò, sed identidem intingatur. Quod si calor quidẽ inflãmotiõue in uentriculo esse uidebitur, caue radices apij admisceas, sed tantummodo coriandrũ, uel micas panis solas cum aqua calida iterum atque iterum superfusas manducandum porrigito. Vbi autem aluus plus æquò soluta nimium profluxerit, adeò ut uires deijciantur, reprimentibus medicaminum auxilijs (quæ Græci κατικὰ nominant) occurre, uerbi caussa, omphacomelite (quod fit ex uuarum acerbarum nec dum matureſcẽtium succi partibus tribus & mellis optimi despumati parte una,) uel aqua rosarum, hydro rhosatóue, aut hydromalo (ea est ex aqua & malomelle confectura,) cum panis mica, uel perse. At si nullus neque ardor neque phlegmone uentriculum occupet, uino Cnidio, uel Sabino, uelobiter, & aliquantulum adstringente obuiam ire expedit. Quod si robur nihil deijci conspicitur, non est quod uinum exhibeas: præsertim ijs qui calido sunt temperamento. Certè quotiens ex intemperie quapiam carbunculo affecti cruditatem patiuntur, uinum interdicendum est, quoniam morbum magis incendit ac auget, quemadmodum & calidarum rerum omnium usus. Proinde nequeo satis mirari quam obrem Galenus in Methodo medendi uel de morbis curandis antidotum διὰ τῶν τριῶν πεπερέων, hoc est ex tribus piperum generibus cõstans, & διὰκυδωνίτου, quod est ex malis cotoneis offerri præceperit, his qui ex feruida intemperatura cruditate stomachi afficiuntur. & forinsecus uentriculo purpuram oleo nardino imbutam, cumq; mastiche & absynthio

Aquæ calidæ potio.

Omphacomel.

absynthio calidam admouere consuluerit. Id quod nimirum facere iussit quominus deficerentur uires uentriculi, & roborandi gratia. Nos uerò cõtrà id minimà gentium prodesse posse uel aliquo nomine, calida intemperie præditis, putamus. Est autẽ uiri officiũ nullum mendaciũ dicere. Quapropter si ex calida intemperatura & cruditate fumidi ructus proueniant, præceptũ illud perpetuò uerum: Contrariorum contraria sunt remedia, hĩc, si uspiam aliâs, locũ habere cẽseo, neq; alia certè ulla remediorũ specie hoc malo curabit. Diatriũ igit Piperon & id genus cætera minimè in huiusmodi cõstitutione sunt offerẽda. Si enim caloreficis hisce rebus administratis maius inducat (quod igne igni addito fieri solet) tum demum necessariò, nolis uelis, contrariã uictus rationem instituas nempe mediocriter frigorificam, oportet. In uniuersum etenim omnibus contrarijs medicaminibus medetur. Conuenit præterea inquit Galenus rutaceũ quoque oleum adplicare. Nos uerò nihil eius generis admittimus, quoniã satis est etiam hoc enema calorificum. Quocirca quoscunque cibi corruptio cum febre ex calida intemperie nata infestat, his manibus ac pedibus hoc fugiendum existimo. Hactenus igitur de horum curatiõe, qui ad calidam distemperantiã carbunculũ in Ephimera febre referunt, satis dictũ iudico.

De his qui ex algida intemperie alimentis corruptis acidos ructus ædunt.

NVnc de his qui ex gelida distemperatura cruditate inducta acidum ructant. Nam hi multò promptius febribus accenduntur. Vbi uerò febris Diaria inde fuerit contracta contemplare sanè & discutere oportet ad calidã mue intẽperiem referenda sit, qui ex cibarijs proueniũt ructationes. Quemadmodũ & in frigida intemperatura emergit nonnunquam in gutture carbunculus. Sæpe etenim numero in regionibus ualde calidis merũ acescit, & in locis idem frigidis positũ redditur acidum. Pari modo & fermentum in calidioribus locis citius acet. Sunt itaque huiusmodi diligenter perpendenda atque prospicienda, quod in calidis admodum locis repositum uinum acescit. Quemadmodum & in frigore pannis pluribus inuolutus sub intensissimi algoris aẽre non frigescit. Quoniam ex contrarijs cõstat huiusmodi euẽtus. Quo circa attendendum omnino est obseruatis cum præteritis tum præsentibus indicijs, ut adamussim, quod aiunt, cognosci possit calida ne sit mali causſa an frigida. Deinde aggrediunda est medendi ratio.

Acidi ructus ex calida causſa curatio.

Si igitur acidi fuerint ructus & distemperamentum calidum, frigorifica sumenda sunt cibaria tum pocula. Quæ sanè faciliter possunt, & debent obseruari, & suo præterea tempore ac loco, quæ non corrumpunt, offerri. Quæ de reptis anæ, halicæq; frumẽti sucus ita habentibus nõ congruit, quoniam acceptus ocyssimè corrumpit, & in summo uentriculo natat, unde curatio, puenit subinde acida. Volucres porrhò durioris carnis accommodatæ sunt, & gallinæ in iure elixæ, uel simplici decoctiõe, & quæ inde concinnant hysicia. Pari modo & pisces duriusculæ carnis, uerbi gratia, Ciridos, glaucon, & imprimis orphus

& qui

& qui saxoso litore nutriuntur. Neque mireris quod, quæ nonnullis paradoxa uidentur hîc adferam. Quum in calida intemperie quis acidum ructat, bubuli pedes exhibiti tam nihil incommodi adferunt, ut plurimum emolumenti conferant. Ipse nanque multos qui longo tempore aridum ructauerant nihil aliud exhibens sanitati restitui. Cæterum præter hæc ostrea quoque cruda edendũ porrexi & mala Duracina, & cũcta frigorifica, nec facile corruptibilia. Quin & eis quæ concoctioni contumaciter reniuntur cibarijs feliciter usi sumus.

Cruditatis ex frigida intemperie curatio.

Vbi uerò ructus acidi molestant cum frigida & non calida intẽperie, summa cum utilitate & calorifica uictus ratio & remedia calida præscribuntur. Cuius farinæ sunt διὰ τῶν τριῶν πεπερίων, & διὰ μίλαν χυλωνίς antidota. Vtile prætereà est adspergínem seu embrochen ex oleo nardino stomacho ínspergere, uel alias inijcere. Et præter hæc cuncta (ut uno uerbo dicam) quibus Galenus docet Carbunculo crustoso hulceri occurrendum. Ipsi quidem quæ memorauimus imprimis conducere cruditate oppressis & frigida intemperie præditis putamus. Neque Mediusfidius quisq; aliud præstantius præsentiusq; aduersus hoc malum reperire possit.

De febre Diaria ex obstructionibus nata.

EStporrhò quando febris Ephemera ex oppilatione (quam Græci ἐμφράξιν uocant) ex tepidis & crassis humoribus nata, prouenit. Quæ utique omni euaporatione, diaphoresiq; uacat. Propterea quod fumi, uaporesq; acritudinis soboles obstructi nequeunt diffiari ac dígeri. Acuratissima ítaque perpensione considerandum hîc est, ad ipsam ne plenitatem tantum inducta referatur obturatio án crassus, uiscidusq; humor meatus obstruxerit. Quibus adunguem cognitis molienda est curatio.

Diariæ febris ex obstructione curatio.

Si igitur plenitudo consty pationem induxerit, princeps curandi indicatio est, Euacuatio, quæ sanguinis detractione aptissimè conficitur. Omnibus enim meatuum obstructionibus succurrit sanguinis secta uena ablatio. Qua si uti hoc loco uidebitur, particulatim non semel sanguinem copiosè detrahito. Sunt enim omnia aduersus obturationem medicamentorum quæ aperiendi, dígerendi, & extenuandi uim habent adhíbenda præsidia. Cæterum ubi aliqua ratione obstante euacuationi locus non fuerit, pharmaca, autem quæ omnes iam Græcè uocare chalastica, id est, relaxantia solent, & quæ diaphoretica dicunt, adhibita sint. Summi cruciatus inde lamentatio oboritur & augetur magis obturatio. Quin & sola diaphoretica ante concoctionem materiæ, quæ causa mali existit admota, pari modo plus lædunt, quã adiuuent. Quando autem alimentorum plethora, quam nos plenitudinem dícere consueuimus, & non uiscidi, crassiq; humores, emphraxim; induxerunt, non sanguis per lienem auferendus, sed apozematis, id est elixationibus potius utendum: ijs uidelicet, quæ, citra omnem excalfactionem, attenuatoriam facultatem

tatem obtinẽt. Caue autem his, quemadmodum plerique medicorum præter rationem audent, serpillum & nepitam, uel hyssopum, uel origanum, uel rutam denique adijcias. Qui enim huiusmodi admiscere non uerentur, stupidiores sunt quàm ut periculum intelligant, & languentibus magis nocent quàm opitulentur. Et si illis adhibitis materia uideatur extenuari, uehementiore tamen febre rebus tam calidis incensa, amplissimè lædunt. Summo itaque studio ad ea properandum est, quæ citra immodicũ ardorem discutiendi, extenuandique uim obtinent. Cuius classis est, oxymel, quod utique humores proijcit, & febrem non excitat, neque acescit in uentriculo. Cæterum non est eius facultatis ut omnibus caussis sufficiat, præsertim si crassa superfluitas obstructionis & febris Diariæ ex putredine parens fit, cum ardore & ariditate ex crasso & uiscoso humore persistentibus, maximè si nimia facta sit decoctio. Rebus itaque ita se habentibus oxymel nullo modo exhibendum est, neque etiam ubi ipsa dominatur aridítas, uel aliqua mœsticia excruciat, uel nimius labor, uel dementia, iracundiaque aut uigiliæ. Nam si calore admodum deficcati fuerint, magis incrassescit oxymelitis potu materia quã subtilietur. Omnes enim uero humores qui sub ariditate pressi crassiores redduntur. nunquam oxymelite extenuantur. Vidimus quippe ipsi nõ semel huiusmodi intemperie prædítos, quibus eiusmodi affectu ingruente, oxymelite sumpto meatus obstruebantur adeò ut maxima ipsius materiæ emphraxi inducta amplius, & acrius febre excruciarentur. Hos igitur oxymel solũ iuuat quorũ articuli crassis & crudis humoribus infestantur, frigidaque superfluitate, & pituitosa, udaque intemperie nimium referti sunt, quique cruditate laborãt, uel plenitudine cibi, uel feriatam magis quã laboriosam uitã agunt. Huiusmodi sanè hominibus tam ut quod maximè congruit. Expedit præterea illis qui uiscidis & crassis obruunt humoribus, & egelidis cibarijs constypatis, quibusque inbalneo sapo, mel, nitrũque competit. Oxymel quippe obstructiones discutit & extenuat. Inutile igitur calidæ intemperiei, neque id solum, sed omnes elixationes siccificæ. Aptius est ijs qui calida aqua humectandi sunt. Placet nunc nutricatum enumerare.

Quibus oxymel expediat.

Qui uictus febri Diariæ ex obturatione conueniat.

Cibatus in febre Dieculari humidus esto non succificus, carens asperitate & acrimonia. Ptisanæ igitur ad humectandum magnificè prosunt. Post humectationem conueniũt quæ humore discutiendi & extenuandi uim obtinent, admixto non nihil Apomelitis (quo nomine Græci ex ablutis ex aqua fauis, cremorem uocant,) Quoniã & id quoque proijciendi, discutiendique uireis citra omnem calorem obtiner. Pisces. Ex piscibus imprimis tanquam utiles probantur facile concoquibiles. Carnes. Ex carnibus uerò maximè laudant alas pullorum familiarium siue domesticorum. Holera. Holerũ uerò lactucas intyba, atque serin cichoriũmue, nostroxima uocamus, laudanda censemus, Talis itaque *Λάπτα* in calida intemperie sit, quũ inde oritur

meatuum

meatuum obturatio. Quum uerò nihil horum quæ diximus fuerit, sed è pituitoso humore emphraxis nasci uidetur, tum confidenter decoctum apij & aneti & adianthi potui dato, & Oxymel prætereà non tam simplex quàm compositum, ijs qui per gelidam nacti sunt intemperiem. In qua sanè praua temperatura Galenus haud uanè oxymel ualidam habere disiciendi, ablq; febris prorita-tione, potestatem asserit. Biliosis autem & melancholicis parcius id ac multò rarius exhibendum, quoniam in illis, quia imbecilliores natura sunt, febrim, concitare & accendere potest. Nec est unquàm iugiter ac nimiũ mulso acero utendum: non enim semper cõmodum est. Et quemadmodum multa est eius commoditas, ita & læsionem nonnunquàm infert, uel ob hanc maximè caussam, q̃ intestina abradit & exasperat. Atq; hoc quidem est, quod diuinus Hippocrates libro περὶ διαίτης ὀξέων asserit. Post longum eius elogium tandem inquiens: οὐσ' ἐωϊτὸν δὲ οὐκ ἐστιν ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς χρέεσθαι τούτῳ μάλιστα μὲν διὰ ξύσιν ἢ τραχυσμὸν τοῦ ἐντέρου hoc est, Non autem semper utile est, & proinde non perpetuo ipsum exhibere conuenit, quoniam intestina ualde lancinat & exasperat. Qua de re habenda est cautio, ne temerè acetum mulsum, uel herbarũ quoduis decoctum, uel aliud quodcunq; medendi gratia, exhibeatur. Quo circa semper uires eius quod ministratur quantitatẽ item & qualitatem perspectas habere oportet, & ordinem, prætereà ne quid præter rationẽ offeratur, in omnibus in numerato habere. Hoc igitur conducibile est medico, & ægrotis certè utilissimum, ut omnia adamussim discutiat, & diligenti indagine perquirat. Et tum demiq; cognitis rebus omnibus, cautim curationem aggrediatur.

De febribus quæ in humorum putredine accenduntur, & primitus de Continua. Caput secundum.

FEbres continuas, (quas Græci συνεχεῖς adpellant) omne genus naturam materierum in quibus accenduntur susc̃ipere, eõ quòd intra uenas sanguini confunduntur & putrescunt, neminem medicorum latere debet. Vnde continuæ febres neq; cum tremore algoribus neq; horrore mouẽtur: quia foris sensibilibus locis nullã de more circularium febriũ, quas iam omnes Typicas nuncupãt, exacritudine uellicatiõem ac morsum inferunt. Non igitur indiciũ malum est, rigorẽ superuenire in Synocha. Sciri autem debet, q̃ id fieri potest in febre ardente, authore Hippocrate, dicente: ὑπὸ καύσου ἐχομένου ἐπιγενομένου ῥίγος λύσις γίνεται: quod est, Si febre ardente correpto, rigor superuenerit, febris discutitur. Docuit autem aliàs Hippocrates, circulares quaspiam affectiones, non inuenis more continuarũ febrium existere, nec illos synochas inferre illis partibus cum tremore algores, neq; in qualitate neque in quantitate, quemadmodum in circularibus rigores inferunt. In continuis autem multam & crassam esse ait materiam. Hæc uerò extra uenas usu uenire nequit. In circularibus autem tenuior foris secus humor fertur. Sed quòd in circularibus nõ sit putrida materies, declarat lotium, quod aliàs certus index est putrefactæ materiæ. Ex quo quatuor febrium tempora,

principium uidelicet ægrimoniæ, incrementum, quinam id fiat, summum uigorem, & decrementum (quam uulgo declinationem uocãt) futurum, liquidè contemplari licet. Quin & in alijs quoq; humoribus præter hos, (quemadmodum uel cœco apparet, & ars medica clamitat) febres accenduntur. In uniuersum igitur, omnis febris flauæ bilis soboles, calida & arida est: Huiusmodi enim febrium bilis perpetuò parens. Habentur autem innumera aduersus has medicamentorum præsidia. Atqui si hæc non bilis sed pituitæ proles existat, algida hæc & uda crassaq; existit, qui minimè fallaces pituitosi humoris indices sunt, & habet contraria infinita medelarum auxilia. Sunt autem nõnulli, qui atram bilem febrẽ accendere posse denegent, eò q; humor ille frigidus sit natura atq; siccus, neq; uel tantillum in se contineat neq; caloris neq; humoris, quæ sunt putredinis quasi cõceptacula, imò & materiæ. Neq; uerò mirandum atribilarium humorem non putrescere, & oriri tamen inde febrẽ. Accenduntur enim humores inuenis. Nec est q; more continuarum febrium putrefieri dicas: Putrescere tamen atq; accendi, haud aliter ac pix atque bitumen, quod Græci ἄσφαλτον dicunt, affirmandum est.

Indices continuæ febris ex putredine natæ.

SCiendum uerò omnibus medicis est, q; non ex euidentibus modò & initiatricibus caussis (quas Græci uocant προκαταρκτικὰς,) & cacochymia, hoc est, succorũ uitio, febres nascuntur. Sed ex diaria febre in continuam transfigurantur & transeũt. Vbi scire oportet, febrem quæ ex ephemera in aliam transportatur, tribus maximè indicijs deprehendi. Primum sanè, q; diariæ febris augmentum sit, & febre nondum purgata, amputationem finis accipit. Alterum aũt, q; summum morbi uigorem non habet, unde caussa decrescat. Tertium uerò indicium est, q; quiete, cum quadã infusione sudoris, cuiusmodi solet esse principium diariæ febris, caret, uel, quòd cum redundanti sudore decedit. His utiq; notis liquidissimè constat, ex diaria febre in continuam, hoc est, in humorum putredinem fieri metamorphosin. Considerandæ igitur omnia sunt, & caussæ singulorum cognoscẽdæ. Vbi igitur ægrotus colore fuerit uiolaceo siue rubiginoso, quem Græci ἰσχρὸν uocant, & uigilijs excruciatur, & in rebus domesticis curiosus atq; solicitus, & ætatis deniq; adultæ, bilem febris huius parentem esse censeto. Si candido colore fuerit infirmus ac buxeo, & natura ad omnia tardus, & subeundis munijs præpigritia minus idoneus, febrem cottidianam, quam Græci ἀμφημερινὸν uocant, ex pituita prognatam cognoscito. Si uerò lucidi ac plumbei coloris fuerit laborans, ex atra bile quartanã, quam eadem gens τεταρταῖον nominat, esse putato. His igitur notis, diariam febrem in eas quæ in humorum putredine accenduntur, transire deprehendas. Cæterarum uerò febrium omnium, quæ earum comites & pedisequæ esse consueuerunt, nullum habent neq; signum neq; symptωma συνεχεῖς, uerbi caussa, neq; horrores, neq; perfrictiões, neq; cum tremore algores, quorũ Græci primum

φρίκην

φρίκαρ, alterum περίπνευμ, tertium ζίγος adpellant: quæ contingunt in circularibus febribus. Horum nihil inquam in continuis febribus accidit. Nam ubi usu uenire tale quiddã uidemus, horrores nempe siue rigores, quam Semitertianam Rhomani, ἡμιτριταῖον Græci nuncupant, esse dicimus: quæ cum continua nonnunquàm cõmiscetur. Fiunt etiam semitertianæ mixtim cum cottidiana & tertiana: Qua sanè correpti percussum arteriarum inæqualem habent, qui sæpenumero duplex fit, & simile quiddam stercori columbino præferunt, successione putredinis. Nec aliter atq; excrementum illud eiusmodi quoq; febres accenduntur, & rursum placantur & leniuntur. Euenit idem & in hecticis febribus: sed tum inprofundo magis existere uidetur. Ex putredine uerò plures per loca quæ sentiũt uellicationis qualitates fieri maximũ & uerissimum indicium putatur. Nam multò citatiorem facit compressione, quam Græcè iam omnes uocant systolen. Crudum præterea emingũt lotium. In diarijs autem febribus semper concocta apparet urina. Ex his igitur indicibus olfacere licet febres, quæ in humorum putrefactione accenduntur.

Indices febris continuæ.

CLarissimi febris continuæ indices hi sunt. Lotium rubeum est, & σανδαράχ χίζον, id est, colore sandarachæ, cuius color flammeus & rubens describitur: Flammeo enim colore rufescit, & putredinis nonnihil præfert, & acris esse uidetur. Habent correpti ea lumina biliosa & rubentia, sensuq; toto corpore grauedo quædam sentitur. Venæ spatiosius dilatantur, & quasi in tumorem assurgunt, multò quidem altius quàm antè quum febre carerent. Reliqua, uerbi gratia, uictus ratio, & alia quæ præcesserũt, per se euidentia sunt. Quò enim humor magis augetur, eò magna ex parte calor magis magisq; intenditur, maximè si uino affatim, præcipuè si antiquo, fuerint usi: sicq; carnibus largiter pasti, uel inedia macerati, uel ira furoreue perciti, adeòut humore putrescente continuas febres, quibus de agimus, contraxerint. Sunt qui ex præclusionibus αἱμοῤῥοΐδων, hoc est, uenarum in corona ani, hanc febrim incurrunt. Nec desunt, qui in eandem, ex sanguinis repletione, totum corpus occupante, inciderunt.

Cæterum ex bilis nimietate hanc febrim originem trahere his indicibus, ut facilè, ita & clarissimè liquebit. Vultus est admodum decoloratus, & colore maximè atro suffusus. Quò enim succi corporis magis torrentur, eò colorem magis uitiari oportet. Lotium item acrius & croceum magis, & plerunque nigrius redditur, & oletulũ: denicq; plus acroris acuminisq; præ se ferre uidetur. At in hunc quidem modum humores etiam quorũdam augmentatos esse deprehendere licet.

Continuæ febris curatio.

INcuratione febris continuæ, repostulante, à sanguinis detractione auspicandum est. Oportet autẽ incisionem non temerè, sed summo astu fieri. A missione uerò sanguinis corpus expurgandum, materiaq; negotiũ præbente

exonerandum. Differre enim phlebotomiam in singulis membrorum affectibus, nedum in febribus continuis, sonticum est atque lætale periculum. Nullo igitur modo tam præsentis auxilij formula procrastinada est, siue febris uexet grauissima, expassis putredine uasculis, siue robor imbecillius existat. Breuiter ergo, quibus ex putredine humorum febris accenditur, quiq; putridis succis referti sunt, eis sanguis quàm primum secta uena detrahendus est. Neque modò sanguine fartis, sed bileo quoq; humore infestatis, uenam incunctanter aperi. Confestimq; post hæc medicamento purgante euacuato. Quin & crassos & uiscidos humores negotium facientes, & quæcunque putrida, purgandi & minuendi sunt. Quòd si quid uetet missionem sanguinis, magna solicitudine refrigerium quoddam ægris inducere expedit. Commendatur autem maximè uictus, qui pariter citra omnem excalfactionẽ extenuandi, nullam incrassescendi, sed humectandi uireis obtineat: Quo nomine aqua gelida exhibenda est. Quò circa ubi ægrotus uel morbo uictuue angi uidebitur ac ringi, & putredinis indicia bileosum humorem produnt, confidenter aquam algidam porrigito, maxime si languentem eius desiderio teneri cognoueris Cõtemplandum interim tamen, num aliqua subsit spirituũ collectio, aut phlegmon, duritiésue scirrhosa, uel alius aliquis alicubi tumor. Nam si id genus quidpiàm adesse uideatur, fugienda erit aquæ frigidæ propinatio.

De phlegmone erysipelatosa, hoc est inflammatione, quæ cum ignita rubedine tumorem habet, à quibusdam ignis sacer uocatur.

Caput III.

VBi igitur Sacer ignis, quem Græci ἐρυσιπέλας adpellant, præcordia occupare uidebitur, aquam frigidam potui dare ne in animũ quidem sumere conuenit. Cauendum itaq; maxime ijs, (si modò me audire uoluerint) qui frigidam aquam ad extinguendum igneum calorem in maxima febre præsumunt, ne unquàm hoc facinus in aliquo, cui erysipelaceus abscessus sit committãt: sonticum enim semper periculum adfert, nisi forte tempore maxime cõuenienti, quo nihil scilicet obstare uidebitur, particulatim, uel certe perauara manu ut reliquiæ quæ in febribus remansisse cernuntur, quiescant. De me exemplum capite. Ipse enim quandoq; febri cõtinua cum erysipelate implicito, aquam frigidã bibendum exhibui, & protinus grauissima tussis superuenit: unde in summũ uitæ discrimen ægrotans, me authore, incidit. Periclitanti uerò propter corruptionem, q; non in loco & tempore gelidam sumpserat, ea cataplasmata enemataue, quæ à medicis in hoc comparata sunt omnino adhiberi præcepimus.

De febre Ardente, & Erysipelacea inflammatione cum eadem copulata.

Caput IIII.

KAῦσος porrhò, hoc est, febrem æstuantem, & Erysipelatosam in uisceribus phlegmonem, magna ex parte hæc indicia, quasiq; symptomata sectantur: Sitis uehemens, lingua arida, maius algidi

aëris

aëris quàm cuiusquàm alterius rei desiderium, aluique excrementa biliosa. Quod si pulmones in hac febre erysipelatosæ inflammationes obsederint, multò ardentior sitis, crebrior ac maior etiam spiritus, malæ rubeæ, lingua ad loquendum promptior, alleuiatio, summa frigidi aëris affectatio, à q̃ plus opis quàm ex gelidæ potu sentiunt, comitatur. Qui uerò in alia quapiam corporis parte phlegmonem cum ignita rubedine habent magis iuuantur aqua frigida, & ob id quidem ijs gelida administratur. His uerò qui in pulmonibus habent, frigidi aëris spiritus adornatur, & magnificas uterque suppetias hauriunt.

Veræ ardentis febris, nothæq; indices.

CAusi porrhò febris duo esse genera ignorandum non est: Quorum alterum Græci γνήσιον καὶ ἀκριβῆ, hoc est, legitimum & exquisitum: alterum νόθον, quod est, spurium & illegitimũ nuncupant. Illud, quæ enumerauimus indicia ad unguem omnia præterunt, Sitim arentem, oletula bilea, linguam non asperam modò ac aridam, uerùm etiã atram. Hoc uerò Causi genus sitim quidem, sed non bupinam, hoc est, haud nimium intensam, nullã linguæ nigrorem, alui excrementa minimè biliosa, sed pituitæ instar salsæ, inducit. Legitima igitur & exquisita febris Aestuosa (quam uulgò Veram nominant) è bile flaua gignit: cuius princeps utiq; auxiliũ gelidæ potus, & aliæ quæcũq; res frigorificæ.

Febris ardentis curatio.

QVocirca in febre Ardente è pituita proueniente, gelidæ aquæ propinatio & omnia frigorifica proscribenda sunt: calorificis uerò & tepidis potius utendum, Verbi caussa, de semine lini, sine adiectione epithemata. Non rarò uerò, & expolenta hordeacea (quod ἄλφιτον Græci simpliciter uocant) in aqua cum oleo chamæmelino elixa. Quod si exlanicio pannũ in elixatione sertulæ campanæ madidatum, uentriculo imponas, præsentius erit auxilium. Nec etenim dubium est, quin suppetias minimè siculneas tuleris, si pannum oleo quopiam & decocto chamomillæ imbutum, uel oleum rosarum: uel de uuis acerbis nec dum maturescentibus admoueas. Sciendum uerò est, q; epithemata id genus non illegitimæ modo febri ardenti, sed & germanæ, insigniter sua naturæ aptitudine succurrunt. Efficatiã nanq; suam uireisq; amplissime exerunt. Cæterum contra Exquisitam febrim æstuosam, algorifica remediorum, quorum usus probatur, auxilia, sunt ex oleo rosato concinnatæ medicinæ, quæ febres fugant, λιποπύρετοι à Græcis uocatæ, quibus admiscendus est liquor herbarum infrigidantium: Verbi caussa, succus acetabuli seu umbelici Veneris, (Græci κοτυληδόνα uocant,) oxalidos uel oxylapathi, atriplicis, portulacæq;, ac sedi, & solani, uesicariæ, quam uuam caninam quidam uocare uidẽtur, & plantaginis, atq; id genus cætera frigorifica.

Nimij ardoris stomachi curatio.

IN hac febre cum maximo ardore uentriculi, plurimum expedit aquam gelidam cum oleo rosaceo bibere. Extrinsecus autem sesamum frigida maceratum, & accuratissimè tritum, admixto oleo rosarum, imponere: uel cerotam ex oleo rosato, adiecto portulacæ succo, & uuæ Amineæ, seu Thasiæ acer

bæ & immaturæ ſucco, qd' Græci ὀμφάκιον uocãt, concinnatã. Magis conducet hæc cerota, ſi ſingulorũ pari portiõe cõtexaẽ, & cũ oxycrato decoq̃tur. Si uniuerſum corpus udum reddere uolueris, illo unguine totũ illinito, ꝓdeſt magnificè.

Quibus indicijs deprehendas febrim ex putredine ſanguinis natam.

FEbrim uel ex ſanguinis redundantia, uel ex eius putredine proficiſci, his notis fit liquidũ. Calor in ſumma cute foris, clemens, lenis, ac blandus eſſe uidetur, & minimè mordax: uelutí quũ è bile flaua nata febricula, in manu & ſumma cutis ſuperficie tactu deprehendes. Neq; quemadmodũ ex aliorũ ſuccorũ putrefactione cõmuniter accidit. Proinde quũ à principio protinus cum molli leuíq; uapore blandus quidã color apparet, deinde longiuſculè ceſſante, inibí cutí impoſita manu, acuminis nonnihil ſenſui tactus paulatim ſeſe offert, & ardoris quædam mordicatio: perinde atq; ſi per colum aliquod ſiue ſubcerniculum deferatur, febrim ex ſanguinis putredine natam iudicato. Quibus præſtat confeſtim inter primordia ſtatim ſanguinis detractione pertuſa uena ſuccurrere. Vbi uerò ad bilem flauã refertur febris permixtam ſanguini, eum humorẽ euacuare expedit: præcipuè quũ per aluũ bilioſa deijciunt excrementa, & mediocris modo febris excruciat.

De uictus ratione febricitantium.

IN unaquaq; febrium ſpecie, citra omnẽ exceptionem, magna cõmoditate offert ptiſanæ ſuccus. In febre autẽ ardente & bupina, hoc eſt nimia ſiti ente, ſuccos frigidos exhibeto. Cerotæ item ex aqua frigida, & oleo roſarũ & herbarum refrigerantiũ ſuccis concinnatæ, admouendæ ſunt. Vbi uerò notha fuerit febris ardens, frigida nullo modo ſunt adhibenda. Satis enim eſt, ſi temperata, citra magnã infrigidandi uim, adhibeant omnia. Expediunt autẽ in primis lactucæ perfrigeratæ, braſſicæ, caulésue, uuæ, intyba, ſeris, & cucurbitæ, his uidelicet qui leuiter febricitant. Conueniũt etiã decoctiones quælibet, quæ ſane grauiſſima febri implicitis ualde ſunt hoſtilia. Quod ſi immodicis uigilijs infeſtant febre correpti, miniſtrandũ eſt διὰ κεφαλείου, hoc eſt ex capitibus papauerinis decoctũ: quod potum ſomnũ multum accerſit & calorẽ febrilem lenit. Cæterum in febre æſtuante notha, cum cautione ſemp & prouidentia rite propinandũ eſt. Quod ſi uigiliæ excruciant, & delyriũ adſit, aliquantulũ apomelitis (ſic enim Græci exablutis ex aqua fauis cremorẽ adpellant) ammiſcere conuenit, atq; ita quidem intrepide porrigito. Abſq; enim omni periculo ſuum officium infrigidis & craſſis humoribus peragit. Contra nimiũ uerò ardentes & incendioſas febres, rhodomelite & hydroroſato utí cõpetit. Iecur uerò prorſum oleo roſato perfrigerandũ eſt. Oportet autẽ eos qui febre æſtuoſa laborant, & immenſo calore conſumunt, domí ſcaphã cum multa aqua tepida habere, ita ut uniuerſum ægrotí corpus ſuperet, & præter caput totum in aqua poſitũ operiat, ubi diligenter fomenteẽ, neq; aliud quippiã in ſe aqua cõtineat, quod diſſipandi digerendíq; potentia præditũ ſit, ſed aqua ſola impleat σκάφην uas concauum (qd' tiniã Rhomani ac ſolium adpellant) ualde capacẽ, in quam ægrotus deſcendat. Eſto tamen languidus earũ uirium, quæ teporem ſuſtinere queant, accedente ſolutione & digeſtione euaporationeq; febriũ feruidarum uel continuarum quas febrium principes eſſe dicunt.

De

De syncopa quæ febres comitatur Caput V.

SOlent in his febribus plerũq; uireis omnino deiici, adeò, ut affectio inde sequatur, haud multum absimilis deliquio, quam Græcorũ medici συγκοπὴν, hoc est concisionem & uirium ruinam cognominãt, & συγκοπτομένους eos qui imbecillitate fracti & quasi delinquentes concidunt. Cuius occasiones sunt uariæ: Vel enim crudorũ humorũ exuperantia opprimuntur uirtutes, & oneratur grauissimè uentriculus, uel bilioſi utiq; & subtiliores succi uireis exhauriunt. Est quãdo ijdem humores uentriculum obruentes uireis exanclauerunt. Qua de re dum cõsternant, robore destituti homines, nullam aliam subesse caussam quam crudos humores uirtutem obruentes putato, Et idẽ parimodo posse ex tenuioribus & bilioſis humoribus contingere. Nihil quippe horum neq; omnium id genus aliarum rerum medicum fugiat, sed singula ad unguem dijudicet. Quoniã fieri nequit, ut cuiquàm affectioni recte subueniat, nisi eam, ipsiusq; caussam pernouerit.

Indices syncopæ ex humorum affluentia.

Proinde quũ ad crudorum humorum redundantiã syncopa refertur, inter principia statim stomachus nihil neq; intumescit, neq; acuminis quicquã præsefert. Venter uerò quãtus quãtus est, spiritibus quasiq; uentis inflat atq; distendit. Arteriarũ pcussus sunt parui, rari, & lenti: Acida infestat ructatio, uniuersusq; corporeæ molis habitus, pituitosus est. Victus ptereà qui antecessit è quibus humores aucti sunt, plenitatẽ indicat. Crudi nanq; hũores è multa cruditate quæ præcessit, & ociosa uita, & incõuenienti tempore lauacrorũ usu, pueniũt. Hoc itaq; pacto syncopã ex plenitudine hũorũ nasci deprehẽdes.

Indices syncopæ ex bili & tenui humore.

Syncopã uerò ex bilioso & tenui humore nasci, his notis olfacere licet. Principio quidem uultus oculis ac tactui aridus uidetur. Percussus arteriarum exigui sunt, inæquales item & inordinati: Alia excrementa bilioſa egerunt. Vigiliæ crebriores quàm somni, sitisq; excruciant. His quidem & alijs pluribus datur hoc malum discernere, sed omniũ maxime ex his quæ antecesserũt. Vel enim anxietas, aut curæ, tristitiáue, aut furor, & exiguus, prauiq; succi, & acrimoniam habens cibus præcessit: unde euidentius sumi post iudicium.

Syncopis ex plenitate humorum, Curatio.

Qui syncopam ex crudorum humorum affluentia incurrunt, hoc modò curandi sunt. Ante omnia quidem uictus ratio instituẽda est, quæ humores extenuet. Vtile post hæc fuerit, redundantiã pertusa uena scalpello euacuare. Deinde uerò cauendũ ne rursum crudis humoribus infarciantur, quod tum quidẽ fieri arbitror, si ita diminuat materia, ut uirtus quæ crudis humoribus præest, imperitet. Si præstare uidetur, languenti uictum citra euacuationem præscribere, uitanda est euacuatio. Vbi uerò succi adeò inter se uidebuntur adaucti, ut inde periculum nonleue uirtuti incumbat, nõ fuerit alienum succorum redundantiam euacuare, & grauitate uirtutem exonerare. Vidimus

quippe

quippe sæpenumero hisce oculis laborantes, maximũ discrimen incurrere, propterea quod medici id facere supersedissent. Perinde enim atq; uiride lignum ignem extinguit, acapnon autẽ, hoc est aridum, etiam si parũ accendit: ita nõ absimilis eis contingit suffocatio. Iterum uerò si his uirtus imbecilla sit, & plethora infestans sit immensa, uenam aperire non conuenit. Si autẽ uires dejectæ & succus incoctus uideatur, necessariò frictio multa adhibẽ, quæ leniter attenuet, & euaporationẽ, digestionẽq; (quã Græci διαφόρησιν uocãt) cõciliet, & humorem denicq; crudum concoquat. Oportet autẽ frictionẽ in hunc modum fieri: Incipiat à coxendicibus deorsum uersus usq; ad imum calcaneũ: deinde dorsum uniuersum pari modo cũ brachijs ac manibus, & denuo à manibus descẽdendo ad inferiores ptes usq; ad pedes, atq; id quidẽ assidue, cõsideratis acuratè interim uiribus ægri. Quũ em̃ sine modo fricant̃, nonnullis subitò corrumpit̃ uirtus. Nouimus uerò medicum qui nulla eruditiõe suffultus, & p̃ fricta fronte temerarius, syncopa implicitũ & febrientẽ, integrũ cum sua nocte diem per uices fricari iussit, & p̃ quinos integros dies inedia macerauit. Iussa igit̃ medici capessentes familiares & incautius agentes, nõ potuerũt languẽtem à morte uindicare. In utraq; em̃ frictione uidelicet cũ unctione, & quinq; dierũ fame, laborante hominẽ, oleũ & operã p̃dentes, enecauerũt: Huiusmodi em̃ unguẽtis & frictiõibus præter mensurã utendo, crudisq; humoribus, p̃ euaporationẽ planè exhaustis, exiccatũ est uniuersum corpus. Nec decuit ægrotantem tam diu cibis defraudari, quẽadmodũ neq; ijs ipsis rursum impleri, sed in utrisq; modũ seruasse præstiterit, & intra mẽsurã fricari. Vbi em̃ fames indicitur, frictionis labor ferendus nõ est: sed modo quẽ præscripsimus agendum. Haud scio em̃ quid Galeno acciderit, qui præter rationẽ ac modũ, frictiones fieri instituit, unctiones cũ oleo cucumerino, p̃bauit, & inediã sustinere præcepit. Hyssopi præterã elixationem cum aliquãtulo mellis bibere, nec quicquam aliud per septẽ dies agere mandauit. Nec reputare possum cuiusmodi nam hominis uires ad tantã inediã frictionẽq; pariter sufficere crediderit. Mihi uerò uidet̃ imprimis cõducibile, auream mediocritatẽ seruasse utrinq;, hoc est, moderate fricari, & esse moderate, pro uiribus cuiusq; ægroti, succũ uidelicet ptisanæ, ut alicæ, cum aceto mulso, uel panem in uino maceratum. At si languentis robur ualidum esse uidetur, utrunq; præscribe, tenuem scilicet uictum, inediámue & frictionem. Quemadmodum enim frictionibus redundãtiæ humorum euaporatio, quam Græcè diaphoresin uocant, est machinanda, ita & cibis reficiẽdũ, ut digestio & distributio (quam ἀνάδοσιν Græci dicunt) fiat. Hoc quippe modo & uirtus tueri, & crudus humor concoqui egregiè potest.

Quale nam & qui uinum exantlatis ac febrientibus sit ministrandum.

Infebrium curatione uinũ, uel omnino prohibendũ, uel certè circũscribendum, In materiæ quippe exudæ exuperãtia exhiberi quidẽ, sed parũ debet.

Esto

Esto autem uinum quod porrigitur tenuis ac subtilis essentiæ & calorificũ natura & ἀναδοτον quod est, minimè reses in corpore & digestibile, nihil in sapore neq; stypticitatis, neq; dulcoris præferens. Temperatura præterea, non ad modum mustum neque per antiquum. Colore minimè nigro, sed rubello magis uel candido, tenuium partium, quod distractionem in corpus non differat, uenas illico & totum corpus permeat. Conuenit autem id potissimè roborãdi gratia ministrare, ne uires deficiantur, & inde sonticum ingruat periculum.

De balneo, ciboq;

Qui ex crudo humore febre & syncopa tentantur, ocyssimè lauandi sunt. Quòd si materia crassior sit, & multa necdum quicquam extenuata nõ potest balneum simpliciter digestionem, euaporationemq; perficere, sed amplior sequit astrictio, & inde fit auctior febris. Extenuato uerò iam humore & ægritudinis cõcoctione digestioneq; adparente in balneũ: ut dixi, ocyus pducendi, paulatimq; cibaris calorificis alendi sunt: Verbi caussa, porro probè elixo, cum oxymelite, id est cremore ex fauis ablutis aqua, piscibus squama intectis. Suimis fluminalibus, quos anadromos uocant, cum aceto mulso, pullis placidis ac domesticis, & gallinarum axillis: nam hæc robur inducunt. Quin & cætera quoq; edulia amplioris alimoniæ ministrare cõuenit, quæ citra omnẽ oblæsionẽ, syncopam: ex biliosis & subtilibus succis patientibus, prosunt.

De cholerica affectione quæ interdum febricitantes inuadit.

Caput VI.

Si bilis per superna eijcitur, infernaq; cholera uocatur ea affectio, quæ febrientibus quandoq; superuenit. Si eam quæ uomitu eijcitur prohibere uolueris Cuicuhq; ex humorum auctu & repletione fit, eum priusquam alimentum corrumpatur ad uomendum coge. Machinatur autem in hac affectiõe utiliter uomitio aqua mulsa uel aqua tepida. Deinde foueatur ægrotus oleo ueteri, & cooperiatur laneis. Ab hoc, indulgeat somno longiore tempore quàm pro solenni consuetudine. Si uerò per infernas partes bilis deiectionẽ constringendæ animus est, non modò quæ corrupta sunt, sed quæcunque corpori nocere uidentur materias euacuato. Si qua uellicatio ingens siue morsus sectetur, Melicraton, id est aquam mulsam potui dato, & sedabit dolores. Si uerò leuiores mordicationes uellicent, hebetabit eas aqua. At si his actis parum proficiatur, bilisq; effusio suo more procedat, ita ut supra modum euacuatum ægrotantem conuulsio periculosa corripiat, partesq; extremæ algescant, & frigidus promanat sudor, magno artificio utendum est, ægerrimè nanque ita affecti à medicis restituũtur. Quod si medicus in procinctu non sit, neq; possit subitò alicuius fieri copia, qui ea quæ conducunt oportunè obeat, extremas protinus laborantis partes fasciari, uel laneis ligaminibus uincire expedit, & loca perfrigerata cum pipere & nitro, uel oleo irino, uel oleo ex cucumere syluestre asininóue (quod uulgò

uulgo Sicionium uocant,) uel cum castoreo, uel id genus alio fricari: Nã hæc conuulsionibus remedio sunt. Post hæc edulia edendum ministrato: Quæ si uomitu ciecerit, dabis insuper quæ robur inducant uentriculo: Poma nempe aut pira, uuáue, uel aliud quiddam huiusmodi. Vinum sanè præ cæteris prodest cholericis: roborat enim & saluti fores nonnunquã aperit. Si calor ingens præcordia, pectusq; occupet, refrigerandum est, in quem usum lintheolũ oleo rosarum madidatum superinducito. Cataplasmata ex hordeacea polenta (quod ἄλφιτον iam omnes Græcè uocant) cum oleo rosaceo trita & defruto formato imponito, & frigidam insuper aquam potui dato.

Syncopæ ex bilioso ac tenui humore prouenientis, curatio.

Vbi autem è bile subtiliq; humore syncopæ acciderint, contrarijs medicaminum præsidijs obuiam eundum esse uel cæco liquere autumo. Sunt igitur quæ condensandi uim habent adhibenda, & nõ quæ euentandi ac digerẽdi facultatẽ obtinent. In cibatu itaq; succus halicæ ceu cõmodissimus probatur, & panis cum aqua rosarũ, uel cum omphacomelite, hoc est, quod exuuæ acerbæ succo & melle conficit. Gallorũ insup testes, lac, intyba, astaci, pectines, isicia, echini, mala, nuces, & pira. Quæ sanè præsenti commoditate exhibent, non confertim subitò, sed paulatim. Breuiter quicquid esui offertur, cũ ratione & præmeditatiõe fieri præstat, ne quis sumpto cibo graueẽ, & maior ingruat à cibatu concisio, sed contrà omni conatu eò tendendũ, ut cibis ita reficiat ægrotus, ut uires instaurent, & redeat in præcordia uirtus. Propinadũ uerò ita affectis uinum lymphatũ & aqueum planè, uerbi gratia: Gnidiũ, uel Saraptite, uel Bithinium, uel Sabinum, modo ne antiquum sit. Cæterum dilutum id bibatur, & minimè merum. Vsurpare porrhò conuenit ungentis non relaxantibus, nõ remittentibus, quæ omnes iam Græcè chalastica uocare assolent, sed cõtrà quæ cutem conspissandi & robur inducendi facultate prædita sint: Cuius farinæ, oleum malorum cotoniorum est. Puluerem insuper ex eiusdem facultatis rebus constantem aspergo: Cuiusmodi existit qui ex aridis rosarũ floribus conficitur, uel ex ipsis rosis aridis. Atque id quidem prohibendi sudoris gratia facito. Nam si is amplius fluxerit, & syncopa implicitus longa imbecillitate obrutus fuerit, periculum ne sudantis uirtus prorsus extincta succumbat.

Super defatigationibus & syncopis morborum symptomatis, quæ similes sunt affectiones, deliquio. Caput VII.

QVoniam in omnibus ægrimonijs angores quidam comitant syncoptici qui uires de repente deijcient, & animi quasi deliquiũ inducũt, consentaneum de his quoq; uerba deinceps fieri, non membratim quidem, nam longum id foret, sed breuitatis ergô, καθολικῶς, & ea quidem præcipuè, quæ magna ex parte à Galeno didicimus. Habent aũt occasiones & quærelæ ipsorũ innumeræ, quorũ singulæ suas peculiares curandi rationes habent. Cæterũ hic loci non omniũ quæ singulis affectionibus

incidunt

incidunt curationes singillatim explicabimus, nam id præterquàm esset infinitum fermè, non uidetur necessarium, quoniam nequeunt citra suorũ morborũ curationem mederi. In præsentia tamen quantum his qui subitaneis accessionibus obruuntur satis esse uidetur, referemus.

Horum qui nimia euacuatione uiribus destituti sunt, curatio.

Qui immoderato bilis fluxu quum alui deiectione tum uomitu (quod malũ genus Græci χολέραν uocant) & uentris profluuio quam διάῤῥοιαν eadem gens cognominat, uel alijs quibuscũq; euacuationibus exantlati animo deficiunt, aut concidunt, horum omniũ uultibus aqua frigida est adspergẽda. Nares trahendæ, stomachus fricandus, uomitioq;, missis in os eorum digitis aut pinnis oleo imbutis, cienda. Manus prætereà eorum & coxendices ligãdæ. Et facta perinferna euacuatione, fortiores sunto manuum ligationes, si per suprema, crurum & infernarum partium Medetur item eiusmodi animi deliquijs uinum gelida aqua dilutum & potui datum. Præcipue uerò si ex uentris fluore acciderit syncopa. Insanguinis nãq; fluxu grauiores motus excitat. Sed qui sudoris nimietate animo deficiunt, his contraria competit succurrendi ratio; semper enim eorum cutem, ceu iam pridem docuimus, densare, nõ laxam reddere oportet, & frigida porrigere. Vinum autem maximè frigidum, & nunquàm calidum est eis offerendũ. Quin nec parteis eorũ infernas ligare conuenit, neq; ad uomitum cogendi sunt. Sed frigidorum spirituum transitum artificiosè effingere, & cubiculi quo in ægrotus decumbit, aërem in frigidũ commutare, rebus uidelicet frigorificis & constringentibus. Verbi caussa, myrti & uitium palmitibus, & rosis, uirgultis salicis, quibus pauimẽta in hoc insternuntur. Quæ sanè in uentris profluuio minimè cõueniunt. Tantum enim rheuma augere quantum ipsam cutem inspissare consueuerunt. Hactenus igitur quomodo his qui ex euacuatione deficiunt succurrendum sit satis est.

Defectionis animi ex redundantia humorum curatio.

Quicunque porrhò ex plethora, hoc est, humorum plenitudine animæ deliquium incurrunt, diuersa is curatione succurritur. Fricari horum coxendices, propter sanguinem exuperantem expedit, calefieri item & uinciri. Cibus uinisq; potus circumcidendus. à balneo, si febris adsit, abstinendum. Aqua uerò mulsa bibenda, cuius solius potus sufficit. Datur etiam utiliter decoctum, thymi, uel origani, uel pulegij, uel hyssopi. Conducibile item acetum mulsum à Græcis ὀξυμέλι uocatum.

Ad eos quæ ex uteri uitio animo deficiunt.

Caput VIII.

Si qua mulier locellorũ uitio ceciderit in animi deliquiũ patiratione succurrendũ, maximè cũ oxymelite. Ligari uerò fricariq; coxẽdices potius q̃ manus cõuenit. Sũt p̃tereà cucurbitulæ ĩsdẽ partibus adplicãdæ. Cæterũ si uulua, & inguina, & coxẽdices, doloribus excruciant, naribus odoramenta

odoramenta fœtida adponantur. Hoſtio uerò uuluæ odores iucundi. Adhæc calorifica & laxantia quæ Græcè uulgò chalaſtica uocant, medicamenta adhibenda ſunt.

Ad eos qui ſtomachi uitio uiribus & animo deſtituuntur
Caput IX.

QVod ſi ex langore ſtomachi defectus animi oboriatur, ea medicaminum auxilia ſtomacho cataplaſmatis modo ſunt imponẽda quæ robur inducẽdi uim obtinent. Verbi cauſſa, cõtexta ex palmulis, quos dactylos adpellant, cataplaſmata, uel ex uino, farina hordeacea, quod ἄλφιτον uocant Græci, & croco, & aloë, & maſticha. Poſt hæc competunt & adſpergines quas eadem gens ἐμβροχὰς dicit, ex abſynthio, uel oleo malorum cotoniorum, & de oleo ſpicæ nardi concinnatæ.

Eorum qui ex ſtomacho æſtuante quaſi exanimantur curatio
Caput X.

VBi uerò maximus ardor ſtomachum infeſtat cataplaſmati præſcripto frigorificorum quidpiam adijce. Verbi cauſſa: ſuccum cucurbitæ, lactucæ, portulacæ, ſolani ueſicariæ, & intyba, & omphacij, qui ex uuis acerbis expreſſus ſuccus eſt. Quæ ſanè non modò refrigerant, ſed inſuper reprimunt. Expedit præterea in huiuſmodi æſtu ſtomachũ aqua frigida in loco ac tempore exhibita: niſi enim oportuno tempore ſumat officit ſummopere. Conducit item ægrotantem ſine mora in balneũ ducere.

Eorum qui ad frigidum ſtomachum defectiones referunt
Caput XI.

HIs uerò qui ex algore ſtomachi deliquium ferè animi incurrũt, uinum per calidum, ſi nihil uetet, potui dare conuenit. Iuuat præterea in hac conſtitutione inſigniter extremarum partium diligens frictio. Adhæc διὰ τῶν τριῶν πιπέρεων ex tribus piperum generibus cõfectum antidotum, & ipſum piper per ſe, & decoctum abſynthij & ipſum abſynthium potu ſumptum.

De his qui ex prauo ſucco mordicationem in ſtomacho patiuntur
Caput XII.

QVando autem quiſpiam ex peſſimorum humorum in ſtomacho exiſtentium morſu uexatur ac deficit, aquam ei calidam uel hydrælæum potui dato, & in uomere, ſi nõ difficulter id facere conſueuit, iubeto. Si uerò ægerrimè uomuerit, loci ſtomacho adiacẽtes ante omnia ſunt calfaciendi, manus item atque pedes. Quod ſi nec tum quidem his actis uomitus promoueatur, digitis pinnáue oleo intinctis, oricq; inſertis uomitum acrius prouita. Et ſi etiamdum nihil proficiatur rurſum oleum calidum copioſiſſimum potandum miniſtrato. Id enim ſæpenumero non tam uomitum ciere, quam aluum emolleſcere & relaxare conſueuit, unde ſumma ſanè in hac cõſtitutione

laboranti

laboranti commoditas. Quum uerò sua sponte fertur ad uomitum laborans, uentris hostium artificiosè, quum oportunum est, moueto. Locis postremò robur pro uirili inducendum. Foris herba Absinthium adplicanda: Cuius utiq; herbæ decoctum, potui dare commodissimũ est, si non inter principia statim, sed purgatione uentris humore negotium præbente sublato, ne constipetur, bibendum porrigatur. Satis uerò fuerit uel solum, quemadmodum ostensum est, calfacere.

Si ex pituita in stomacho collecta id mali proueniat, curatio.

Caput XIII.

QVod si pituitosus & frigidus humor, quem φλέγμα Græci adpellant, in stomacho aceruatus sit, fouere oportet languidum in oleo multo, quo in elixum sit anethum & absinthium. Post hæc mulsum, in quo hyssopi parum & anethi aliquantulum, potui dato. Huius generis aliquid in aceto mulso maceratum, bibendum exhibe. Quin & ex tribus piperum generibus compositum medicamentum, quod διὰ τῶν τριῶν πεπέρεων nuncupant, nec non & eligma diospoliticum, atq; huius farinæ cætera porrigito.

Victus eorum, quorum stomachus à pituita uexatur.

QVum igitur intensissimum gelu, cum crũdo humore stomachum occupante, quempiam nimium defatigat, nutricatus incidendi uim habeat oportet: præsertim, ubi ingens frigus cum crudissimo humore coniunctus sit. Quum enim omnino modò sanitati restituere animus sit, præcalfaciẽdi sunt. Ministrabis ergo ita habentibus uinum calorificum temperatè, edulia item calorifica: Ad ignem præterea fricato & calfacito.

Eorum qui præ calore huiusmodi angustijs corripiuntur.

Caput XIIII.

SI contrà quis propter immensam caliditatem aëris talem calamitatem incurrat, his quæ frigus & robur iuxtà inducunt, utendũ est. Accidit autem id potissimè his qui in aëre suffocata sumunt, & plurimo morantur temporis spacio in balneis. Quibus utique potus aquæ frigidæ quàm primũ subuenit: corroborat enim ac reficit in hac affectione constitutos. Aërem p̃terea frigidũ uel artificio cõciliare expedit. Adhæc, stomacho fricato, uomitũ fieri iube. Vinũ postremò potare, & cibũ capere p̃cipito.

Eorum qui propter phlegmonem deliquium incurrunt, curatio.

Caput XV.

QVod si quispiam præ ingenti inflammatiõe & gratissima febre, syncopa corripiatur, pedes ille suos in paroxysmo frigido calfieri, & ualidè perfricari iubeat. Extremæ præterea partes uinciri conuenit: sommno adhæc indulgendum: Ab edulijs item omnibus potuq; pro uirili abstinendum. Præstat autem plurimum ante accessionem præscire id mali proforibus iam esse, ac certò futurum.

Eorum qui ariditate uel inanitioni syncopam acceptam referunt, curatio.

Caput XVI.

PEr omnia quidem in febribus conducit futuram exacerbationem cognoscere, nedum quum ex ariditate prouenit syncope. Oportet enim duabus aut tribus horis ante accessionem cibum præbere, manusq; pedesq; continere. Sint autem edulia non modò facilè concoquibilia, sed elixatione scitè cõparata, & quæ facilè possint digeri, à Græcis ὑανάδοτα adpellata. Quod si in paroxysmo ualde sonticum periculũ esse uidebitur, uinum administrato, maximè fusum super halicam coctam. At si id ad manum non sit, panem in uino maceratum potui dato: Locoq; halicæ panem compari modo exhibitum prodest. Qui non uiolenta syncopa capiuntur, his edulia præbenda non sunt. Sufficiunt enim tum mala Punica, uel pira, uel mela, uel alia id genus mala astringentia. In mediocri commotiõe, poma repete. Proinde quum paroxysmum futurum speras, ratione prædicta præuenias, ne subitò in discrimen ueniat languidus. Vinum uerò, panisq;, & halica moderatè admodum sunt offerenda perpetuò. Largiter enim & confestim cibi crudiores exhibiti, animæ defectionem & suffocationem necessariò conciliant.

ὑανάδοτα.

Si ex obturatione id mali corripiat, curatio.

Caput XVII.

QVum uitalium locorum obturatio defectionem huiusmodi generat, aceto mulso, quod Græci ὀξύμελι uocant, succurrito. Hyssopum item & origanum, & pulegiũ, facto inde apozemate, œnomel prætereà, id est uinum mulsum, porrigito. Cibos adhæc potusq; alios, qui obstructiones natura liberant, & causam hanc discutiũt, administrare conuenit. Frictiones porrhò & ligaturæ extremarum partium, maximè coxendicum, minimè manuum, eximiè conferunt. Conferunt autem præcipue, quæ lotium ciendi facultatẽ continent, à Græcis διουρητικὰ cognominata: Equorum genere sunt confecturæ ex anetho, fœniculo, apio, petroselino, asparago, dauco, spicanardi, & ameos præparatæ. Vbi uerò euidentia quædam auxilij indicia oculis obuersantur, uini usum, nempe tenuis substantiæ, candidi coloris, nec admodum ueteris, haud multum improbo.

Diuretica.

Indices eiusmodi obstructionis.

OPpilationes uerò huiusmodi hi sunt, quasi interpretes ac nuncij: Pulsus in uniuersum inæqualis, atq; in medio ipsius nõ nisi exiguus admodum motus: citatus uerò & propter imbecillitatem obscurus. Et si pleni defuerint, non deerũt tamen minimi, & cuiusmodi fieri ex maioribus solent minimi: tum utique dicta curatione occurrendum est.

De exanimatis

De exanimatis angoribus deliquioq;, è uulnerum plaga, uel saniei profluuio prognatis.

Caput XVIII.

SOlent nonnunquàm languidi, uerbi causſa, aqua inter cutem correpti ex immodica derepente facta euacuatione, nec non ex eructatione uulnerum, item è sanie purulentæ effusiõe, uiribus & animo quasi deijci. Quibus sane odoramentis bene fragrantibus subueniendum est. Quibus si non in integrũ restituuntur aut reficiuntur, ad sorbitamenta confugiendum est. Nam omnino eos qui ita afficiuntur, sorbitionibus nutrire expedit.

Si quis ex mœrore, Letitiáue, aut dolore deliquium incurrat, curatio.

Caput XIX.

VBi autem uirium deiectio & animi defectus à mœrore, gaudio, uel quocunq; dolore, uel ex id genus alijs, metu uidelicet siue percussu originem traxerit, protinus ab odoramentis suauibus ipsa inchoanda est curatio, deinde prolitiõe uomitus. Atq; ad hunc quidẽ modũ ijs subuenire principiò conemur, qui uerberibus doloribusq; articulorũ molestantur. Saucijs nempe artubus, uel neruis incisis, uel alijs huiusmodi excruciantur, adeò ut deficiãt. Post hæc uerò conferens affectibus adhibenda est curatio.

Ad eos qui ex tenuis aut crassi intestini dolore excruciati deficiunt.

Caput XX.

QVod si coli crassioris intestini, ileiúe tenuioris intestini dolor, uel alia huius farinæ affectio, tales cruciatus inferant, ut deficiant inde languidi, calidis medicamẽtorum præsidijs sedulò relaxandi sunt. Nihil quippe hac in re præsentius esse arbitror.

Eorum qui deiectis uiribus animo delinquunt, curatio.

Caput XXI.

VBi uerò qui syncopa tentantur uiribus planè exhausti cernuntur, si ad intemperiem quandam uitalium partium principalium earefertur uirtutis imbecillitas, robur reuocandum est communi totius medicinæ canone: quæ docet, Contraria contrariorum esse medicamenta: Verbi causſa, calidam loci intemperiem refrigerando, siccam humectando, frigidam calfaciendo, humidam siccando. Quod si frigidior pariter humidiorq; locus sit, calfaciendo pariter & siccando, & in alijs ad eundem modum, uincentem uidelicet qualitatem cõtraria semper oppugnans. Quod si uitalis spiritualisue potentia, quam Græci ζωτικὴν adpellant quæ in corde arcem habet, debilitata fuerit, ex arteriarum percussu nullam mensuram seruante, & immoderato, facilè deprehenditur. Si uerò θρεπτικὴ, id est nutritiua uirtus, quæ in iocinore sedem habet, & in nobis sanguinem nutrit, imbecillis facta sit, sanguis per uentrem deijcitur: deinde ueluti pingue & feculentum alui excrementum

crementum egeritur. Si uerò animalis uirtus, quæ arcem in cerebro habet, & à Græcis ψυχικὴ uocatur, uiribus deficiat, uoluntarias actiones functionésque noſtras proſtratas ſenties, adeò ut ſua munia non obeant. In quarum curatione ſingulis, quemadmodum iam oſtenſum eſt, competenti præſidio ſuccurre.

De febre Hectica, & Maraſmode.

Caput XXII.

QVum porrhò inſeſtiore intemperatura corpus plus æquo & ſine omni modo arſerit, febriſq; ignea in ſolidioribus corporis ptibus (quæ Græci μέρη σύνεχα uocant) cooritur, exhalatis conſumptiſue in ipſis humiditatibus, tantiſper dum reliquiæ humoris uel tantillæ, de quibus ſpes ſit ſeruari poſſe, reſtant, ardens abſq; decremento, febris Hectica, ita de habitus firmitate nominata, uocatur, uſq; dum ne gry quidem (ut ita loquar) ſuperſit, iugiter ſæuiens.

Hectica unde.

De Maraſmode, id eſt febre tabida.

VBi uerò ex febre Hectica conſumptis carnibus marcor & flacciditas, quæ μαρασμώδης à Græcis uocatur, fieri cœperit, & ſi adunguem conſumata ſit, febriſq; honore uacat, uix ea unquàm ulla medicaminis ui tollitur affectio. Si cum horrore febris ſit, iam ceu deploratum omnino relinquamus, nulla admota manu medica. Proinde magna ſolertia cuiuslibet ſpeciem conſideraúimus, quo minore negotio liceret aliam ex alia diſcernere, & ſingulas exactius cognoſcere.

Quinam inter Diariam & Hecticam febrim diſcrimen deprehendas.

HEctica febris atq; Ephemera, ex euidentibus cauſſis, quas Græci πρόκαταρκτικὰς dicunt, iuxtà prouenium nec ſemper perinde atq; in putredine accenſæ tranſmutantur. Sciendum igitur, ad diſcrimen alterius ab altera, quod ardor quo implicantur Hectica febre correpti, acrimoniã præfert, ariditatémque. In Diaria uero lenis modo & mediocris calor infeſtat, & multo ocyus ſeſe exerit. Quin & tangentibus quoq; huiuſmodi differentia clareſcit. Ex lotio prætercà euidentius diſcrimen harum febrium hauries. Vbi enim per exordia ſtatim concoctionis indicia in eo liquore conſpiciuntur, tum Diecularem febriculam eſſe cenſeto. Crudiore uerò exiſtente urina, & ſubuerſionem quandam concoctionis præferente citra omnem putredinem, Hecticam febrim eſſe putato. Quin & ex arteriarũ percuſſiu, miſſa manu in carpum, Hecticam febrem licet deprehendere. In Diaria nanque febre arteriarum percuſſus, magnus, celer, atq; citatus eſt: In Hectica uerò paruus atque obſcurus, hoc eſt uix adparens, qui à Græcis ἀμυδρὸς uocatur. Eſt autem obſcurus percuſſus, deficiens, qui languidam facit percuſſionem ac debilem. Alij uerò alijs indicibus ſatis clariſſimis de hac febre pronunciant. Si, inquiunt, decenis aut

Percuſſus obſcurus.

duodenis

duodenis horis transactis perdurarit febricula, Hecticam magis quàm Diariam existimato.

Quibus notis discernere possis hecticam à putrida.

FEbrem in humoribus putridis accensam ab ea quæ in solidis partibus accenditur, ita deprehendes: Quod omnes febres Putridæ decrementum habent: Hectica uerò febris adunguem per omnem decursum, incrementum uidelicet summumque uigorem, sibi similis est, & decremento caret. Et ea manifestissima Hecticæ sunt indicia. Putridæ autem febres augmentum habent & decrementum. Augmentatur autem in summo incremento, decrescit in declinatione.

Quomodo discernatur Continua febris ab Hectica.

COntinuæ febres hoc modo differunt ab Hecticis: quoniam illæ neq; augentur, neq; minuunt. Pulsus non sunt adeò acres, nec aridi admodũ atq; in febre acuta, & in summitate magis apparent: Veloces præterea in Continua, in Hectica uerò exigui & obscuri. Ad hunc igitur modum omnes febres putridæ ab Hectica discernuntur.

Hecticæ febris indicia.

PRæcipuum uerò Hecticæ febris indicium est, quod à cibo ardores aucti, quum minimè tamen sint, esse uidentur: sed extincti potius calores extrinsecus, latentes in imo: Perinde enim esse uidetur, atq; in calce non extincta usu uenire uidemus. Quemadmodum enim calx uiua aquarum adspergine accenditur, ita in febre Hectica languentes à cibo profundè solidis partibus inflammantur.

Quibus indicijs Hecticam in Marasmum transire deprehendas.

IN marasmum transmutari febrim Hecticam, signa quæ subijciam arguunt, quæ utique ex sola facie liquidissimè ostenduntur. Præcipuum ac primum illud est, quod adeò defloreſcit faciei flos ipso colore, ut iam non uiuus, sed furuus sit, & ei color atrior, & facies tota aridior, quasiq; ex nimio febrium ardore perusta cernitur. Cutis faciei ualidissimè distẽditur. Palpebræ perinde atq; illis qui dormiunt grauatæ onerãtur, neq; tamen somnus, sed impotentia potius quædam, qua negatur homini subleuare palpebras. Quin & in ipsis musculis defectus existit: qua de causſa nonnulli lachrymãtibus oculis lipiunt: Virtutes uerò naturales sunt in his aridæ, & mirũ q̃ imbecilles, adeò, ut nihil minus q̃ suo munere fungi possint. Præcordia adhæc (quæ Græci ὑποχόνδρια dicũt) intendi quidẽ uiolentissimè uidentur, quũ non ipsa uerũ membra ipsorũ distendat. Arteriarum percussus æduntur duri & crebri, magna urgente necessitate, & ex ipsa imbecillitate obscuri ac parui, quamobrem neq; in latum possunt extendi.

Habentur & alia quæ Hecticam in Marasmodem transgredi portendunt indicia, quæ enumerare superuacuum puto, quum hæc quæ enumerauimus hoc ipsum satis superq; indicent. Nam ubi Marasmus, Hecticæ aliquantulum restante, mox inter principia curatur. Vbi uerò fortior hectica superfit, nullo remediorum præsidio uincitur. Quod si amplior & uehementior Marasmodes adsit affectio, nulla medicatione tollitur. Hactenus igitur de omnibus, aut certè de sufficientibus hecticæ febris indicibus: Nunc curandi quoq; rationem aggredi tempestiuum est.

Curatio Hecticæ febris.

QVisquis hecticis febribus scitè & utiliter mederi statuerit, humectantibus rebus & infrigidantibus id moliri contendat. Præscribenda igitur ui uendi ratio humectãs & frigorifica. Quoniam omnis habitudo corporis præter ariditatem, debilitatem contraxit, & alimentis non proficientibus, summã imbecillitatem undiq;, sed maximè in partibus solidis: Quapropter easdem frigorificis humectare conuenit. Sunt autem quæ algorem inducũt, diuersæ admodum potentiæ. Quædam sanè minus infrigidant, quædam amplius, quædam maximè. Vbi scire oportet, quòd quibusdam aqua nonnunquàm algida est administranda, uel aliud quiddam frigorificum Nec tamen sine discrimine. Siquidem alijs plus, alijs minus. Nec desunt, quibus nihil horum dare conuenit. Habenda quoq; ratio temporis est. Prætereà quibus intra in corpus potanda sit aqua frigida: quibus non nisi foris adhibenda. Quisquis enim huiusmodi ad unguem considerauit, minori momento Hecticam febrem quancunque, & tantum non deploratam, pulchrè curabit.

Quibus non competat potus aquæ frigidæ.

HAud igitur, ut diximus, temerè quis potum aquæ gelidæ porrexerit, nisi prius omne lapide moto discusserit: An phlegmone aliqua non leuis præcordia occupauerit, uel putrefactio in uenis humorue crudus conflata sint. Venit enim usu quandoque hecticæ febris, quæ putredinem quampiam coniunctam habent, aut colligunt. Nam quum id genus quidpiam affuerit, aquæ frigidæ usus tanquam inimicus fugiendus est: præsertim si in lotio cruditas aliqua appareat, nec admodum incendiosa infestat inflammatio: Nec adeò magnam utilitatis spem pollicetur, & ubi uires corporis deiectæ conspiciuntur.

Quando expediat aquam propinare frigidam.

VBi Hectica febris ex bilioso humore phlegmonem incensam, & sacrum ignem quod ἐρυσιπέλατα Græci uocant, coniunctum habuerit, frigidam aquã incunctanter exhibere conuenit. Nos quippe in huiusmodi conditione & ardentissima siti premente, frigidam (Dij boni) quanta cum languentis commoditate sæpe exhibuimus. Verum priusquàm hanc offeras, laborem multò diuturniorem futurum prænunciare, medici est officium. Vbi autem reficiendi gratia

digratia, frigidam dare expediat, in febrium tamen incremento, dum hectica in marasmodem transit, fieri minimè congruit. Proinde dum febris Hectica cum aliqua putredine est, maximè si æstuosa fuerit febris, aquam gelidam dare competit. Neque sine discrimine, citraq; delectum in omnibus huiusmodi agendum, sed quum concoctionis ipsius materiæ indicia in urinis iam apparere incipiunt, tum maximè gelidæ aquæ usus commendatur.

De mutata iam in Marasmoden febri Hectica.

QUod si acutus morbus migrauerit in Hecticam, μαρασμώδης plerunq; efficitur, incuius curatione magna ex parte frustrantur medici. Sunt autem acutæ affectiones, quæ Hecticis febribus superueniẽtes in marasmodem transeunt febres ardentes, quas Græci καύσους adpellant. Vbi uerò id genus quidpiam usu uenire uiderimus, gelidæ aquæ potum interdicere haud absurdum est, potissime ijs qui iam plus æquo extenuati sunt. Corpore nanque admodum strigoso, uiribûsque exhausto, & carne denique omni depopulato, si frigida ex intemperantia febris ardentis, neque in loco, neque in tempore sumatur, necessario duplicem oblæsionem infert. Robore nanque corporis labefactato, si frigus accesserit, periclitatur ægrotans, & insitus calor propemodum extinguitur. Marasmum igitur, qui similem senectuti non exannis, sed ex morbo constitutionem facit, Græci quandoque γῆρας, id est, senium, quandoque νοσόγηρας, quod est, ex ægritudine senium, adpellant, ei quæ in stirpibus ἄνανσις Græcè uocatur, proportione respondens affectio. Algidus enim comitante ariditate factus ab Hectica discernitur. Quoniam hectica correpti nunquam citra ardorem febricitant. Neque profectò marasmus frigorifica efflagitat, sed magis quæ humectant, pariter & calfaciunt.

Quinam subueniendum sit, quibus in Hectica febre frigidam porrigere non conuenit.

QVum aqua frigida hectica febre affecto aliena uidetur, hoc medio subueniẽdum est: Cataplasmata, adspergines (quæ Græcè ἐμβροχαὶ dicũtur) & cerotas omnibus hectica febre oppressis frigoris conciliandi gratia adhibere perpetuo, maximè eõducit, nedum ubi frigidæ usus nullum habet locum, & quum robur est imbecillum, uel quum præter modum sæuit caliditas, & corporis extrema adest tenuitas, & corpus, non ex hectica febre facto marasmo, carne uidetur exutum. Inter principia nanque inflammationes in locis affectis nasci uerisimile est, uel iocinoris, aut uentris, aut uenarum mesentericarum, aut colli. Et, si non sit diuturna inflammatio, uteri, pectoris, pulmonis, septi transuersi, & aliarum particularum inflammatione corripi possunt. Operæ itaque precium fuerit, medicum non ignorare, sed quasi præuidere, unde marasmus ortum habeat, (alius quippe breuius mortem affert, alius tardius, atque ijs ipsis potissimè medicaminum subsidijs occurrere, nempe

frigorificis & humectantibus quibuscunque, modo febris scitè, & tanquam ignis in foco extinguatur. Sunt uerò eius facultatis innumera, sed nullum reperio efficacius, cerota quæ ex oleo rosarum constituitur. Nam ea solidas corporis partes singulas inligniter refrigerare, & humectare consueuit, & cauet præterea pulchrè ne si quæ reliquiæ humorum quãtumuis exiles, restant, omnino depereant. Est uerò eius confectio talis: Accipe ceræ denarij pondo unius, olei rosati unciarum pondo trium, Ceram ante omnia semel, atque iterum si res postulat lauato, usque dum diluatur in aqua frigida. Deinde ammisce oleum, & acuratè apud ignem per horam, uel plus minusue dum probè inter se confundantur, decoquito, tandem ab igne tollito, sedulâque subactione condepsito, donec inalguerit. Postea in pilam mittito, & contere, oleum superinfunde, reliquum modice lauato, & aquam gelidam paulatim tantisper dum totum imbibatur, oleumque rosarum in pila commisceatur, & quum uidebitur satis permixtum cum aqua & oleo, tollito. Quod si alborem ouorum adieceris multò commodius reddetur medicamentum. Pari modo si ptisanæ succum admisceat quis, adhuc efficacioris fuerit auxilij. Cæterum inducta huiusmodi cerota lintheolo & adhibita identidẽ mutanda est, nec confertim adplicanda est, ne longiore morula plus satis calfaciat, imbecillior etenim si remoretur diutius, efficitur. Hæc est sanè quæ omnibus alijs præsidijs bonitate palmam facile præripuerit cerota, si adplicatam ad eum quem prædiximus modum subinde mutaueris. Nos quippe sæpenumero eiuscemodi cerota in principio hecticæ febris usi, languẽtem à morbo prorsum uindicauimus, ita, ut nulla successerit marasmodes affectio: neque enim id permisit cerota adhibita. Quin & in marasmode eius cerotæ usus nunquã me piguit, & sanè in hac constitutione frequentius magna cum utilitate usus sum. Sæpius interutendum ipsam cerotam superinduxi, nonnunquàm uerò molliorem reddere instituí, admixta aquæ, & olei rosarum portione non exigua. Atque ita quidem liquidiore medicamento more unguenti feliciter usus sum, illito cum eo uniuerso quidem languentis corpore, sed præcipuè emaciatis, & carnibus planè destitutis partibus, & inarescente mole corporea. Neq; uerò satis est semel modò interdiu dictas parteis, sed oportet sæpe sæpius per diem hocipso ungento illinire, & sanè in uiscerum regiones multò affluentius perungere. Cæterum altera unctionis uice non fuerit alienum, hocipsum quod in medio affuerit, studiosius detergere,

De Embrochis quarum usus probatur in febre Hectica.

IN curatione febris Hecticæ conuenit etiam uti aspergínibus illis, quas iam omnes Græco uocabulo Embrochas nuncupant, quas oportet ex succo

ex succo lactucæ, uesicariæ, solanique, (quam nonnulli uocant uuam canínam,) portulacæ, uuæ acerbæ, & umbilici ueneris cõfici. Quod si frigidos corpori succos adplicare uidebiť, consultissimũ fuerit eos ante in aqua perfrigida, uel in aqua niuali ad tempus bene longum deponere. Quod si aliqua fuerit inflammatio in locis uitalibus, uel si quid necessariarum rerum desiderabiť, oleum ex oliuis acerbis, & non dum matureſcentibus (quod ὀμφάκινον Græci adpellant,) adijce, uel chamæmelinum, uel rosaceum, uel omnia pariter confusa adhibe. Cauendum uerò maximè est, ne pectori adhibeantur, quum hoc morbo tum aliâs admodum frigida remediorum præsidia, néue adplicata diutius inhæreant, nisi ardor immensus thoracem inflammarit, uel phlegmone easdem partes occuparit. At si is quempiam corripuerit, non procrastinanda est curatio, ne qua calamitas ingruat. Qua propter noxas aliquot plures & minimè contemnendas, uidimus quibusdã accidere haud enim dyspnœam solummodo, sed & asthma, uocisq; impedimenta inducunt frigida præter modum pectoribus adhibita remedia.

De ratione uictus, & primitus de ædibus.

NEque uerò satis est curationem Hecticæ febris extrinsecus modò frigidis medicamẽtorum præsidijs moliri, sed aura quoque ingenio, & artificiosis manibus, ut infrigidet, instruenda est. Quamobrem ita habenti sub dio habitandum præcipio, & aqua frigida multa ædium pauimentum cõspergatur, non solum, ut corpori inducatur robur, sed frigidior reddatur aër & allíciatur somnus. Sparsa nanque frigida somnum accersit. Illud uerò præstãtius fuerit, si aër ipse ita transmutetur, ut non solum refrigerio, sed & robore etiam inducto corpus ægrotantis soletur, & reficiat. Lídium itaque stramentum ex frondibus in solidamento cõstruito, & frigorifica quædam insuper aspergito. Verbi causſa: rosam, semperuiuum rubum, folia rubi, palmites ramos lentisci, folia salicis, uel id genus cætera, quæ infrigidandi pariter, & roborandi uim obtinent. E quibus stratum, ut dixi, præparandum est. Huiusmodi itaque aërem cunctis qui Hectica affecti sunt, adornare conuenit, sed præcipuè quibus superuenit conuulsio, (quæ sæpe ex ariditate, sæpe exinanitate in hac cõstitutione fit,) uel cor ardoribus incensum habẽt. Reliquos uerò Hecticos esculentis, & poculentis in hoc comparatis refici & sanitati nonnunquam planè restitui posse arbitror. Nam illis aër frigidus, his contrà esculenta, poculentaq; opitulantur. Quod si uentri, uel simili corporis parti, huiusmodi quidpiam acciderit, affectis æstiuo tempore aër calidus in frigidum, hyberno uerò tempore frigidus in calidum artificiosè mutandus est. At si aër perpetuò frigidus sit, pulmonis affectui nihil tulerit auxilij, Sed est corpus solum in mediocri exercitatione conseruandum ne calefiat, cauendumq; sedulo ne uestibus, & stragulis pluribus cooperiatur, unde incendi magis posset ægrotans.

De

De lauacris.

VBi porrhò quis simplici tantum febre Hectica correptus fuerit, huicbalnearũ usus minimè alienus est, sed contrà admodũ proficuus. Quemadmodum ediuerso eos qui ad commixtos & putridos humores eandem febrim referunt, balnea non modò non iuuant, sed uehementer lædunt. Torquebit pari modo laborantem medicus, si lauare præsumpserit eum qui cruditatem queritur. Et profectò si in uitalibus particulis fuerit inflammatio, lauacrum noxam per se leuiusculam longè reddit grauiorem. Vbi diligenter est notandum, quod nõ conuenit, nisi Hectica febre implicitis balneũ. Plus em̃ aliás nocuerit, quàm pfuerit, & eis præteteà qui frigidã & ſiccam habẽt intemperiem. Conuenit item lauacrum eis qui ex morbo affectionem marasmodẽ, id est tabidam incurrunt, quod malí genus Græci νοσογῆρας, hoc est, senium ex ægritudine, uocant. Atque ob id quidem balnea, ita habẽtibus prodesse, quoniam & calor, & frigus iuxtà conducũt, arbitror. Et ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. (liceat em̃ Græcè hoc eloquí,) hoc est, ut uno uerbo dicam, si quis balineas diuersimodè citra noxam instruere posset ad cunctas intemperies, contrarias cõtrarijs præparando, non fuerit difficile multis ualitudinem restituere. Balneum procurabis unà cum solio temperatum. Probatur ante balneum olei illinitio, & mox ab eodem pariter uniuersum corpus perungendum est. Cauendum tamen modis interim omnibus, ne ægrotus diutule moram in aëre trahat.

Lac præbendum esse Hecticis.

LAc indiscriminatim omnibus Hectica febre correptis commodissimum est, maximè uerò quibus ea febris transit in marasmum, eò quòd imbecilliores sunt uirtute, quàm ut ex cibario faciant alimentum. Præ ceteris nanque omnibus alimenti distractionem in uniuersum corpus lac promptissimè conciliat, & per se ualidi nutrimenti est. Cæterum inter omnia lactis genera, lac humanum alendi facultate præpollet. Proximum bonitatis locum, lac asininum habet. Sed quoniam horrendum uidetur, & difficilius ab asina fugendo lac petere, mulctrã in mulctrali accipito, atque ex eo libram dimidiam potui dato, & maximæ in nutriendo potestatis erit. Atque id quidem liquidissimè constare puto, quod summa est adhibenda cura, ut optimè & liberaliter tractentur, unde lac sumitur animalia, ut lac inde magnam bonitatis æstimationem mereatur. Danda itaque est opera, ut hordeum domi semper in procinctu sit, ad hæc frondes myrti arboris, lentisci item & quercus folia ministrentur in pabulo: Atque ita quidem redditur lac corruptelæ minus obnoxium. Ne porrhò eorum qui Hectica laborant, aluus fluida reddatur, cautio est, néue, & id quidẽ maximè, ex diuturna uentris euacuatione marasmodes inducat affectio. In febribus nãq; semper uentre imbecillí citius conciliat alui pfluuiũ. Proinde in hac conditione semper est lac cum petris fluminalibus elixandum.

Colatum

Colatum igitur igni adponere conuenit, & cum feruentibus ignitisque calculis dum serum prorumpendo deferueat elixare. Cæterum quibus lac ad hũc modum præparatum sumere, libido est, cum ptisana decoquat, atque ita cum pane tritia, aut similaginea sumat. Et tum utique imprimis, quum aluus largius quàm conueniat, profluit. Vel si bilioſos humores quis deiiciat. Temporis uerò progressu discedente mitigataq; febre, & uiribus aliquantulum instauratis, caseum nouum recens coagulatum, & mollem cum ratione administrato. Nosquippe semper pro uirium (quas perpetuò oportet perpendere,) accremento maioris alimenti edulia plusq; minusq; temperauimus.

Quibus uinum minſtrandum.

Quum uerò qui laborat praui temperamenti frigidi est, & si ab acrimonia quadam consumptrice senium confractum fuerit, uinum necessariò exhibendum est, humectandi, calfaciendiq; gratia, quæ curandi ratio in huiusmodi affectionibus imprimis competit, si aurea non desit mediocritas. At si febris marasmodes quempiam non dum reliquerit, sed languentem incessanter comitetur, & subinde horrores cumq; tremore algores infestarint, uinum manibus & pedibus, ut inquiunt, fugiendum est.

De Marasmode ex ſyncopa proueniente

Caput XXIII.

QVum porrhò ex affectione deliquio simili, (quæ Græcorum medicis συγκοπὴ dicitur,) μαρασμώδης, hoc est, tabida febris, puenit, quoniam ex transmutatione uirtutis, plerunque frigus, ita affectos comitatur, uinum quoque in ea constitutione offerendum est. Cæterum quum febrilis ardor præter naturam eos excruciat quia frigus nunc simul comitatur, nunc uerò quiescit, & febris quandoq; simpliciter superuenit, languentem in summum inde discrimẽ uocari, sub rhigore consentaneum est. Vbi uerò sub ipsa febre, tum sanè denuo causſam ipsam arguentem necessum est contemplari, & proinde uinum in loco, ac tempore semper adhibendum iudico.

De Gallorum teſtibus.

GAllinaceorum testiculi Hectica febre correptis quacunque ex causſa magnopere conueniunt. Frequens etenim eorum usus, præter quàm quod multum alimenti corporibus præstat, uireis quoque adauget, concoctionem, digestionemq; promouet. Qua de re in hac affectione testes gallorum, (uel id genus fercula,) maturè, priusquam in extremum periculum ueniant uirtutes, edendum porrigito. Cuiusmodi obsecro corpori ferrent suppetias crudа, & indigesta edulia, nec dum in alimentum corporis potente uirtute conuersa, quando quidem nõ cibus simpliciter, sed natura quoque, dum uidelicet

cibaria

cibaria egregiè cõficit, & transmutat in succos, & adijcit copori, uireis augmẽ tare magis assolet.

De pomis quorum usus probatur in Hectica.

POma quoque, ut gratissima ita minimè incommoda sunt, in Hectica fe bre cibaria: quoniam ingentem humectandi facultatem in se continent, & quod præter humectricem potentiã temperatè perfrigerare consueuerant. Cæterum hoc non semel inculcandum, animoq; reputandum, quod nõ absq; discrimine cũctis qui Hectica febre impliciti sunt, poma conueniũt, sed ijs dun taxat, qui intemperaturam feruidam ac aridam nacti sunt, & uniuersis simpliciter quot Marasmodes corripuit ægrotatio: & quibuscunque horrores molesti sunt His itaq; omnibus ac singulis frigorifica & humectantia præbe re, (quod contraria semper contrarijs sint oppugnãda,) expedit. Imprimis au tem melonum interius fartum, siue medullam dicere malis, internanq; partẽ cucumeris, & mela & mala Duracina. Et quemadmodum quæ prædiximus in calida & sicca intemperie insigniter opitulant Ita ex frigida & arida intemperatura ingruente huiusmodi morbo Cerasa summopere officiunt, & his etiam qui insenium ex ægritudine incidunt, per incommoda sunt. Nam hos præsentius iuuant poma naturæ non admodum frigorificæ, sed calfacientis magnificè & humectantis mediocriter. Cuius classis habentur, uuæ perquàm maturæ, & dulces, atque omnium maximè pendulæ seu passæ, quæ pependerũt, & quo plus dulcoris obtinent, eo salubriores sunt. Fici ad hæc maturi, permaturus etenim ficus nunquam obesse poterit. At si aluus, quoniam plus æquò solutior est, ficuum usum prohibere uidebitur, confestim esum ipsarum oportet interdicere, & cibaria quæ aliquantulum & modicè astringunt præbere. Verbi gratia: mala Punica, (quæ uulgò granata uocãtur) acida, quæ magis astringunt, maioresq; ad reprimendum uireis habent, quam dulcia, uel pira stiptica uel eiusdem qualitatis, potentiæq; mala, ut sunt, mala cotonea, & quædã alia, quæ potissimè ieiunis ante oĩa cætera fercula offerre expedit, quoniã à cibis alijs sumpta tantum abest, ut aluum compescãt, & astringãt, ut eam multò magis lubricam efficiant policiendo educendoq; excrementa. Qui uerò syncopa afficiuntur, ijs sanè & omnibus hectica febre oppressis, ea quæ uentriculo utilia sunt, à Græcis εὐστόμαχα adpellata inter edulia frequenter exhibere congruit.

Mala astringentia.

Quodsi ita affectos sitis excruciat nec interim febre nimium intensa uexantur, poma frigorificæ facultatis & humectricis potentiæ oportuno tempore offerre competit. Ad hunc itaq; modum usque agendum est, ne qua ex pomorum usu noxa sequatur.

De absoluta febre Marasmode Caput XXIIII.

SI quem marasmus consumatus planè occupauit, hunc sanare tentare non debemus, si quidẽ solidarum partium siccitas insanabilis est. Quapropter quicunque medici medicabilem morbum esse rati, incognita

cognita causſa, manum medicam admouere conatiſunt, nihil egerũt. Carnem itaq; corporis depopulatam inſtaurare, & in priſtinum ſtatum reuocare poſſibile eſt, ſed ſolidarum partiũ ſiccitatem conſumatè ſanare, deperditasq; & confractas earum carnes reſtituere, hoc opus, hic labor, ne dicam impoſſibile eſt. Perinde enim eſſe uidetur ſenio propulſo & profligato iuuentutem reuocare, & maraſmum perfectum uelle curare. Senium quippe tanquam ſecundum naturam maraſmus eſt. Et quemadmodum ipſa ſenectus morbus deploratus & incurabilis uidetur: ita & nullus perfectè maraſmus conſumate ſanari poteſt. Sed natura non nunquam beata facile ſuſtinet inchoantem maraſmum. Cui malo non inutiliter, puto, uenienti occurritur.

Pro ſebricitantibus Lexipyreti, epithemata, adſpergines, quas Embrochas iam omnes Græcè uocant, emplaſtra & cerotæ, quæ referuntur ad Martyrium Medicum authorem.

*Cap*ut XXV,

ADuerſus febrium feruores, praſentiſſimi auxilij ſunt quæ ſubijciam remedia: atq; obid ſane à Græcis λιξιπύρετοι, hoc eſt, medicinæ quæ febres abigunt, ardoresq; earum mirifice placant ac leniunt. Adhibentur uerò eædem diuerſimode, Nunc uidelicet in forma epithematis, nunc adſperginis, & interdum emplaſtri atq; cerati: quarum hæc præcipua eſt ex Martyrij Medici decretis mutuata, cuius ita habet compoſitio.

Lexipyretus epithema Martyrij Medici,

HAbet ceræ unciarum pondo ſex, olei roſarum unciarum pondo octo, lutea ouorum elixa numero octo, croci unciarum pondo quinq;, compinge de more in modum epithematis: & ubi uſus neceſſitas eſt, contra febrium feruores utere.

Alia Lexipyretus in forma epithematis.

AEſtuanti ardore febrili hoc quoq; epithema cõpetit. Febres etenim id imprimis tam ut quod maximè fugiunt: & ſtomacho prætereà in febre uehementer conducit. Habet id croci denarium pondo octo, ceræ libræ pondo unius, olei roſati unciarum pondo ſex, roſarum aridarũ quantum plena manu comprehendi poteſt, ouа quaterna. Præparabis autem ad hunc modum: Roſas in albumine ouorũ macerato, ceram in aqua tepida ſubigito, & albori ouorum infundito, & in pila ſtudioſe conterito: deinde è pila eximito, poſt hæc cæteras ſpecies adijcito, tritisq; omnibus utere.

Aliud Lexipyretum epithema.

ADuerſus immodicos febrium ardores λιξιπύρετος, id eſt feruoris amulatum, huiuſmodi Epithematis modo adplicata ualde conducibilis eſt:

Rasamentum recentis cucurbitæ & luteum oui decoctum cum oleo rosarum acuratè friato & eliquato, subactisq; & emollitis cũ syndone lyntheolóue utere.

Emplastrum Galeni ad febres.

EMplastrum siue ceratum, quo Galenus in febrium diuersis generibus, refrigerandi humectandiq; gratia, usus est, habet ceræ unciam unam, olei rosarum uncias treis, una cum cera, olei unciam unam eliquato, & ubi utcunque inalguerit, in pilam mittito, & læuigato: & quum lauigaris, aquam gelidam & reliquam olei partem, quantum uidelicet ceratum dum cum eo mollitur, postulare uidetur, paulatim admisceto. Deinde ad febres humectandas sedulò utere.

Aliud ceratum salutare.

CEratum porrhò quod ex mollibus & pinguibus fit palmulis, quas φοινικας Græcè & φοίνικες uocant, salutare medicamen est. Oportet autem harum carnem nucleis exemptis & omni membranoso exempto, aliás ex solo claro aceto, aliás aqua ipsi admixta, quod Græci ὀξύκρατον, Latini poscam uocant, decoquere, atque hac ubi decocta satis & tenera reddita est, tunsa uti. Quod si parum molli crassitudine uidebitur, præstiterit iam pridem dicti aliquid admiscuisse cerati. Quod si rosacei quippiam dictorum singulis miscere uolueris, nihil inutilius pharmacum habebis. Esto autem quod admiscetur tum minimũ, tum & simplex & perfrigidum, & quod ex oleo citra salem sit confectum. Quum sane simplex rosaceum dico, quod sine aromatis est confectum intelligi uolo. Veteris autem ceu proximo. Conferunt autem utraq; hæc cerata non febricitantibus tantum modo, sed aduersus ignem etiam sacrum, quem ἐρυσιπέλατα Græci uocant, & uentris inflationes & phlegmonas in pudendis non instrenue, si inter initia, priusquàm suppuratio fiat ac sanies, uel depascens aliqua subindicetur putredo, adhibeantur.

Alia medicamina eiusdem efficaciæ.

ESt uerò haud minus salutare ad eandem rem medicamen rosarũ. Etiam succus frigidus, unà cum polenta, quam Græci adpellant ἄλφιτον. Salubres itidem sunt & ipsæ rosæ tunsæ. Adhæc præterea stirpium quæ mediocriter styptica sunt germina trita. Cui profecto usui aliquando accommodare licet herbas quæ moderatas in astringendo uireis habent: Verbi causa, solanum, quod Græci σφύκνον nuncupant, uulgò solatrum.

Embrocha ad talia ex alica siue oxylapatho, minimè inutilis.

MEdicamen aliud, quo adsperginis modo utendum, ex alica uel oxalide, oxylapathoue, hoc est rumice acuto. Sumatur autem oxalidis aut oxylapathi succus, cum exigua polenta mixta, & excipiatur duplicato peniculo detrito & molliusculo, affatimq; frigidum imponatur. Quod si eiusmodi peniculi

culi occasio non sit, tum lintheolum duplicatum & madefactum, refrigerandæ particulæ imponito.

Alia ad eadem.

QVin etiam portulacæ & semperuiui, & uuæ immaturæ succum: similiter & polentæ miscentur. Adhæc lens à lacunis siue palustris, & uiridis tribuli, & polygoni, & lactucæ, & intybi succus. Sed ante omnia liquor (ut diximus) rosarum cum polenta. Conducit similiter & solani succus, quoniam moderate constringit. Aliaq; quæcunque refrigerare & humectare possunt, cum tenui polenta. Porrhò nonnunquàm & absque polenta licet integris herbis tunsis pari modo ad eandem rem uti.

Aliud epithema ad febres Marasmodes, & ad diuturnas imbecillitates, dejectasq; omnino uireis.

ADuersus Marasmum, succurrendis imbecillitatibus corporis uiribusq; dejectis, ualidissimè prodest epithema, cuius hæc est compositio. Accipe absinthij, sertulæ campanæ (quam Græcè iam omnes μελίλωτον adpellant) asari, floris rotundi iunci odorati, (quod uulgò squinantum nuncupant) cyperi, croci, uniuscuiusque unciarum pondo duarum, mastiches, bdellij, myrrhæ, aloës, guttæ ammoniacæ, rhesinæ terebinthinæ, cuiuslibet unciarum pondo quatuor, palmularũ (quos δακτύλους Græcè uocari paulò ante admonuimus) Punicearum Thebaicarúmue numero quatuor & uiginti, uel libræ pondo dimidiatæ, olei nardini libræ pondo unius, olei ex cotoneis (qd' iam omnes Græcè Melinum nuncupãt) unciarum pondo sex, uini quantum non modò ad comprehendenda ea satis est, sed quantum res ipsa, & epithema, pro re nata, poscere uidebitur.

Aliud epithema ad in alto latenteis febres.

AD refrigerandum præterea eos quibus febris in profundo hæret, Epithema hoc modo contexitur. Sumuntur palmularum pinguium calcatarum exemptis nucleis unciæ quatuor cum dimidia, mastiches unciæ binæ, croci uncia una, olei rosarũ unciæ tres, quæ pariter cum uino rosaceo diligenter leuigantur, & præparatur epithema frigorificum aduersus ardores febriles adplicandum.

Epithema Iuleum commune.

ADuersus huiusmodi febres cõmuniter facit epithema, quod ad Iulium refertur authorem, & constat ex guttæ ammoniacæ, ceræ, singulorum uncia una, croci uncia una, olei rosarum unciis octo, aceti quantum satis est, olei communis libra una, factoq; inde epithemate adplica.

Aliud Iuleum magnificum.

COntra febrem magnificum & egregium est præterea, quod habet guttæ ammoniacæ libram unam, palmularum humidarum & pinguium,

(quas πέλματος Græci, quasi calcatis similes uocant) nucleis exemptis libram unam, croci unciam unam, olei rosarum quantum satis est. Præparabis autem hoc modo. Palmulas prius derasas, eleganterq; expurgatas, in aceto acerrimo decoquito, & redige ad instar emplastri. Pari deinde modo tractato guttam ammoniacam & crocum: & ubi inaruerit, ceratã denuò liquefactam cum oleo rosato insuper affundito, & febri medendæ utitor.

Aliud Iuleum contra febres.

VAlet itidem ad refrigerationem febrium epithema, quod ad eundem authorem refertur, Cõstans ex croci uncia una, guttæ ammoniaci, spumæ argenti, quod Græcè λιθάργυρος uocant, ceræ, olei rosarum, unicuiusque libra una, croci uncia una, aceti quantum satis esse ad iustum epithema ceratumq; uidebitur, usurpato.

Lexipyretum Oribasij.

Λεξιπύρετος quoq;, cuius Oribazius Medicus parens est, ad talia similiter prodest: Habet id ceræ uncias sex, seui taurini recentis uncias treis, olei rosati uncias duodecim: succi seminis lini quantũ satis est: quæ resoluenda sunt resoluantur, tepefactumq; manu rudiculáue agitato, & paulatim seminis lini succum insere. Exiccabis autem, & deinde lauato accuratè lini semen, & admisce insuper aquæ sextarios treis, lini seminis cotylam unam heminámue: Coquito ad tertias, postremò colato, & confice lexipyretum, & utitor. Conducit autem ad refrigerandum febrim feruentem (quam καῦσον Græci uocant) & ad sitim nimia oppressos: præterea ad phlegmonas iocinoris, lienis item & stomachi.

Alia Lexipyretos.

PLacat insuper febrium feruores medicamentum quod conficitur, ex spumæ argenti uncijs tribus, croci uncijs duabus, olei rosarum libra una, ceræ candidæ uncijs quatuor, mellis optimi uncijs tribus, succi seminis lini uncijs totidem: Confice diligenter, & utere.

Cerotarosacea ad eadem optima, ex Galeno deprompta.

OMnium (inquit Galenus) ex his quæ humectandi & refrigerandi uim habent, medicamen simplicissimũ est, quod ipse præter hæc aduersus etiã ignes sacros, Erysipelatáue utor, & inflammationes pudendorum, nempe inter principia statim, priusquàm depascens aliqua subindicetur putredo. Oportet autem adhæc ceram præparare longè optimam, atq; elotam. Fuerit uerò præstantissima cera candida Pontica, uel Athenienſis, hoc est, quæ ex Atticis expressa sit fauis. Esto autem & rosaceum, quod à quibusdam medicis ex oliuis acerbis & nondum matureſcentibus, ὀμφάκινον adpellatum, ab alijs ex crudo fit, & salis omnino expers. Summè uerò profuerit, si & ipsum tenuis admodum

modum essentiæ sit: Cuiusgeneris Sabinum est. Vbi usus fuerit necessitas, utraq; mixta liquantor in uase duplici, factaq; liquida cerota (cuiusmodi scilicet erit, quod triplum aut quadruplum ad ceratum rosaceum habuerit,) quod ubi iam imalguerit, misceto ei paulatim in mortario tantum aquæ, quantum in sedum cum ea mollitur accipere possit. Conducit autem magis, ceratam ipsam prius admodum esse refrigeratam, atque etiam quæ huic admiscebitur aquam esse frigidissimam. Abunde autem cerotam refrigerabis, si quum modicè coluit, totum uasculum in quo continetur, in aquam gelidissimam dimiseris. Vbi uerò aceti quoq; partium ualde tenuium acclari pauxillum ammiscereuidebitur, utiq; magis adhuc tum frigorificum tum humectans medicamentum efficies. Caueat autem qui hoc medicamine uoluerit uti, ne eousque super ægrum corpus manere, donec manifestè incalescat, unquàm permittat, imò assiduè identidem permutetur.

Emplastrum ex piperibus.

EXpedit adhæc emplastri διὰ τοῦ πεπέρεως usus suo tempore exhibitus: Habet id spumæ argenti, cerussæ, ceræ candidæ uniuscuiusq; denariũm pondo centum, aluminis fissi denariũm pondo sex, piperis denariũm pondo quatuor, olei unius, ceræ singulorum xestam unam, & ubi inaruerit, denuò eliquetur cera cum oleo rosaceo: concinnato in emplastrum, & utere.

Buccella cathartica.

OFfella (quam uulgò Bolum Medicorũ scholæ nominant) purgandi uim obtinens, & salubris admodum in febribus, habet coriandri, seminis apij singulorum obulos quatuor, scammonij præparati (quod diagrydium uulgò adpellant) unciã unam, farinæ triticeæ cotylam unam: madefacito cum aqua tantisper dum reddatur instar fermenti: deinde in furno (quem Græci κλίβανον dicunt) decoquito, & inde uncias binas in uino candido & bono maceratum, porrigito.

Antidotum dia marathru, hoc est,
ex fœniculo confectum.

Διὰ μαράθρου antidotum magnificum potentissimúmque, omnes quidem superfluitates capitis, sed atram bilem maximè euacuans. Quin etiam corpus uniuersum, citra omnem noxam, egregiè expurgat. Cuius compositio talis est. Sumito scammonij præparati unciam unam, zingiberis unciam dimidiatam, apij saxatilis, (quod iam omnes Græce πετροσέλινον nominant) uncias quatuor, fœniculi uncias sex, piperis uncias quatuor, inuolucri (quam herbam etiam uulgò hodie omnes Græco uocabulo Epithymon dicunt) uncias quatuor, ueratri nigri denariũm pondo duũm, mellis despumati quantum ad comprehendenda ea satis est. Dabis iusta dosi denarios quatuor.

Epithema medendis febribus, & sistendis uomitionibus admodum conducibile.

ADuersus febrilem affectionem, uomitusq; reprimendi gratia, præsenti commoditate adhibetur ἐπίθεμα, quod ex huiusmodi speciebus contexitur: Myrrhæ, masticches, thuris, cymini, thelinæ frixæ ac tostæ, baccarum lauri (quas Græci λαφνίδας nuncupant) singulorum pondo æqualia, cum oleo rosaceo excipiantur; modoq; epithematis, ubi res poscere uidetur, utitor.

ALEXANDRI TRALLIANI
LIBRI QVINTI ET
ultimi, finis.

ERRATA, QVAE INTER CASTIGANdum nimio accelerandi studio, uel alias utcunq; admissa, lectorem quũ oscitantem, tum etiã attentũ remorare possent. Cætera boni consulet candidus lector.

PAgina. 3. Cinis erinacei, lege, cinis erinacei terrestris, &, tertio ab hinc uersu, ad cõprehendendum eas, de est, satis est, & paulo inferius, pro Tharsia lege, Thapsia. pag. 4. à fine uersu, uiarũ obstructio nulla sit, expunge nulla, &, lege, uiar. obstr. sit, neq; ulla raritate &c. pag. 8. omnia simu, lege, simul, mox inferius. Titulũ Aliud satis eximie uirtutis præcedat, titulus, & quicqd sub eo continet. Aqua capillis nigrorẽ cõcilians. pag. 9. ,p fuluo, fului flauoq;, flauo, q; ex puncto, lege, & ibidẽ statim ,p rufo, rutum, erasoq; post giluo. pag. 10. salsuginẽ, quẽ, lege, quã, paulo post, lendines lege, lendes, &, statim post, pro affligit, ,pfligit, sicuti ibidẽ præstant, nõ præstat, &, cedrinus, nõ cedri. pag. 11. postremõ uersu lege, atribilario. pag. 2. περιγεμένη lege, προηγεμένη. pag. 13. tantum nõ ad finẽ ,p caluariæ, lege caluaria, &, pro ipsum, ipsam, &, paulo post, ,p illi in re &c. lege, illi mire expedit potiss. recens. pag. 14. quæ calidã, lege, qui calidam ,, &, ,p alumni, alumnis, &, paulo post, calorẽ nõ colorẽ. pag. 15. περιγούμενὰ lege, προηγούμενα. pag 16. primo uersu, lege, medicã ,p mediã, &, ,p affectu uentriculo, lege, affectu uetriculi. Postea ,p insinuãt, insinuauit. pag. 17. ex uentriculi, lege, ,p & uentriculi, & ,p confeste obtẽperant, lege, confestim nõ obtemperant, &, ,p mollienda, molienda, & ,p temulentiã, temulentiæ. pag. 18. in margine ,p Guidiũ, lege, Gnidium. pag 19. circa finem pro occupante, lege, occuparis, &, oro affectu, affectui, pag 20. uersu primo, pro obstrictioue, lege, obstructione &, ,p uitiosisue, uitiosisne, pag, 21 nõ scerpillũ, sed serpillũ legito, &, insequẽti titulo, calido humore bileq; &c. &, mox ,p serpillo, serpillũ, &. non, cita habẽtibus, sed, ita habẽtibus. pag. 23. ,p uuũ, unũ, & salubritati nõ salubritate, &, ,p κράνου, κράνου &, male afficiat, nõ male affici. pag. 25. pedetentim, & paulatim lege, & ex aqua dulci, &, pro alia, aliis, & septi trãsuersi, non transuersione. pag. 26. uersu primo lege, nothæ, &, infra, ipsi, nõ ipse, & quò cõpest. ex pũcto à pag. 29. somnũ inducendi, non somniũ, & ,pfundere, &, attendendũ, item calidã ut cap. ten. sed mediũ u. redactũ, & partibus, nõ paribus. ,31. primo uersu fuerit, nõ fugerit, & altero uersu, adferre pag. 34. susciperet, lege, suscipiat. pag. 35. fragrans, nõ tetri odoris fragrãs expungat. pag. 42. uersu tertio à fine, adpositus lege. pag. 43. pro cane, lege carne, &, inferius pro refecto refectã, & confundito. pag. 44. pro cædo, lege, cælo, &, pro utrũq;, utcũq; & administres, &, quã pro quẽ, &, pro in lacte, è lacte, &, pro tam, tum, &, quarto uersu à fine, uotã, nõ notũ. pag. 51. nisi uim, expungito nisi. pag. 54. sumat, nõ sumãt, &. iniectionẽue, &, unaq;q; &, in fine, fronti, nõ fons. pag. 56 lege illita abscindere, pag 59 σκῶλωμα. pag. 60. præcesserũ, emendãt, reddant. pag. 61. reficit. pro foríb. itaq;, &, calceis, lege, fotibus itaq;, &, balneis. 62. uersu 1. lege, potentiorẽ uim ne, &, distentionẽ, &, est mixtus. pag. 65. suffusionibusq;. pag. 67. induratã crass. &, factus, &, aciẽ uesptinã pag. 69. herbulæ liquorẽ, deest funere. De q̃ hic, lege, de q̃

ERRATA

si hic,&,quandã speciem.&,eo usq;.&,quanto plus. pag.70.si assit,non iussu. & abrade,remedio est. pag.71.pro dia ex glauco,lege,ex glaucio. pag.72.humoribus uiscosis,legito,medicaminibus.& ἀφρόνιτρον.& adiecto ouo auri. pag.75.lege,corpisq; robore sensim imbecilliore facto. pag.77.lege,dolores comitant,lachryma papaueris,expuncto,pro. pag.80.lege, tinnitui pulchrè, &,caput petentium,nõ pedetentim,&,cum absynthij dec. pag.83.lege,frustra sang.concreti.pag.84.medentur,&,siue rheda quadrigáue. pag.95.lege,acceperam nanq; med. pag.103.lege,ossibus aliorum. pag.105.seroq; exhibito. pag.106.calci adijce licebit. pag.107.tussim deprehendes. pag.107.seminarium,&,proijciũt pleureticos,sublato non iudicato. &.108.infestet,& dolores sub.&,quanto possumus stud. pag.109,Si bileus hum. pag.110.lege,crass. humores generantes,ne &c. pag.112,πόνος dicitur. pag.116.expunge minimè, post silentio. pag.121.ab erosione,& fractio rasis. pag.123.lege, Quod si ualidum corp.rob.&.uerum longè plus profuit,& obtineat,&,itria,,p hytria, atq; ita passim. pag.125.altero uersu,lege,confectũ,&,quas subijciam,&,post hæc moptoicis expunge laudib.& Sumat uerò interdiu nonsemel. pag.126.de cotoneis,,p de corticis,&,corpus molle,&, 128.lege,in ore contineant. pag.129. deficcando cicatricẽ. pag.132.lege,itria,pro hydria. pag.133 malacia,lege. nõ malicia. pag.134.lege,quã possis idoneam curat,nisi cognita. pag.135.lege, huius notæ uictu & laudano. pag.uuæ Duracinæ,nõ passæ.Et Persica Duracina,cæteris deletis.Et,Βύλιμος. pag.139.lege Baion nõ Baidon.pag.140.lege, memor,nõ immemor. pag.142.satiui,nõ sanatiui,&,saliua,,p saluia. pag.143. lege,& nõ continentibus cibũ. pag.144.lege,uocatæ,,p ueotæ. pag.148.lege in uentrem seconf. pag.149.lege,sagaci perpensione. pag.149.lege,an absq; hoc nigr. ib. pag.150.incurrũt,lege,pro incuret. pag.151.ut neq; cõtentrix:&, Cæterũ,,p Verum,&,utraq;,,p utriq;,&,uel materia in bilem mutata,etiã cõferunt coct.&,ex aliqua corporis parte. pag.155.eadem unctio,&,Punicæ,non primicæ.Et, compinge unguentũ. pag 159. Saraprino, pro Serapino, &, si frigidos esse putas,&, uirtus sit debilis,&,pruritus depascẽtes infestarint. pag.161.quæ simul atq;. pag 164.incensionẽ denotãt.&,auspicanda sit curatio,&, fluxusq; noxij hum.Postea,phleg.incendiosam,&,testacea cute,expuncto,q;. Et,in tumorem uidimus inde magnum. pag.165.radicem Ponticam lege,&, tentantur. pagina.166.lege,emollescere,&, discutere moliatur,plus nocum.

Pagina.167.lege pilam olei. Pagina.168.lege,adeò sanè, ut duriusculos. Pagina.171 glycyridis lege.Et,uisceris prognata. Pagi.172.lege,exobstruct.&,à forma recedit.& laborantis,pro laborantes. Pagina.173.pro districtionem distractionẽ. Pagina.174.lege ex his autem quæ acrore pariter& calore,uiribusq; ualidis prædita sunt, uerbi caussa. labaraca orpho,& cyrida hysitia conc.Et:complures manducandi sunt. Pagina 176,rum quod humorem noxium & prauum.Et,sed metamorphosi. Pag.179.uersu secundo, lege coniunctæ,&:admixto rhu Syriaco. Pag.180.lege,littorales calc,&:nempe spu-

ma

ERRATA

tma. Et, lac purè, pro, ac puer. Et, quarta pars. Et, Coquendum autẽ ſenſim pau latimq; donec pars media feruendo abſumatur, & altera relinquatur. In cuius paginæ ultimo uerſu hæc deſiderantur, ſuperinductum remedio eſt, quoniam urinam proritat. Pag. 181. tentantur, lege. Pag. 187. lege, neq; udifica nimiũ. Pag. 189. lege, quinquies fiat demiſſio. Et: ex frumento, &: nutrimenti. Pag. 191. lege, Ne nullum nidorem cont. Et, è genere piſcium. Et, accidunt tremoribus. Et, conducit, pro conducunt. Pag. 197. redacta in glãdem. Pag. 203. lege, ſedi inſere. Pag. 204. lege, calidiori parit. Et, contrarijs med. Pag. 205. lege, calorificis, non colorif. Et, Præcordijs uiſceribusq; natura ſi. Pag. 206. lege, progererent, generent, &, ung. calorifica. Pag. 209. is ſiquidem, ís expunge, uel his lege. Pag. 215. cõmutari uidebitur. Et, intentis factum, &, ne foris quidem. Pag. 216. Quæcunq; exiguas lege. Et, humorem exhib. Et, aquæ adjicito, &, cataplaſmata commod. Et, uinum partium tenuium. Pag. 217. lege, quædam indita. Pag. 218. lege uexat. Et, aqua frigida in paroxyſ. Et notis, non nutis. Pag. 219. labente periodo. &, eſſe miles. Pag. 223. lege, pituitã diſſecat. Pag. 225. cum aceto diluito, &, congeſta diſſipat: Pag. 228. necito dilabatur. & ſubtilis. Et, ſolidæ partes in aquam reſ. Et præcunctis part. &, ſe ſolis, expunge ſe. Pag. 231. ſanguinis miſſio, adijce periculum. Pag. 236. & nutriat, pro nutriri. &, hydrope cũ feb. & comitant, nõ imitant. Et, prouenit, & ſuam funct. καθαρτικὰ uox, ſequentem lacunã impleat, &, magis eliq. &, non confertim. Pag. 238. Feruor iocinoris lege. Pag. 246. lege figulũ ex luto. Pag. 246. lege deſtillet ne hum. Pag. 247. lege, inter ſe ſucci, &, inducũt pro induũt. Pag. 248. algor quidã. &, promanet. Pag. 249. fluxione grand. &, in ueficam. Pag. 250. in ueficam, &, quæ uellic. Pag. 251. ſi, lege id. Pag. 252. cõpetunt, &, in urinæ foll. Pag. 253. furfuracea quædã. Pag. 254. uerſu primo, lege medicaminibus quæ, &, talis eſt cõp. &, decurſum, uocent. Pag. 255. ſed imbecilla cont. &, malo temperies omni. Pag. 256. hæc uerò καρκ. Pag. 27. lege innumerato habere. Pag. 258. quod minimè debes. Pag. 261. inſeſſus, in hũc ſit modũ. &, neceſſaria, &, adhibenda. Pag. 262. ἀνάδυνον. redactisq;, aliás clyſter. Pag. 272. poſt oſtẽſum eſt) ſit alterũ ſignũ parenteſeos. Pag. 273. lege, deſcribere uiſum eſt. Pag. 280. doloris emũ uarias. Pag. 283. pituitoſus! lege, non biliioſus. Pag. 30. lege Accipe aloës ceratia. Pag. 302. lege, in uentriculo, aut ledere artis. Pag. 310. lege, quum cibaria tum pa. Pag. 317. bupinã, non buxinam. Pag. 322. expunge primum uel, & lege, ſyncopes. Pag. 323. lege, ad eas quæ.

BASILEAE EXCVDEBAT HEN-
RICVS PETRVS, MENSE
MARTIO, ANNO.
M. D. XXXIII.





ALEXANDRI
TRALLIANUS
1533

